Google

37
38 B
19

Digitized by Google

Digitized by Google

JURISPRUDENTIÆ ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ LIBRI IX.

TOMUS QUARTUS

COMPLECTENS

JUS EPISCOPALE CATHOLICORUM.

Nove, non nova. Vincent. Lirin. in Common.



VENETIIS, MDCCLXXXIX.

TYPIS SIMONIS OCCHI

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Poſtquam ab Pontifice, Patriarchis, Metropolitis noſmet diſſolvimus, ſequitur, ut operam demus Epiſcopis. Nec prima, aut ſecunda, ſed centena, aut fortaſſe etiam quingena huic agro opera accedimus. Difficile enim dictu eſt, quot, quamque multi in hunc agrum ſua ſarcula, raſtra, falces, bidenteſque immiſerint. Sed neſcio quo fato ſuis ii laboribus, vigiliis, contentionibuſque illum non ſolum non ornarunt, lætificarunt, exhilararuntque, ſed ſpinoſiorem, aſperiorem, horridioremque reddiderunt.

Ac primo quidem ipſum *Epiſcopi* vocabulum, notionemque corruperunt, ac depravarunt. Nam cum primis Eccleſiæ temporibus *Epiſcopi* vox non nomen, ſed cognomen eſſet, ad ſignificandam Præfecturæ acceſſionem Magnis Sacerdotibus inditum, uti poſtea vox *Patriarchæ*, ac *Metropolitæ*, illi non cognomen, ſed nomen eſſe exiſtimarunt, quaſique Epiſcopatus, & Sacerdotium una, eademque res eſſet, *Epiſcopi* nomen ad Sacerdotium ipſum ſignificandum traduxerunt; unde magna Eccleſiaſticæ poteſtatis confuſio, ac perturbatio orta eſt.

Etenim ex hac nominis mutatione Eterodoxi anſam arripuerunt Chriſtianam Eccleſiam omni Sacerdotio ſpoliandi. Cum enim in *Epiſcopi* nomine, quo noſtri omnem Sacerdotii, divinique characteris vim ſubeſſe volunt, nihil aliud illi inveniant, niſi quamdam *inſpectionem*, ac procurationem; donec nos illos doceamus, *Epiſcopi* vocem non eſſe nomen, ſed tantum

agno-

Digitized by Google

agnomen, quod Magni Sacerdotes ex addito ſibi Eccleſiarum regimine aſſumpſerunt, non eſſe rem ipſam, ſed rei acceſſionem, atque additamentum, ſemper illi in *Epiſcopis* Sacerdotium, divinumque characterem requirent.

Præterea cum in Epiſcopis duæ ſimul perſonæ permixtæ hæreant, altera Magni Sacerdotis, altera Epiſcopi ſeu Diœceſani, utraque per ſe ſtans, utraque ſuis juribus prædita, utraque ſua habens munera & officia, noſtri Theologi ambas haſce perſonas unam tantum eſſe rati, utriuſque jura, munia, & officia ita confuderunt, miſcuerunt, turbarunt, ut vix amplius ſecerni poſſe videantur. Quid tum poſtea? Cum alterius jura, & officia divinam jactent originem, & inſtitutionem, alterius vero nonniſi humanam proferre valeant, hæc perſonarum, juriumque confuſio effecit, ut vel omnia divina, vel omnia humana eſſe putarentur.

Huic igitur Epiſcopali juri expurgando, illuſtrandoque mentem, animumque admoveamus. Atque hæc ſit prima diſtinctio, quæ Sacerdotalem juriſdictionem ab Epiſcopali ſecernit. Illam, ne a noſtrorum temporum uſitato ac communi loquendi more diſcedamus, mere Epiſcopalem, hanc vero mere Diœceſanam appellabimus. Hac diſtinctione poſita, totam hanc diſputationem in tres partes diſpertiemus, quarum prima tum Magnorum Sacerdotum, tum Diœceſanorum ortum, inſtitutionemque evolvet; altera de iis juribus aget, quibus præditi ſunt Epiſcopi uti Magni Sacerdotes, tertia ea jura explicabit, queis Epiſcopi aucti ſunt tamquam Diœceſani.

Habes, Lector Benevole, quæ ſit hujuſce IV Libri materia, atque tractatio. Fontes recludimus, ex quibus omnis, quæ nunc exiſtit, Epiſcoporum poteſtas profluxit; ad eos venimus, in quorum locum hæredes noſtri ſucceſſerunt Epiſcopi; quoti in Chriſtiana Republica hi ſint, quemque gradum teneant, palam facimus. Si in iis Sacerdotium ſpectamus ab Diœceſana dignitate ſejunctum, certum eſt, Epiſcopos eſſe Apoſtolorum Succeſſores,

Digitized by Google

res, primumque in Eccleſia locum obtinere, & non ſolum Ordinis charaſterem, ſed etiam jurisdictionis poteſtatem cum Metropolitis, Patriarchis, ipſoque Summo Pontifice, non ſecus ac lineæ cum centro, communem habere. Sed ſi eam, quam Majores noſtri Epiſcopalem, nos autem Diœceſanam vocamus, dignitatem, ſeparato Sacerdotio, in illis intuemur, palam eſt, eos Presbyteriorum Præfectis ſuccedere, & nonniſi quartum in Eccleſia locum habere. Omnino. Quemadmodum Papæ primas uti Petri ſucceſſori, Patriarchis ſecundas uti ſingulorum Apoſtolorum hæredibus, Metropolitis tertias, uti iis, qui in ſeptuaginta Diſcipulorum veſtigia ingreſſi ſunt, deferendas eſſe putavimus, ita etiam Epiſcopis quartas, utpote qui in eorum jura venerunt, qui delecti fuere, ut Presbyterorum Collegiis præeſsent, dandas eſse cenſemus.

Quod ſi quis eſt, cui noſtra hæc nova, inaudita, indictaque prius eſse videantur, expectet is ſilentio, donec totum librum perlegerit, evolverit, penſitarit; atque illud comperiet, ea a nobis dici, quæ ſemper, quæ ubique, quæ ab omnibus cuſtodita in Eccleſia ſunt, nec aliud agi, quam quæ ab rerum Eccleſiaſticarum Scriptoribus obſcurata, plurimaque nocte, ac tenebris obducta fuerunt, ea a nobis illuſtrari, ac meridiana in luce, ac ſole collocari. Verbo. Nova tibi afferentes nihil tamen afferimus novi. Rationes, argumenta, teſtimonia, monumenta nova fortaſse dices, at concluſiones, propoſita, ſententias, dogmata, rem ipſam cuncta pervetera, quæque omnem Eccleſiæ tulerunt ætatem. Illud tandem ſcito, nos in toto hoc Opere illud Vincentii Lirinenſis monitum ante oculos ſemper habuiſſe: *Nove, non nova*. Cura ut valeas.

NOI

Digitized by Google

NOI RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA

AVendo veduto per la Fede di Reviſſone, ed Approvazione del *P. F. Gio: Tommaſo Maſcberoni* Inquiſitor Generale del S. Officio di Venezia, nel Libro intitolato: *Jurisprudentia Eccleſiaſtica Univerſa Libri IX Tomus Quartus complectens Jus Epiſcopale Catholicorum &c. MSS.* non vi eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza a *Simone Occhi* Stampator di Venezia, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 10 Ottobre 1789.

{ *Piero Barbarigo Riform.*
{
{ *Girolamo Aſcanio Giuſtinian Cav. e Riform.*

Regiſtrato in Libro a Carte 310, al Num. 2897.

Marc' Antonio Sanfermo Segret.

JU-

Digitized by Google

JURISPRUDENTIÆ ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ

LIBER IV.

DE JURE EPISCOPALI, ET DIOECESANO

PARS I.

DE DIŒCESANORUM EPISCOPORUM ORIGINE.

QUÆST. I.

Quid eſt Epiſcopatus?

(*) §. I. EPiſcopatus eſt Sacerdotium novæ legis. *Quid eſt Epiſcopus,* ait D. Auguſtinus, *niſi primus Presbyter, hoc eſt ſummus Sacerdos?* Neque vero in eorum Theologorum turba concedere poſſum, qui Epiſcopatum ab Sacerdotio diſtinguunt, ſed iis laribus iiſque ducibus me tutor, qui Epiſcopatum Sacerdotii apicem, faſtigium, ac culmen eſſe docent. Sic enim ſtatuo; duos tantum in Eccleſia Sacros Ordines eſſe, Sacerdotium & Diaconiam; Epiſcopatum & Presbyteratum Sacerdotii particulas eſſe, atque ambo unum Sacerdotii ordinem conſlare, Subdiaconatum, Acolytatum, Exorciſtatum, Lectoratum, Oſtiariatum nil aliud eſſe, quam Diaconatus appendiculas, ipſoque Diaconatus Ordine contineri (*a*). Ita ut ſentiam, ſa-

(*) Epiſcopatus vocabulum hic ſumimus eo ſenſu, quo a junioribus rerum Eccleſiaſticarum Scriptoribus ſumptum eſt, quamque ii huic vocabulo notionem ſubjiciunt, nos etiam ſubjicimus, ne legentibus confuſionem noſtra pariat oratio, ſi priſcis, ac quæ veteribus uſitata erant vocabulis, eorumque notionibus utamur.

(a) S. Thomas in IV Sententiarum, diſt. 24, Qu. I, art. 1, qu. 11, ad 11. In primitiva Eccleſia propter paucitatem Miniſtrorum omnia inferiora Miniſteria Diaconis commit-

faciunt Sacræ litteræ, quæ nonniſi Diaconiæ, atque Sacerdotii divinitus inſtituti fidem nobis faciunt (*b*). Illius meminere Act. VI, 5: hujuſce autem Luc. XXII, 19, I ad Corinth. XI, 24. De Diaconatu agemus lib. VI, nunc de Sacerdotio.

§. II. Chriſtus ex hoc Mundo ad Patrem rediturus, celebrata cum Apoſtolis ſuis Agni Paſchalis cœna, ut divinum & admirabile pignus infiniti amoris ſui daret, quo uſque in finem fideles omnes diligit, & dilexit, ne ullo unquam tempore a ſuis abeſſet, ſed ſemper cum illis permaneret, ut figura veritati, umbra corpori cederet, panem accepit, Deoque gratias agens benedixit, ac fregit, deditque Diſcipulis ſuis dicens: *λάβετε, φάγετε. Τȣτό μȣ ἐςὶ τὸ σῶμά μȣ, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, τȣ͂το ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*; h. e. *Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem*. Similiter & Calicem accepit poſtquam, cœnavit dicens: *Τȣ͂το τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐςὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι, τȣ͂το ποιεῖτε ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*; h. e. *Hic calix novum Teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotieſcumque biberis in meam commemorationem*. Hiſce verbis Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus Euchariſtiæ Sacramentum & confecit & inſtituit, atque *Sacrificium illud, quo ſemel ſe ipſum in ara Crucis morte intercedente Deo Patri oblaturus erat ut æternam redemptionem operaretur, dilectæ ſuæ Sponſæ Eccleſiæ viſibile reliquit, quo cruentum illud in Cruce repræſentaretur*. (Conc. Trid. Seſſ. 22, cap. 1.)

§. III. Sed cum Sacrificium ſine Sacerdotio conſiſtere non poſſet, ideo cum Sacrificii Inſtitutione Sacerdotum creationem conjunxit. Quamobrem Apoſtolis ſuis præcepit, ut tali modo ſui memoriam celebrarent, &, confecta ſub utraque ſpecie Euchariſtia, Sacrificium offerrent, ajens: *Hoc facite in meam commemorationem*. Hæc vox novæ legis Sacerdotes creavit Apoſtolos (Conc. Trid. loc. cit. cap. 1, & can. 2.) (*c*). Nec dubitandum quin tunc Chriſtus illud inſtitue-

---

mittebantur, ut patet per Dionyſium III Cap. Eccl. Hierarchiæ, ubi dicit: *Miniſtrorum alii ſtant ad portas Templi clauſas, alii aliud quid proprii ordinis operantur; alii cum Sacerdotibus proponunt ſuper Altare Sacrum Panem, & benedictionis calicem*. Nihilominus erant omnes prædictæ poteſtates, ſed implicite in una Diaconi poteſtate, ſed poſtea ampliatus eſt cultus divinus; & Eccleſia, quod implicite habebat in uno Ordine, explicite tradidit in diverſis.

Morinus Exercit. 14, Cap. 1, monet, Ordines Minores dici & eos poſſe juris divini, & inſtitutionis Apoſtolicæ inquantum ipſi *eminenter, & formaliter* in Diaconatu continebantur, atque Eccleſiam poſtmodum creſcente fidelium, ac Miniſtrorum numero de Diaconatu eduxiſſe.

(b) Concil. Trid. Seſſ. 23, Cap. 2. Non ſolum de Sacerdotibus, ſed de Diaconis Sacræ litteræ apertam mentionem faciunt, & quæ maxime in illorum ordinatione attendenda ſunt, graviſſimis verbis docent.

Quanquam certum ſit ex Concilio Tridentino ſeptem eſſe Ordines, non eſt tamen certum, nec plures eſſe, nec pauciores. Et ſane Eugenius IV in Decreto pro inſtructione Armenorum, & Patres Tridentini, cum egerunt de numero Sacramentorum novæ legis dixere, nec plura eſſe, nec pauciora, quam ſeptem, ſed ea loquendi ratione nuſquam uſi ſunt agentes de ſeptenario ordinum numero.

(c) Samuel Hil. de Presbyterat. Lib. IV, cap. 3, §. 4, pag. 186. Rotunde enim eſt & breviter dicendum, ſolos Apoſtolos in Sacer-

ſtituerit Sacerdotium, quod ſtabile eſſet, perpetuum, ac perenne in ævum manſurum. Non igitur hac voce una Sacrificii offerendi poteſtas Apoſtolis collata, ſed hujuſce etiam poteſtatis cum aliis participandæ, communicandæ, propagandæque virtus tributa, quod idem eſt ac ſi dicamus, Apoſtolos hujuſce vocis vi non ſolum Presbyteros creatos fuiſſe, ſed etiam Epiſcopos (*d*); alias Sacerdotium novæ legis non perfectum, ſed inchoatum, non omnibus ſuis numeris, partibuſque expletum, ſed mancum, ac mutilum, non abſolutum, ſed adumbratum, non ad omne tempus duraturum, ſed cum ipſis Apoſtolis fuiſſet deſiturum.

§. IV. Sacerdotium igitur duabus conſtat partibus, Epiſcopatu, & Preſby-

cerdotium a Pontifice Chriſto conſecratos, cum primo Cœnam ſuam ſacravit iiſdemque diſtribuit, eamdemque pariter ſacrandam ab Apoſtolis in publicam Eccleſiæ Communionem inſtituit. In quo negotio tria præcipue occurrunt obſervanda: Primo Elementorum conſecratio [illegible] cum hoc effato Myſtico, Hoc eſt corpus meum; Hic eſt ſanguis meus novi Fœderis. Matt. 26, 27, 28, Marc. 14, 22, 23, 24, Luc. 22, 19, 20. Secundo, conſecratorum traditio ſolis Apoſtolis facta, dicendo, Accipite, Edite, Bibite. Tertio, præceptum Apoſtolis datum, ut idem agerent in memoriam Domini ſui, I Cor. 11, 24, 25. In actu primo Sacerdotem, in iis quæ ad Deum ſpectant, præſtitit: In ſecundo actu Sacerdotem, vel Diaconum egit in iis quæ populum ſpectant hoc modo ſacrandum; Apoſtolos enim hoc Myſterium non ſub Apoſtolatus, ſed Diſcipulatus ſcheſi a Chriſto accepiſſe, præter internam rei rationem, evincit Eccleſiæ Apoſtolicæ praxis & conſuetudo, quæ Synaxeos ſuæ origenes, Laicis æque ac Clericis indultæ ad hanc inſtitutionem Auctore Apoſtolo Paulo retulit, I Cor. 11. In actu tertio Pontificem egit Sacerdotes ſacrantem, & Auctorizantem; quaſi dixerat: Id quod ego coram Deo vobis, & pro vobis ut Diſcipulis, & filiis meis præſtiti, ita ut Pontifex vos in hoc Sacerdotio devoveo, ut idem myſterium Sacerdotii veſtri hujus auctoritate Eccleſiæ Filiis, & Diſcipulis in futurum diſtribuendum conſecretis. Ubi notari velim, Sacerdotum a Pontifice peractam ordinationem a duplici fluere principio; Sacerdotali, in eo quod ordinati in ordinatione Deo Sacrantur; & Regio, eo quod Auctoritas obeundi Sacerdotii in ipſa ordinatione donatur, a Regio Dei jure primo defluent, & Pontifici, qua Sacerdotum omnium Principi, & Rectori divinitus conſtituto, conceſſa. Sic enim, licet Deus Pater hominem Jeſum Chriſtum Pontificem noſtrum nobis ſacrando quà Sanctus Spiritu ſuo ſanctificavit, jus tamen Pontificatus iſtius obeundi a Deo quà Rege deſcendit. Ut inde ſequatur, merum Sacerdotem, qui Pontificatus Sacerdotio ſimplici ſuperiores nullas ex ordinatione propria partes habeat, nullum alium Sacerdotem authentico, & Canonico jure e Sacerdotii meri vigore poſſe ordinare.

(d) Thomaſſin. Vet. & N. Ecc. Diſ. P. I, Lib. I, §. III. In dubium quippe vocari non poteſt, quin humanæ naturæ conſors factus Dei Filius, totam Sacerdotii plenitudinem, & amplitudinem & ipſe obtinuerit, & in ſinum Patris rediturus Apoſtolis ſuis infuderit, eorum ſucceſſoribus ſubinde impartiendam, propagandamque in Eccleſia, donec temporum vices beata claudat & figat æternitas. Apoſtolatus ergo, ſive Epiſcopatus a Chriſto inſtitutus, pleniſſima erat ſacerdotalis dignitatis, & poteſtatis ubertas, cujus gradus, vires, opeſque omnes complectebatur. §. IV. Nec enim Chriſtus Apoſtolos Sacerdotio ſuo initiavit, uti nunc fit in iis qui per gradus ſingulos, per temporum & Ordinum interſtitia ad culmen uſque provehuntur ſpiritalis hujus poteſtatis. Largius, nobilius, opulentius, & ab Apoſtolis accipi par erat, & ab optimo, maximoque Chriſto dari vim, & majeſtatem eam, qua Eccleſiæ Patres, & Summi Pontifices crearentur. Ita ſinguli, ita omnes in lucem edimur, ut per ipſas naſcendi, creſcendi & adoleſcendi moras ac tædia moneamur quam nihili ſit totum hoc, quod ſumus, & quo ſuperbimus. At quem

byteratu, (e) queis duo reſpondent officia, nimirum Sacerdotii dandi & ungendi. Qui Sacerdotium dant, Epiſcopatus officium exequuntur; Presbyteratus, qui Sacerdotio funguntur. Licet autem Presbyteratus & Epiſcopatus ſimul una ſumpti unum conſtituant Sacerdotium, unumque Sacramentum, non eſt tamen dicendum, Presbyteratum & Epiſcopatum ſeorſim etiam & ab invicem ſeparatos per ſe ſingulos non eſſe Sacramentum, ac Sacramenti vim non præſeferre. Rem illuſtremus exemplo. Laici olim cum communicabant Corpori & Sanguini Chriſti ſub utraque ſpecie; unum tantum Sacramentum, quod Euchariſtiæ vocatur, accipiebant. Quid? numne Euchariſtiæ Sacramentum, ejuſque fructum non percipiebant tum etiam, cum alterutram tantum ſpeciem ſumebant? Quid ni igitur id ipſum dicamus & de Sacramento Ordinis, nimirum illud recipi tum ab iis, qui Presbyteratu una & Epiſcopatu imbuuntur, tum ab iis, qui vel Presbyteratu initiantur, vel Epiſcopatu inaugurantur? Quamquam hoc exemplum ad omnia minime quadret, nec cuncta ſint paria, ſat tamen affert luminis, quamobrem intelligamus; Presbyteratum & Epiſcopatum unum eſſe Ordinem, unumque Sacramentum, nilque obſtare, quominus etiam diviſi, ac ſeparati Ordinis ac Sacramenti vim per ſe ſinguli tueantur.

§. V. Qui Epiſcopatum ab Sacerdotio dividunt, eaque in duos Ordines ſecant, doceant oportet, quandonam Epiſcopatus a Chriſto fuerit inſtitutus, & quando Apoſtoli ad Epiſcopalem fuerint evecti dignitatem. Joannis XX, (inquis) cum Chriſtus redivivus ſuis Diſcipulis ait: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos ... Accipite Spiritum Sanctum: quorum remi-*

Deus conſtituebat principem, & parentem totius generis noſtri, illum ſtatim tota humanæ naturæ quanta maxima obtingere poteſt, perfectione, pulchritudine, dignitate condecoravit omnipotens opifex, qui non poteſt quod facit non perficere; & quod fingit non perpolire. Ita ſane Chriſtus Eccleſiæ ſuæ, ceu novi, aut innovati mundi conditor, ſatores & ſummos parentes novæ ſuæ gentis Apoſtolos ita præſtituit, ut illos ante Verbi ſui, & Spiritus plenitudine, ac poteſtate veſtiret, & ea cumularet Sacerdotalium munium copia, ex qua filii Dei ad fines uſque ſæculorum propagarentur.

(e) Iſaacus Habertus Epiſcopus Vabrenſis in lib. Pontific. Eccl. Græcæ pag. 165, edit. Pariſ. ann. 1676. „ Pace, inquit, di„ xerim, tot, ac tantorum Magiſtrorum, „ ſi ut locuti ſunt Patres noſtri, id eſt Ec„ cleſiæ Patres, ita loqui velimus, Epiſco„ porum ordinem ab ordine Presbyterorum „ diſtingui, ut unitatem ab unitate, fateri „ debemus, eum Epiſcoporum ordo pri„ mus, Presbyterorum ordo ſecundus, ordo „ Sacerdotum ſemper habitus, & appella„ tus ſit. " De re jam non diſſero, ſed de loquendi more, ad morem Eccleſiæ &c. Confer Thomaſſinum lib. 1 de vetere, & nova Eccleſiæ diſciplina par. 1, cap. 1, n. v, pag. 2, edit. Lugdun. an. 1706, Morinum de ſacris Ordinat. Exerc. III, cap. 1, pag. 31, ſeq. ed. 1655, Juveninum de Sacr. Ord. diſſ. IX, cap. II, pag. 559, edit. Ven. an. 1740, Martenium de Sacris Ritibus Lib. 1, cap. VIII, p. 258, t. 11, edit. ann. 1700, ut Eſtium, Turnelium &c. Qui ſic exiſtimant, ut Habertus & Thomaſſinus, Synodum Tridentinam nihil de controverſiis inter Catholicos ortis definire voluiſſe, Synodique ipſius ſententiam explicari hoc modo poſſe noverant, ut ordinem Sacerdotii in duos rurſum tribui poſſe non repugnarit, quorum alter primus Sacerdotii Ordo, alter ſecundus ſit, illeque Epiſcopatus, hic Presbyteratus vocetur. Adeundus Jacobus Sirmondus notationibus ad Epiſt. XI, lib. IV Sidonii Apollinaris pag. 946, Tom. I Epp. edit. Pariſ.

Digitized by Google

miſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. At Divus Thomas aliam prorſus imbibit ſententiam, docet enim in 4 Sent. Diſtinct. 24, qu. 2, art. 3, ad 2. *Dominum dediſſe Diſcipulis ſuis Sacerdotalem poteſtatem quantum ad principalem actum ante paſſionem in cœna quando dixit: ACCIPITE ET MANDUCATE: unde ſubjunxit: HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM: ſed poſt reſurrectionem dediſſe eis poteſtatem Sacerdotalem quantum ad actum ſecundum, qui eſt ligare & abſolvere*. De Sacerdotio igitur, non de Epiſcopatu tantum intelligenda ſunt ea Chriſti verba apud Joannem cap. XX. Enim vero linceis quantum vis contendas oculis, nil tamen ex illis Chriſti verbis extricare poteris quod Epiſcoporum, non etiam Sacerdotum proprium ſit. Nam ſi de Sacramentali Abſolutione ea verba intelligenda eſſe putas, hæc facultas Sacerdotales non exſuperat vires; ſi de cenſuris infligendis, tollendiſque ea accipienda eſſe arbitraris, ne hæc quidem poteſtas Epiſcopalem Ordinem neceſſario requirit; ſi demum de Eccleſiaſticis legibus condendis, molliendis, laxandis tunc Chriſtum loquutum eſſe exiſtimas, nil affers, quod ab Epiſcopali charactere abeſſe non poſſit. Verbo; ſi ejus Orationis, quam Chriſtus ad Apoſtolos ſuos habuit, Joannis XX, voculas, omnes ſyllabas, omnes litteras, omnes apices, puncta, virgulaſque omnes torſeris, contorſeris, flexeris, minutatim mollueris, guttatim ſtillaveris, nullam unquam guttulam Epiſcopalis Charateris ab Sacerdotali diſtincti inde expreſſeris. Quodnam verbum, quod Sacerdotium dandi poteſtatem faciat? Quod vocabulum, quod Sacerdotum humeris non poſſit inſidere? Quæ vox, quæ Ordinem Sacerdotalem reſpuat ac dedignetur?

§. VI. Quid, quod Clemens Alexandrinus apud Euſeb. l. 2 Hiſt. Eccl. cap. 1, Hieronymus de Scriptor. Eccl. cap. 2, Athanaſius in ſynopſi Tom. 2, pag. 155, Ambroſius in Epiſt. ad Galat. cap. 1, pag. 467, Jacobum minorem non a Chriſto, ſed alter ab uno Petro, alter a Petro, Jacobo Majore, & Joanne, alter denique a cunctis Apoſtolis Epiſcopatus Ordinem accepiſſe opinantur? At cum Chriſtus Joan. XX *ligandi & ſolvendi* poteſtatem Apoſtolis tradidit, nonne ibi tunc aderat & Jacobus minor? Cur igitur & is Epiſcopatum non accepit? Non igitur tunc Apoſtoli creati Epiſcopi. At ſi non tunc, quando igitur? Euge ad te inquam. Eo ne igitur rem rediiſſe, ut Epiſcopatus Ordo, quo tota vis eccleſiaſtica nititur, cui noſtrum omnium ſalus, Fides, Religio divinitus còmmendata atque concredita, a quo, quando, ubi inſtitutus fuerit, nondum certo ſcias. In quo recidit illorum oratio, qui Epiſcopatum Sacerdotio contineri negant.

§. VII. Illud igitur dicamus, Preſbyteratum & Epiſcopatum includi, atque comprehendi Sacerdotio, proindeque Jeſum Chriſtum, cum in noviſſima cœna Sacerdotium inſtituit, Preſbyteratum & Epiſcopatum inſtituiſſe, eoque fidentius id dicamus, quod primis Eccleſiæ incunabulis Preſbyteratus & Epiſcopatus ſimul juncti atque indiviſi una fuerint, (*f*) una vi-

(f) Thomaſſin. l. c. §. VII. Quæ enim ratio Chriſtum adduxerat, ut geminam hanc di-

vixerint, unà habitarint, una conſederint, una accubuerint, nec diſſui, disjungi, diſſociari, diverſaſque quærere ſedes cœperint; niſi poſtquàm adoleſcere cœpit Eccleſia.

Q U.

dignitatem ſumma quadam ſanctimonia ac poteſtate radiantem, alteram ab altera non divelleret: eadem & Apoſtolos adigebat, ut utramque ſimul, aut ſemper, aut ſæpiſſime conferrent iiſdem miniſtris quos in Apoſtolorum, vel Apoſtolicorum hominum amplitudinem allegebant.

Digitized by Google

QU. II.

Cedò tempus, quo Sacerdotium bipartitum fuit ac Presbyteratus ab Epiſcopatu ſejunctus.

§. I. Apoſtoli divinitus juſſi Chriſtianam Religionem in omnes Mundi partes inferre, atque ad omnem poſteritatem propagare, ut tantum opus ad optatos exitus provehere poſſent, duplices Miniſtros ſibi deligendos eſſe putarunt; alios quos ſibi comites ad fidem ferendam, fidelium cœtus colligendos, Eccleſiaſque fundandas adſciſcerent, ſocioſque adjungerent; alios, quos collectis fidelium cœtibus præficerent, fundatiſque Eccleſiis regendis alligarent. Qui Eccleſiarum fundandarum Provinciam ab Apoſtolis ceperant, non ſolum Sacerdotio fungi, ſed illud aliis etiam impertiri debebant: neque enim ſine Sacerdotibus animari, & formari Eccleſiæ poterant. Qui vero ad id munus delecti erant, ut fundatis Eccleſiis præeſſent, oveſque ſibi concreditas paſcerent, ſatis erat ſi Sacerdotio ipſi fungerentur, quin aliis illud impertirent. Cum igitur hi non ad fundandas Eccleſias, ſeu ad Presbyteros conſtituendos, (nam fundare Eccleſiam nihil aliud erat, quam collectis fidelium cœtibus Presbyteros præficere) ſed ſolummodo ad regendas, gubernandas, adminiſtrandaſque deſtinati eſſent, deſponſi, atque conſecrati, ea tantum poteſtatis vi induti fuerunt, quæ rei mandatæ reſponderet, ac ſatisfaceret. Iraque Apoſtoli illam tantum Sacerdotii particulam iis contulerunt, quæ in Sacerdotio fungendo conſiſtit, alteram vero quæ in Sacerdotio dando ſita eſt, ſibi, Diſcipuliſque, quos ſocios ſibi addiderant, reſervarunt. Illis Presbyterorum atque etiam Epiſcoporum nomen indidere, ſibi autem, Diſcipuliſque Apoſtolorum nomen retinuerunt. Hujuſce ne rei exempla deſideras? Eccilla tibi.

§. II. Divus Lucas Act. XIV, 22, ubi prima Eccleſiarum fundamenta nobis enarrat, *Cum conſtituiſſent*, ait, *per ſingulas Civitates Presbyteros:* cui ſuccinit Clemens Romanus Ep. I ad Corinth. pag. 54. *Poſuerunt proſelitos primarios, ut eſſent Epiſcopi & Diaconi, relinquentes EPISCOPOS & Diaconos qui Eccleſias regerent & augerent, in quibus ab Apoſtolis collocati erant, dum illi ulterius pergerent ad erigendas novas Eccleſias.* Divus Paulus cum Cretæ Inſulam Tito diſcipulo ſuo demandavit, juſſitque, ut in ſingulis Civitatibus Eccleſias figeret, atque locaret, *Hujus gratia*, ait, *reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per Civitates PRESBYTEROS, ſicut & ego diſpoſui tibi. Si quis ſine crimine eſt, unius uxoris vir, filios habens fideles non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet enim EPISCOPUM ſine crimine eſſe.* Ad Tit. I, 5. Et ad Philippenſes I, 1: *Paulus & Timotheus ſervi Jeſu Chriſti omnibus Sanctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis, cum EPIS-*

CO-

COPIS & Diaconibus. Tandem Divus Petrus Ep. I, cap. V, 1, hæc habet: *PRESBYTEROS ergo, qui in vobis ſunt obſecro Compresbyter, & teſtis Chriſti paſſionum, qui & ejus, quæ in futuro revelanda eſt, gloriæ communicator: Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, providentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie, neque ut Dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo*. Vides hinc Presbyterorum atque Epiſcoporum nomine a Sacris Scriptoribus appellatos eos fuiſſe, qui ſingulis regendis Eccleſiis obſtringebantur, ac devinciebantur. Contra vero in Epiſtolis Divi Pauli ad Romanos XVI, 7, & in II ad Corinth. VIII, 23, & ad Philippenſes II, 25, Andronicus, Junias, Sylas, Judas, Epaphroditus, qui in Chriſti doctrina evulganda, & in Eccleſiis Presbyteriſque inſtituendis Apoſtolorum erant adjutores, nunquam Presbyteri aut Epiſcopi, ſemper vero Apoſtoli nominantur. (*a*) Nec ullum Sacrarum litterarum locum, aut primi Sæculi Scriptorem mihi dederis, qui Apoſtolos, aut Diſcipulos Epiſcoporum aut Presbyterorum nomine appellarit. Sanctus Petrus Apoſtolorum Princeps, & Sanctus Joannes qui ſe Compresbyteros vocant, (Petr. Ep. I, c. V, 1, Joan. Ep. II, n. 1, Ep. III, n. 1.) nihilo plus orationis noſtræ obſunt, quam Summi Pontifices, cum in ſuis Diplomatibus ſe ſe *Servos ſervorum* inſcribunt. Non enim quærimus, quam dimiſſe de ſe ipſis ſenſerint Apoſtoli, ſed quo nomine communiter nuncupati, aut vocitati fuerint Sæculo primo (*b*).

§. III. Ut igitur ad rem propoſitam veniamus, omniaque adſtringamus paucis, quamdiu Eccleſia Univerſa communibus Apoſtolorum, Diſcipulorumque conſiliis, curiſque gubernata fuit, ac geſta, antequam ullæ particulares inſtituerentur Eccleſiæ, Sacerdotium indiviſum manſit, primique Apoſtoli, atque Diſcipuli non ſolum fungendi, ſed & dandi Sacerdotii poteſtate præditi erant. (Vid. Lib. III, Q. IV, & V.) Poſtquam vero particulares Eccleſiæ ſtatui, locarique cœperunt, ſingulæque ſingulis Sacerdotum Collegiis commendari, tunc Sacerdotium bipartiri cœptum eſt, atque tunc primum alii Sacerdotes filiis tantum procreandis initiati,

cu-

(a) Divus Hieronymus in Cap. I Ep. ad Galatas. Paulatim tempore procedente & alii ab his quos Dominus elegerat, ordinati ſunt Apoſtoli: ſicut ille ad Philippenſes Cap. II, 25, ſermo declarat dicens: *Neceſſarium autem exiſtimavi Epaphroditum fratrem, cooperatorem, & commilitonem meum, veſtrum autem Apoſtolum, miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad vos*. Et ad Corinthios Ep. II, cap. VIII, 23, de talibus ſcribitur: *Sive Apoſtoli Eccleſiarum in gloria Dei*. Silas quoque, & Judas ab Apoſtolis nominati ſunt. Eodem modo Andronicus, & Junias in Ep. ad Romanos cap. XVI, 7, nobiles in Apoſtolis fuiſſe dicuntur. Vide Baronium ad an. 18, §. 9. Vide Tertullianum adverſus Marcionem Lib. 4, cap. 24, Euſeb. Lib. I Hiſt. Eccl. cap. 24, Chryſoſtomum in Epiſtolam I ad Corinth. hom. 38, pag. 667, Edit. Pariſ. 1636, Theodoretum in eamdem Epiſtolam cap. XII, 28, pag. 183, Tom. 3 Edit. Lutetiæ 1642, Theophilactum in eamdem ſimiliter Epiſtolam cap. XV, 7, pag. 294, Edit. Lutetiæ 1635.

(b) Sabinum, Euſtachium, Elpidium S. Baſilius in Epiſtolis ad ipſos datis; Cæleſtinum S. Auguſtinus Ep. 62, Ferrandum Carthaginenſem S. Fulgentius Reſponſ. ad qu. Ferrandi, & Lib. de Baptiſ. Ætiop. CONDIACONOS ſuos vocarunt.

cujuſmodi ii, qui certis regendis Eccleſiis affligebantur, alii vero Patribus etiam gignendis (c) inaugurati, cujuſmodi erant illi qui communem totius Chriſtianæ Reipublicæ, atque omnium Eccleſiarum curam gerebant. Quod ſi quæris, quo Anno, id factum fuerit, ſub annum trigeſimum ſeptimum Æræ Criſtianæ id eveniſſe crediderim; tunc enim temporis Antiochenam Eccleſiam omnium primam ferunt fuiſſe fundatam, hoc eſt Presbyteris inſtructam. (Vid. infra Lib. V, Qu. II.) Sunt qui Hieroſolymitanam Eccleſiam natu omnium maximam volunt, ſed hi Apoſtolorum Eccleſiam, qui Hieroſolymis univerſæ chriſtianæ Rei incubabant cum ea Presbyterorum Eccleſia confundunt, quos Jacobus Apoſtolus, diſperſis jam per orbem Apoſtolis, Hieroſolymitanorum fidelium cœtui præpoſuit, & quorum mentio habetur Actor. XV. (Vid. ſupra L. II, Qu. III, §. 4, & L. I, Qu. LII, §. 5, 6.)

QU. III.

(c) Vide Epiphanium hæſ. 75.

QU. III.

Quomodo probas primitivarum Eccleſiarum Presbyteros, qui & Epiſcopi vocabantur, non fuiſſe veri nominis Epiſcopos?

§. I. Divus Paulus quam ad Philippenſes dedit Epiſtolam ſic inſcripſit: *Paulus & Timotheus ſervi Jeſu Chriſti omnibus Sanctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis, cum Epiſcopis & Diaconibus*. Hæc verba expendens S. Hieronymus in Commentar. Cap. I Ep. ad Tit. ait: *Philippi una eſt urbs Macedoniæ. Et certe in una Civitate plures, ut nuncupantur, Epiſcopi eſſe non poterant*. Non erant igitur veri nominis Epiſcopi ii, quos in Philippenſi Urbe ſalvere atque valere jubet Apoſtolus, (nam uno plures erant) ſed puri, putique Presbyteri Epiſcoporum nomine dignati.

§. II. Qui duos Philippenſium Epiſcopos nobis obtrudunt; quorum alter Judæis, alter Ethnicis ad fidem chriſtianam converſis præfuerit, neminem habent hujuſce rei teſtem: & quam facile hoc illi affirmant, tam facile nos negamus. Nec Romæ, nec Antiochiæ, (infremant per me licet Baronius, & Natalis Alexander Hiſt. Eccl. Diſs. XIV, Prop. I, in Sæc. 1, Tom. IV, pag. 342, edit. Par. 1741.) nec ulla alia in urbe duos ſimul una Epiſcopos unquam ſediſſe, ulla ſatis idonea evincunt monumenta (*a*); nec antiquiſſimi Eccleſiæ Patres Apoſtolicarum Eccleſiarum origines, ordinemque evolventes, duos ejuſdem Urbis

(a) Benedictus XIV de Syn. Diœc. Lib. II, cap. 12, §. 4. Poſtquam clariſſima Bizantii urbs, conjunctis Francorum, Venetorumque armis expugnata fuit, & Balduinus, Flandriæ Comes, ibidem Imperator eſt conſtitutus, opportunum factu reputatum eſt ut Conſtantinopolitanus Patriarcha Latinus crearetur, ad eamque dignitatem Maurocenus evectus fuit, ac ceteræ deinde minores Imperii urbes, Regiæ civitatis exemplar ſecutæ, Latinos Epiſcopos habuerunt. Cum igitur, ut cuique facile eſt intelligere, hujuſmodi Epiſcoporum ſubditi magna ex parte Græci eſſent, ut iſtorum regimini conſuleretur, in Concilio Generali Lateranenſi IV; quod ſub Innocentio III celebratum fuit, decretum eſt, non quidem in una eademque urbe geminos Epiſcopos eſſe debere, alterum Græcum, & alterum Latinum, quod monſtri ſimile reputatum fuit, verum ut Epiſcopus Latinus Græcum Suffraganeum ſeu Vicarium retineret, qui ex illius præſcripto omnia ageret: *Sed, ſi propter prædictas cauſas*, quæ ad Græcæ Linguæ imperitiam referuntur, *urgens neceſſitas poſtulaverit, Pontifex loci Catholicum Præſulem Nationibus illis conformem provida deliberatione conſtituat ſibi Vicarium in prædictis, qui ei per omnia ſit obediens, & ſubjectus*: cum paulo prius repudiatum fuiſſet id, quod de duobus Epiſcopis, altero Latino, & altero Græco, proponi cœperat: *Prohibemus autem omnino, ne una eademque Civitas, ſive Diœceſis, diverſos Pontifices habeat, tanquam unum corpus diverſa capita quaſi monſtrum*.

V. Hæc Concilii Lateranenſis verba relata habentur in Cap. Quoniam, de Officio Ju-

bis conſortes Epiſcopos nobis commemorant. Audi Irenæum lib. III adver. Hæres. cap. 3. *Fundantes igitur, & inſtruentes Beati Apoſtoli Eccleſiam Lino Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt. Succedit autem ei Anacletus. Poſt eum tertio loco Apoſtolis Epiſcopatum ſortitur Clemens. Huic autem Clementi ſuccedit Evariſtus, & Evariſto Alexander, & deinde ſecutus ab Apoſtolis conſtitutus eſt Xiſtus, & ab hoc Teleſphorus, ac deinceps Hyginus, poſt Pius, poſt quem Anicetus. Cum autem ſucceſſiſſet Aniceto Soter, nunc duodecimo loco Epiſcopatum ab Apoſtolis habet Eleutherius.* Similem Epiſcoporum ſucceſſionem in Eccleſiis Apoſtolicis texunt Tertullianus de Præſcrip. hær. 32, & Epiphanius hær. VII, & XXVII, nec in aliqua earum Succeſſionum ſerie duplices ullius Civitatis Epiſcopi nobis occurrunt.

§. III. Sunt (*b*) qui Paulinam Epiſtolam Philippenſibus inſcriptam non ad

Judicis Ordinarii. Cui quidem Canonicæ diſpoſitioni nos inhærentes, cum Pontificatus noſtri tempore, anno ſcilicet 1746, a Varadinenſi Epiſcopo inſtantius actum eſſet ut ſibi concederetur Epiſcopus auxiliaris Græci Ritus, propterea quod Diœceſim haberet Græcis refertam, quorum linguam ipſe ignorabat; audito prius hac de re Metropolitano Colocenſi Archiepiſcopo, acceptis Varadinenſis Cleri ſupplicationibus, idque etiam petente Hungariæ Regina in Romanorum Imperatricem electa, legitimis proceſſibus de mandato noſtro confectis ſuper illius qualitatibus, qui in auxiliarem Epiſcopum poſtulabatur, ac præſertim ſuper abjuratione ſchiſmatis atque hæreſeos per ipſum facta, ac tota re in Conſiſtoriali Congregatione die 12 Julii 1748 mature diſcuſſa, ſequens Decretum publicari, mandavimus, quod etiam deinde executioni traditum eſt: *Deputandum eſſe Epiſcopum Suffraganeum, ſeu Vicarium Reverendum Meletium Ritus Græci ad formam Canonis IX Concilii Lateranenſis IV, ſeu Capituli* quoniam, de officio Judicis Ordinarii, *cum diſpenſatione ſuper irregularitate ob ſchiſmata, & hæreſim incurſa, nec non cum aſſignatione tituli Epiſcopalis, & congruæ pro ejus ſubſtentatione in florenis mille & quingentis illarum partium ſuper fructibus menſæ Epiſcopalis Varadinenſis.*

VI. Verum quidem eſt, aliquando ob temporum circumſtantias factum fuiſſe, ut ab hac Canonica diſciplina recederetur; ſed ſimul negari nequit, gravia inde incommoda & abſurda plerumque derivaſſe. Quidam Romani Pontifices Græcis, qui in Latinorum Epiſcoporum Diœceſibus habitarent, privilegia conceſſerunt, per quæ ab Epiſcoporum localium juriſdictione exempti, & Romano Pontifici immediate ſubjecti forent. Verum cum a Pontifice Pio IV maturius conſideratum fuiſſet ex immediata Græcorum Romano Pontifici ſubjectione nonniſi diſſidia extitiſſe, ac fomenta, per quæ in ſchiſmate, atque etiam in hæreſi pertinacius obfirmarentur; die 16 Februarii anno 1564, Conſtitutionem ſuam, cujus initium, Romanus Pontifex, quæque eſt 74 Bullarii tom. 2, promulgavit, in qua privilegiis per Deceſſores ſuos conceſſis derogando decrevit, ut Græci, qui Siciliam citra & ultra Pharum incolerent, in poſterum juriſdictioni Ordinariorum locorum, in quibus ipſi habitarent, ſubjecti eſſe deberent in iis omnibus, quæ ad Divinum cultum, adminiſtrationem Sacramentorum, extirpationem hæreſum, viſitationem ſuarum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticam diſciplinam pertinerent, ut latius videre eſt in allegata Conſtitutione: in qua tamen illæſum manere Græcum Ritum, ſe velle declarat, quoad ea omnia, quæ ab Apoſtolica Sede approbata ſint. Pianæ Conſtitutioni nos quoque adhæſimus in noſtra ſæpe dicta Contitutione 57, §. 9, num. 19. In ea quippe ſtatuimus, ut Græci, ſive Laici, ſive Eccleſiaſtici Sæculares, aut Regulales, Epiſcoporum Latinorum, in quorum Diœceſibus degunt, juriſdictioni ſubjecti ſint; ampliſſime derogantes privilegiis, quæ a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, id exigentibus rerum circumſtantiis, fuerant eiſdem Græcis indulta.

(b) Natalis Alexand. in Sæcul. IV, Diſſert. XLIV, §. 12, pag. 488, edit. Pariſ. 1742. Philippenſes enim, ad quos hæc Epiſtola da-

 ba-

ad unos Philippenſes, ſed ad omnes Macedoniæ Epiſcopos datam fuiſſe, audent excogitare. At qui fuerint hi Epiſcopi, a quo creati, quibuſque in Macedoniæ Urbibus poſiti, divinare non valent. Philippi (*c*), inquiunt, teſte Luca Act. XVI, 12, Urbs erat totius Macedoniæ princeps. Ego vero non Philipporum, ſed Theſſalonicenſium Urbem totius Macedoniæ principem tunc temporis extitiſſe invenio. Neque enim Divus Lucas ibi ait, Philippos eſſe primam Macedoniæ Civitatem, ſed unam ex iis Civitatibus, quæ ad primam Macedoniæ partem pertinebant: (*d*) Macedonia enim in duas provincias diviſa erat, primam & ſecundam ſive ſalutarem. Philipporum Civitas non in ſecunda, ſed in prima Macedoniæ Pro-

batur, non unius tantum Civitatis aut cœtus nomen, eſſe contendo, ſed integræ Provinciæ aut Diœceſis, in qua plures Civitates fuerunt, adeoque plures Epiſcopi. Philippos quippe unius Provinciæ in Macedonia primam Civitatem fuiſſe, conſtat ex Act. 16, v. 12, adeoque Metropolim. Hinc colligitur, iſtam Sancti Pauli Epiſtolam Philippenſibus ſuis datam, ad totam Diœceſim inſcriptam eſſe, univerſum ſcilicet Civitatum confinium (quarum Metropolis Philippi) in quibus plures abſque dubio Epiſcopi fuere. Illud etiam ſuadet Sanctus Lucas, qui Philippos non tantum Metropolim fuiſſe affirmat, ſed & Coloniam Romanorum.

(c) Quien. O. C. Tom. II, col. 66. Philippi Thraciæ civitas eſt Pomponio Melæ inter Neſtem & Strymona fluvios ab Ægæo mari aliquantum diſtans, ac Dyrrachio 325 M. paſs. Plinio lib. 4, cap. 12. Thraciæ quoque cenſetur, ac mediterranea eſt; Intus Philippi colonia: Ptolemæo autem, Macedoniæ Thraciæ: quin S. Lucæ Act. 16, v. 12, primæ partis Macedoniæ; ubi nempe narrat Paulum Apoſtolum ea in urbe Evangelium Chriſti prædicaſſe. *Navigantes autem a Troade, recto curſu venimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolim, inde Philippos, quæ eſt primæ partis Macedoniæ Civitas, colonia. Eramuſque in hac urbe diebus aliquot conferentes.* Refert ſubinde converſionem mulieris purpurariæ, cui Lydiæ nomen, tum ejecti a puella quadam ſpiritus Pythonis: quod in cauſa fuit, cur irati Gentiles Paulum & Silam inſectati ſint. Philippenſium fidem Apoſtolus idem fovit epiſtola ad eos ſcripta, quæ inter libros ſacros habetur. Non omittendum, in Martyrologio Romano ad diem 18 Decembris Philippis in Macedonia conſignari Natalem Sanctorum Martyrum Rufi & Zoſimi, qui ex numero diſcipulorum fuerunt, per quos primitiva Eccleſia ex Judæis, & Gentilibus eſt fundata, de quorum felici agone S. Polycarpus ſcribit in Epiſtola ad Philippenſes.

(d) *Ibid.* Macedonia in Provincias duas diviſa erat, primam, & ſecundam ſive ſalutarem; ac Philippi non ſecundæ, ſed primæ civitas erat. Cæterum Theſſalonica ambarum metropolis Eccleſiaſticæ ab inſtitutione ſua Apoſtolica juribus fruebatur. At ſequiori ævo, ex quo Illyricum Orientale a Byzantinis Patriarchis uſurpatum fuit, Philipporum Præſul in metropolitam evaſit, ut veteres Notitiæ Eccleſiaſticæ Græcæ teſtantur, ἐπαρχία Μακεδονίας ὁ Φιλίππων. Provincia Macedoniæ, Philipporum Epiſcopus. In illa Notitia quæ Leonis Sapientis Imp. nomine inſignitur, quadrageſima metropolis eſt Eccleſia Philipporum μ'. ἡ Φιλίππων cui Epiſcopi ſeptem ſubſunt ſcilicet α'. ὁ Θεωρίου. β'. ὁ Πολυστόλου γ'. ὁ Βελικείας. δ'. ὁ Χριστουπόλεως. ε'. ὁ Σμολαίνων. ς'. ὁ Καισαρουπόλεως. ζ'. Ἀλεκτρυουπόλεως. 1 Theorii, 2 Polyſtoli, 3 Beliciæ, 4 Chriſtopolis, 5 Smolænorum, 6 Cæſaropolis, 7 Alectruopolis. Holſtenii error eſt aſſerentis Philippos & Serras eamdem eſſe urbem, quando Notitiæ ambas ſecernunt, & inter Metropoles habent; Leoni quidem Philippi metropolis eſt 40, Serræ vero 59. νθ'. αἱ Σέῤῥαι. At Thomæ Smith, quin etiam Illuſtriſſimo Chryſantho Patriarchæ Hieroſolymitano in Notitiis, idem epiſcopus metropolita eſt Philipporum & Dramæ, ὁ Φιλίππων καὶ Δράμας, ut vaſtatis Philippis, utraque Eccleſiæ in unam coaluerit, quum Drama Philippis vicina ſit, ac certe Thraciæ contermina.

Provincia ſita erat, atque hoc illud eſt, quod ſibi vult eo loci Divus Lucas, adeoque abeſt, Sanctum Paulum Philippenſium nomine omnes Macedoniæ urbes complecti voluiſſe, ut ad Theſſalonicenſes etiam duas Epiſtolas perferri curaverit, licet haud longe abeſſent a Philippenſibus, primamque Macedoniæ partem & ipſi incolerent. (Vid. infra qu. IX, §. 6.) Quamquam Apoſtoli verba ita clara ſunt ac perſpicua, ut nemine egeant conjectore. Non enim Paulus *Philippenſibus* Epiſtolam ſuam inſcribit, quæ inſcriptio non ſolum Philipporum Urbem, ſed alias etiam Civitates, quæ in Philippenſium ditione erant, complecti fortaſſe poſſet, ſed *iis qui ſunt Philippis*, ut intelligatur, eam Epiſtolam non ad Philippenſem provinciam, ſed ad unos Philippos pertinere. Tam magnum ne erat addere, *iis qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſunt Berrheæ &c.* ſi Paulus his etiam Eccleſiis haſce litteras legi voluiſſet? Quis porro ſibi perſuadeat, in illis omnibus Eccleſiis ne unum quidem fuiſſe Presbyterum, cujus Paulus meminiſse poſſet, ſed omnes Epiſcopos, atque Diaconos? Quis hæc tam incredibilia concoquat? Vid. infra Qu. IX, §. 6, & 7.

§. IV. Dicendum igitur, neque in Philippenſi Eccleſia, neque in Theſſalonicenſi, Colloſſenſi, neque in Corinthia, Epheſina, Alexandrina, Antiochena, Romana, neque in ullis aliis particularibus Eccleſiis tunc temporis ullos adhuc ab Apoſtolis certos, ac proprios conſtitutos fuiſſe veri nominis Epiſcopos, ſed tantum Presbyteros, qui una cum Diaconis eas regerent, atque adminiſtrarent, (Vid. ſup. Lib. I, Qu. XLII, §. 3.) qui Presbyteri ab impoſito ſibi munere inſpiciendi, ne quid detrimenti in iis Eccleſiis Fides, & diſciplina caperent, *Inſpectorum*, ſeu quod idem eſt, *Epiſcoporum* nomen erant mutuati :(Vid. infr. qu. VI, §. 1, n. *b*) Quid igitur? Eccleſiam primitus veris caruiſſe Epiſcopis, atque Presbyteris tantum, Diaconiſque inſtructam fuiſſe? Nihil ſane minus. Neque vero ſi particularibus Eccleſiis ſuos proprioſque nondum damus Epiſcopos, idcirco eos, qui omnium Eccleſiarum communes erant, univerſali Eccleſiæ adimimus. Aderant Apoſtoli Epiſcopali Sacerdotio divinitus præditi, aderant Chriſti, Apoſtolorumque Diſcipuli Sacris Epiſcopalibus ab Apoſtolis imbuti, qui nulli certæ Eccleſiæ alligati Eccleſias ab ſe ſe fundatas viſitabant, Presbyteros, Diaconoſque initiabant, eaque omnia, quæ deerant, complebant. Et quoniam in Philippenſis Eccleſiæ ſermonen incidimus, ea a Divo Paulo, ab Epaphrodito, a Timotheo ſata, exculta, ad fertilitatem, ubertatemque redacta fuit. *Ut gratulatio veſtra* (ſunt verba Divi Pauli ad Philippenſes) *abundet in Chriſto Jeſu in me PER MEUM ADVENTUM ITERUM AD VOS*. I, 26. *Spero autem in Domino TIMOTHEUM ME CITO MITTERE AD VOS*. II, 19. *Confido autem in Domino, quoniam ET IPSE VENIAM AD VOS CITO*. *Neceſſarium autem exiſtimavi Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, veſtrum autem Apoſtolum & Miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad vos*. Qui hinc colligunt, Epaphroditum proprium fuiſſe Philippenſis Eccleſiæ Epiſcopum, (Quien O. C. Tom. II, col. 67.) eadem ratione, & Paulum, & Timotheum proprios Philippenſium Epiſcopos fuiſſe concedant neceſſe eſt; nam & hi apud Philippenſes Apoſtolatus munere functi ſunt, quemadmodum & Epaphras apud Coloſſenſes, Leodicenos, & Hierapoli-

ta-

Digitized by Google

tanos, (ad Coloſs. I, 7.) Eraſtus apud Corinthios, & Philippenſes, (Actor. XIX, 22, ad Roman. XV, 23, II ad Timoth. IX, 20, Martyrologium Romanum ad diem 26 Julii) Apollo apud Epheſios, & Corinthios, (Actor. XVIII, 24, & ſeq. I ad Corinth. I, 3, 8.) Aquila item apud Corinthios, & Epheſios, (Actor. XVIII, 19, I Corinth. XVI, 19, ad Rom. XVI, 3, 4, 5, II ad Timoth. IV, 19.) Tychicus apud Cretenſes, Epheſios, & Coloſſenſes, (ad Epheſ. VI, 21, ad Coloſſ. IV, 7, II ad Timoth. IV, 12, ad Tit. III, 12.) Titus apud Epheſios, Corinthios, Macedonas, Cretenſes, Dalmatas, (II ad Corinth. VII, 7, 15, ad Titum I, V. III, 12, II ad Timoth. IV, 10) rurſus Timotheus, ut de aliis ſileam, apud Corinthios & Epheſios (I ad Corinth. IV, 17, XVI, 10, I ad Timoth. I, 3.) qui ſi omnium Eccleſiarum, quarum fuerunt Apoſtoli, proprii etiam Epiſcopi extitiſſet, & ſingulæ Eccleſiæ plures ſimul una habuiſſent Epiſcopos, & ſinguli Apoſtoli Diſcipulique uno eodemque tempore plurium Eccleſiarum fuiſſent Epiſcopi. Quid ni igitur dicamus, Epaphroditum, Epaphram, Eraſtum, Tychicum, Titum, Timotheum, alioſque Chriſti, Apoſtolorumque Diſcipulos, Epiſcopali quidem charactere præditos, atque omnium Eccleſiarum communes, nullius autem certæ Eccleſiæ Epiſcopos proprios fuiſſe? Verbo. Idem erant Apoſtoli, Apoſtolorumque Diſcipuli, qui hodie eſſent Patriarchæ atque Metropolitæ, ſi etiam hodie, uti tunc, particulares Eccleſiæ ſuis, propriſque carerent veri nominis Epiſcopis. (Vid. ſup. Lib. II. & Lib. III.)

QU. IV.

QU. IV.

Quibus aliis argumentis nobis oſtendis, Eccleſias particulares principio ſuis, propriiſque caruiſſe Epiſcopis, eoſque quibus Eccleſiæ illæ erant commendatæ, quique a Divo Luca, & a Divo Paulo modo PRESBYTERI, modo EPISCOPI dicuntur non fuiſſe veri nominis Epiſcopos?

§. I. PLura alia ad id probandum proferre poſſem argumenta, ſed illud palmarium puto, quod ab iis, ſive *Presbyteros*, ſive *Epiſcopos* vocare mavis, nemo unquam Sacerdotio fuerit initiatus. Hæc enim eſt vera teſſera, ac nota, qua Epiſcopi ab Presbyteris internoſcuntur. *Quid facit*, inquit Hieronymus ad Evagrium, *excepta ordinatione, Epiſcopus, quod Presbyter non faciat?* Oſtendas igitur neceſſe eſt, illos nomine tenus Epiſcopos Sacerdotium alicui contuliſse, ſi ſuadere velis, eos fuiſse veri nominis Epiſcopos.

§. II. Scio, ab Aerianis in medium afferri illud Divi Pauli ad Timotheum: *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data tibi eſt per Prophetiam cum impoſitione manuum Presbyterii.* Sed cur interim ſilentio prætereunt ea, quæ ad eumdem Timotheum Paulus ibidem ſcribit? *Propter quam cauſam admoneo te ut reſuſcites gratiam quæ in te eſt per impoſitionem manuum mearum*. A Paulo igitur Apoſtolo Timotheus conſecratus Epiſcopus fuit. Nec aliud ſuperiora illa Pauli verba ſibi volunt, quam Presbyteros ſibi Timotheum conſecranti præſto affuiſse. Neque enim Conſecrator, niſi unus; cæteri, qui Epiſcopali conſecrationi interſunt; ſive Presbyteri, ſive Epiſcopi ii ſint, non adſunt, niſi uti teſtes. (*a*).

§. III.

(a) Van Eſpen J. E. U. Part. I, Tit. XV, Cap. I, §. 6. *Adſint* (ait modernum Pontificale Romanum Titulo de Conſecratione Electi in Epiſcopum) *duo ad minus Epiſcopi aſſiſtentes*. Et Rituale Græcorum ordinem in Conſecratione Epiſcopi ſervandum præſcribens, ait: „ Tres vero Pontifices, ſive etiam plures, Pontificium omnem ornatum induti, in ſellis ſuis ſedent ante ſacras ſancti altaris fores. “ Rationem hujus diſciplinæ jam pridem aſſignavit Innocentius Primus in Epiſtola ad Victricium apud Gratianum diſt. 64, can. 4. „ Ne unus Epiſcopus ordinare præſumat Epiſcopum, ne, ait, furtivum Beneficium præſtitum videatur. Hoc enim & in Nicæna Synodo conſtitutum eſt, atque definitum. “ Quaſi diceret: Noluit Synodus, ut Epiſcopus furtive, ſive tamquam fur clam in Ovile Chriſti aſcendat: ſed publice, ideſt, Eccleſia univerſa, per cujuſque Provinciæ Epiſcopos repræſentata, probante, & aſſentiente. Non abſimilem hujus diſciplinæ rationem dedit Sanctus Anſelmus Cantuarienſis in litteris ad Regem Hiberniæ, improbans in Regno illo *ab uno Epiſcopo Epiſco-*

Digitized by Google

§. III. Ubi adolevit Eccleſia; atque Epiſcoporum copia abundare cœpit, cautum fuit, ut propter Conſecratorem plures aſſiſterent Epiſcopi. (Conc. Nicæn. can. 4.) Verum quandiu in cunis vagiit, atque Epiſcoporum inopia laboravit, nonniſi Presbyteri Conſecratori aſtare ſolebant. Quinimmo, adulta etiam Eccleſia, in iis locis in quibus Chriſtiana Religio nondum radices egerat, magnaque erat Epiſcoporum penuria, nonniſi ab uno Epiſcopo inaugurabantur Epiſcopi. Celeberrimum eſt, quod Auguſtino Anglorum Apoſtolo reſponſum reddidit Gregorius Magnus (*b*): In

---

piſcopum ſicuti quemlibet Presbyterum ordinari: ut fides, vita, & ſolicitudo ejus qui invigilare debet, idoneis, & legalibus teſtibus comprobetur. Lib. 3, Ep. 147.

Thomaſſin. V. & N. E. D. Part. II, L. II, Cap. XII, §. 7. Primo Apoſtolico Canone duo deſiderantur tantum Epiſcopi, novo Epiſcopo conſecrando. *Epiſcopus a duobus, aut tribus Epiſcopis ordinetur*. Conſtitutionum Apoſtolicarum auctor rationem propalat, cur duorum requiratur, aut trium præſentia Epiſcoporum. Id enim fit ad auctoritatem electioni conciliandam, & novi Pontificis innocentiam eo teſtimonio muniendam. *Jubemus, ut a tribus Epiſcopis Epiſcopus ordinetur, & ut minimum a duobus, ita ut ab uno conſtitui non poſſit: Teſtimonium enim duorum, & trium firmius eſt, & certum*. Sed tam conſtanter prohibita ordinatione ea, quam unus conferret Epiſcopus: idem nihilominus Scriptor fateri cogitur, ratam, validamque fore unius ab uno Epiſcopi ordinationem, ſi per litteras cæteri aſſenſum præſtitiſſent, & eas rerum anguſtias excuſaret neceſſitas. Quod ſi neceſſitas coegerit ab uno ordinari, quod propter perſecutionem, aut aliam cauſam plures adeſſe non poſſint, afferatur decretum commiſſionis plurium Epiſcoporum.

Bingamus O. E. Lib. II, Cap. III, §. 5. Erant autem quædam functiones, quas rariſſime Presbyteris credebant, & ſi quando eas adminiſtrandi ipſi darent negotium, non niſi ſumma urgente neceſſitate id fieri ſolebat. Tales erant pœnitentium reconciliatio, neophytorum confirmatio, ædium eccleſiaſticarum, virginum, ac viduarum, & id genus rerum aliarum conſecratio, de quibus hec ſigillatim plura non moneo, quia alio loco convenientius ea conſiderari poterunt. Erat autem quædam functio, quam nulli umquam presbytero deferebant, vel eam adminiſtrandi dabant negotium; nimirum Clericorum ſuperiorum, Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum ordinatio. Quod omnium maxime hac in re vindicare ſibi poterant, erat privilegium imponendi una cum Epiſcopo manus ſuas Presbytero, qui ordinabatur, dum interea Epiſcopus precationibus ſuis conſecrationis ritum conficiebat.

Conc. Carth. IV, can. III, Tom. II Conc. p. 1199. *Presbyter cum ordinatur*, Epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput ejus tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas juxta manum Epiſcopi ſuper caput illius teneant.

(b) Thomaſſin. loc. cit. §. 6. Percontanti Auguſtino Anglorum Apoſtolo, de numero Epiſcoporum neceſſario ad Epiſcopi ordinationem; reſpondit Gregorius, inter illa quidem exordia neceſſum eſſe, ut ſolus ordinet Epiſcopos, cum & ſolus ſit ejus reviviſcentis Eccleſiæ Epiſcopus; ſed ordinari ab eo Epiſcopus novos debere in Eccleſiis, urbibuſque tam vicinis, ut in poſterum tres poſſint, vel quatuor coire ad novi Epiſcopi ordinationes. Si enim carnales nuptiæ tanta perſtrepunt pompa, multo majori celebritate Spirituale Epiſcopi cum Eccleſia ſponſa ſua conjugium frequentari æquum eſſe. Non ergo hæſitabat Gregorius, quin Epiſcopo ab uno ordinari poſſet Epiſcopus, & quin inter Eccleſiarum cunabula jam inde ab Apoſtolicis temporibus plures id genus fuiſſent Ordinationes Epiſcoporum ab uno Epiſcopo conſecrante, nullis aſſiſtentibus celebratæ.

Græci recentiores contendunt ordinationem Epiſcopi ab uno tantum Epiſcopo peractam, irritam, & nullam eſſe. Sic Michael Oxita, Patriarcha Conſtantinopolitanus, in Synodo a ſe coacta die 20 Auguſti, Indictione VI, An-

Digitized by Google

In Anglorum Eccleſia, in qua ſolus adhuc tu Epiſcopus inveniris, ordinare Epiſ-

---

Anno Chriſti 1143, Clementem Saſimorum, & Leontium Balbiſſæ, a ſolo Jacobo Tyanorum Metropolitano ordinatos Epiſcopos declaravit, illos non fuiſſe Epiſcopali dignitate cohoneſtatos, propter eorundem ordinationem minime Canonicam. Verba Synodi accipe ex Leone Allatio in perpetua conſenſione Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis lib. 2, cap. 12, p. 673. „ Decretum factum in depoſitione Pſeudo-Epiſcoporum Saſimorum & Balbiſſæ, ex Diœceſi Tyanorum, qui præter Canones Ordinati, tandem Bogomili deprehenſi ſunt, menſe Auguſti die XX, feria VI, Indictione VI. Præſidente Sanctiſſimo Domino noſtro & Œcumenico Patriarcha, Domino Michaele in Thomaite, conſidentibus magnæ Sanctitati illius Sanctiſſimis Præſulibus, Epheſino, Heracleenſi, Ancyrano, Nicomedienſi, Nicæno, Gangrenſi, Antiocheno, Piſidiæ, Hierapolitano, Meſembrienſi, Bryſenſi, Garenſi, Gotthienſi: adſtantibus & illuſtribus Principibus. Ad nos convenere hodie, Imperatorio decreto, in memoriali Sanctiſſimi Metropolitæ Tyanorum Baſilii digeſto, Panſebaſtus, Sebaſtus, & Magnus Drugarius, Beatiſſimus Epiſcopus Bulgariæ, & Præclariſſimus Protoaſecreta, cum noſtra mediocritate, & Sacra per nos Synodo coacta, judicium laturi de iis, pro quibus dictus Sanctiſſimus Præſul Tyanorum, ut ipſi conceditur veluti regionis Antiſtiti, non accuſatorio animo, duos Epiſcopos Clementem Saſimorum & Balbiſſæ Leontium, Bogomilicæ impietatis reos facit, tamquam qui prave & ſentiant, & doceant, & cujuſce deteſtandæ Sectæ in plures Cappadocum animos diſſeminarint. Et conventus quidem propter hoc congregatus eſt. Verumtamen quum veluti quoddam Tyanenſis præludium fuerit, imo vero tamquam judicii præparatio, inquiſitio de ſtatu conditioneque prædictorum Epiſcoporum in quæſtionem allata ſunt, quibus nec Epiſcopali eos dignitate condecoratos fuiſſe contendit, tamquam nullo modo ordinatos, vel non ex Canonum præſcriptis; ideoque Epiſcopali dignitate eos eſſe indignos, ut certamen ipſi poſtea, cum quibus ineundum eſſet, in dubium non verteretur. Dum itaque de his quæritur: non longo examine opus fuit, ſed, ut ſapiens ait Salomon, viro laqueus ſunt propria labia. Sic, & in judicium vocati, de ſua in Epiſcopatum promotione interrogati, palam Metropolitæ patrocinati ſunt, ſuffragio quidem hac in Urbe electos fuiſſe ſub defuncto illo Sanctiſſimo Tyanorum Metropolita Jacobo Monacho ad Clericatum, & Præſulatum, ut moris eſt, poſtea elapſo tempore in Secundam Cappadociam Tyana progreſſos, ordinatos fuiſſe, ſed ab eo & ſolo, quum nullum alium haberet, qui una cum eo celebraret. Quum itaque hac ratione hæc & ipſi confeſſi eſſent, nullum remanebat dubium, illos contra præſcripta ſacrorum Canonum ordinatos fuiſſe; quum Apoſtolicus primus Canon verbatim præcipiat, Epiſcopum ordinari ab Epiſcopis vel duobus vel tribus: & quartus Nicænæ primæ, & Antiochenæ Synodi decimus nonus, nec non & Carthaginenſis, aliique plurimi, hoc idem probari ſanciant, abſque trium Epiſcoporum præſentia neminem ordinari Epiſcopum. Propterea viſum eſt omnibus nobis, & determinatur, ut diximus, memoratos hoſce Epiſcopos neque Epiſcopali fuiſſe dignitate cohoneſtatos, propter eorumdem ordinationem minime Canonicam. “ Hactenus Synodus Conſtantinopolitana ſub Michaele Oxita Patriarcha. Unde colligitur, mentem illius Synodi Græcorum Pontificum fuiſſe, nullam, irritamque eſſe ordinationem Epiſcopalem ab uno, & ſolo Epiſcopo paractam. Neque diſtinguunt illi Epiſcopi, utrum ordinatio hujuſmodi æque ſit nulla, ſive ex neceſſitate fiat, ſive ſine neceſſitate. Eorum ſententiam ſequutus videtur Daniel Syrus Jacobita in Canonum Breviario ſic ſcribens. *Epiſcopis ordinatio a tribus Epiſcopis peragatur. Sin unus Epiſcopus eum ordinaverit, deponatur.* An tamen, tamquam illicita ſit ordinatio, an vero veluti nulla, & irrita, non explicat Syrus Auctor. Clariora ſunt verba Gregorii Barebræi Abulpharagii in ſuo Nomocanone Syriaco Cap. 7, *de Ordinibus Sacerdotii*, Sect. 3. *De ordinationibus ſu-*

Jus Epiſcopale.

morum Sacerdotum, id eſt, Epiſcoporum, ubi, poſtquam Canonem Apoſtolicum retuliſſet, *Epiſcopus a duobus vel tribus Epiſcopis ordinatur*; ſubjungit ex Simone Cananæo ut ait c. 3: *Siquis Epiſcopus ab uno Epiſcopo ordinetur, deponatur & qui Ordinavit, & qui ordinatus eſt. Quodſi perſecutio contingat, aut alia cauſa, quæ Epiſcoporum adventum impediat, libellum conſenſus ab ipſis afferat, & ab uno ordinationem accipiat, idque propter neceſſitatem.* Validam itaque ſimulque licitam ordinationem Syrus iſte Canoniſta exiſtimavit, ſi ex neceſſitate, petitoque ab aliis abſentibus Epiſcopis ſuffragio, ab uno tantum Epiſcopo peragatur. Juveninus in diſſert. IX de Ordinibus in ſpecie qu. I, de Epiſcopatu c. 4, de Miniſtro Epiſcopatus, concluſione 2, aſſerit: *Tres Epiſcopos non requiri ad conſecrationis Epiſcopalis ſubſtantiam*; idque oſtendit exemplis. *Veriſimile*, inquit, *non eſt, Apoſtolos, qui tam multos Epiſcopos ordinarunt, ſemper id præſtitiſſe cum duobus aliis. Quum enim naſcente Eccleſia perpauci eſſent miniſtri, difficili negotio in unum locum convenire plures poterant.* Addit: *Theodoretus lib. 5 hiſt. Eccl. c. 23, refert, Evagrium quarto Eccleſiæ ſæculo fuiſſe conſecratum Epiſcopum Antiochenum a ſolo Paulino. Illa vero Evagrii conſecratio admiſſa fuit tam ab Occidentalibus, quam a pluribus Antiochenis, qui Euſtathiani dicebantur, eo quod Euſtathii Succeſſoribus, derelicto Meletio, adhærerent.* Digniſſima eſt (inquit Beveregius in Can. 1 Apoſt.) quæ obſervetur S. Gregorii Magni Papæ ad Auguſtinum, quem in Britaniam miſerat, reſponſio. Interrogavit eum Auguſtinus: *Si longinquitas itineris magna interjaceat, ut Epiſcopi non facile valeant convenire, an debeat ſine aliorum Epiſcoporum præſentia Epiſcopus ordinari?* Reſpondet Gregorius: *Et quidem in Anglorum Eccleſia, in qua adhuc ſolus tu Epiſcopus inveniris, ordinare Epiſcopum non aliter, niſi ſine Epiſcopis, potes.* Et Auguſtinus quidem hoc Gregorii Papæ reſponſo fretus anno Domini 604, ordinavit duos Epiſcopos, videlicet, Mellitum Londinenſem, & Juſtum Roffenſem, ut ſcribit Beda hiſt. lib. 2, cap. 3, e quibus Mellitum ſolus ordinavit, alterum fortaſſe, Mellito jam ordinato aſſiſtente. Alios poſtea omnes tres ordinaſſe videntur, utpote quod Gregorius Papa eum monuerat, in eodem reſponſo hæc adjiciens: *Quum igitur, auctore Deo, ita fuerint Epiſcopi in propinquis ſibi locis ordinati per omnia, Epiſcoporum ordinatio ſine aggregatis tribus, vel quatuor Epiſcopis fieri non debet.* Ita & Gregorius XIII (uti refert Henriquez Summæ tom. 4, cap. 20.) conceſſiſſe perhibetur Patriarchæ Æthiopiæ (qui erat e Societate Jeſu) ut ſolus ſine aſſiſtentibus pluribus Epiſcopis, Epiſcopos conſecraret.

Quæri tamen hic poteſt, an Epiſcopi conſecratio ab uno tantum Epiſcopo, abſque Indulto Apoſtolicæ Sedis peracta, nulla ſit & irrita, an tantummodo illicita. Benedictus XIV immortalis memoriæ Pontifex in Synodo Diœceſana lib. 13, cap. 13, tres circumferri ait Auctorum ſententias. Quarum prima eſt pro nullitate; eamque tuentur (ut inquit idem Pontifex) Morinus de Sac. Ordinat. Par. 3, exercit. 4, c. 2, Tournely de Sac. Ordinis, impreſſionis Pariſienſis anni 1729, pag. 453. (ſed ego Morinum aliter ſenſiſſe, infra oſtendam productis ipſiſſimis ejus verbis Part. 3, exercit. 4, c. 2.) Altera Sententia nullam itidem irritamque aſſerit ejuſmodi Ordinationem, niſi Pontificio indulto ſeu diſpenſatione conceſſum fuerit, ut eadem ab uno tantum Epiſcopo perageretur: huicque opinioni adhærere Piette par. 6 ſuarum Theologicarum quæſtionum de Sacram. Ordinis qu. 13, §. 1, & 2. Tertia denique propugnat, quamvis juxta diſciplinam a ſacris Canonibus præſcriptam, Epiſcopalis ordinatio ab uno Epiſcopo, aliis duobus Epiſcopis ei aſſiſtentibus, ſit peragenda, uti legitur in Can. Ap. 1, & apud Grat. in Can. Epiſcopi, & Can. Epiſcopum d. 64, & Can. Porro diſt. 66, tamen, ſi ab uno Epiſcopo habeatur, reliquis duobus nec accitis, nec præſentibus, nec cooperantibus, ratam eſſe & validam, quantumvis illicitam: ſiquidem plures in ſacra antiquitate occurrunt Antiſtitum ordinationes ab uno tantum Epiſcopo peractæ, quæ redarguuntur quidem, ut illicitæ; ſed minime rejiciuntur ut irritæ ac nullæ; neque vero uſpiam legitur Epiſcopum ab uno Antiſtite conſecratum, juſſum fuiſſe conſe-

cra-

Digitized by Google

crationis munus iterato recipere ab Epiſcopo, cui alii duo Epiſcopi cooperentur. In hanc ſententiam citantur Thomaſſinus, Cabaſſutius, Chriſtianus Lupus, Hallier, Van-Eſpen, Boucat, Juenin, Diana, Solorzan, Azorius, & ex recentioribus Card. Gotti, & Joſephus Catalanus, quorum loca apud eundem Pontificem p. 560, & ſeq. videri poſſunt.

Ego vero his addo Morinum, quem tamquam primæ ſententiæ propugnatorem, immerito is, qui doctiſſimi Pontificis a manu erat, loc. cit. recenſuit. Morinus ſiquidem Par. 3, exercit. 4, cap. 2, poſtquam Chorepiſcopos non fuiſſe Epiſcopos, ex eo potiſſimum capite demonſtraſſet, quod Damaſus Papa Epiſt. 4, vel 5, & Joannes III Papa Epiſt. unica dicant, illos ab uno Epiſcopo ordinari, quum omnia maxime Concilia affirment, eum non eſſe Epiſcopum, qui a tribus Epiſcopis factus non fuerit Epiſcopus: poſtquam (inquit) Chorepiſcopis hæc, & alia ſcripſiſſent an. 1, uſque ad 14, ſubjungit de Epiſcopo ab uno tantum ordinato in hæc Verba: Verum adverſus argumentum a conſenſu Canonum petitum, qui tres ſaltem requirunt Epiſcopos ad unius conſecrationem, forſan objicietur, quod ait Clemens Conſtit. 8, cap. 27: Ab uno Epiſcopum ordinari poſſe, quando propter perſecutiones aut alia de cauſa plures haberi non poſſunt, dummodo plurium afferatur decretum. Deinde quod Auguſtino reſpondit S. Gregorius, referente Beda cap. 27, lib. 1 hiſtoriæ Anglorum. Quia ſolus in Anglia eſſet Epiſcopus, & a regionibus nimium longinquis acceſſendi eſſent Epiſcopi, alios Epiſcopos eum ordinare poſſe, cæterorum ordinationi poſtea cooperaturos. Deinde quædam exempla Epiſcoporum ab uno ordinatorum afferuntur. Quid ad hæc Morinus? Non invitus fateor, inquit, in caſu extremæ neceſſitatis Epiſcopum ab uno Epiſcopo ordinari poſſe. Et infra n. 15: *Ex dictis Clementis, & Gregorii, & exemplis, quæ afferri poſſunt, hoc tantum ſequitur, Epiſcopum in magna neceſſitate ab uno Epiſcopo ordinari poſſe.* Morinus itaque primam ſententiam adeo non tuetur, ut illam diſertim impugnet. Id quod obiter animadvertendum cenſui, quia nonnullæ Auctorum citationes, quæ in Synodo Diœceſana a quibuſdam amanuentibus ſapientiſſimo Pontifici ſunt ſuggeſtæ, alienum a propoſito ſcopo ſenſum nonnunquam reddunt.

Nunc ad rem redeo. Subjungit idem Pontifex in confirmationem tertiæ ſententiæ hæc verba: „ Animadvertimus ſecundo, quod,
„ etſi affirmari nequeat, ab hac Sancta Sede
„ fuiſſe definitam prædictam quæſtionem, an
„ Epiſcopi conſecratio, quam unus explc-
„ verit Epiſcopus, irrita ſit & nulla, an
„ potius tantum illicita: nemo tamen in-
„ ficias iverit, quin probabilior, & magis
„ plauſibilis ſit tertia opinio, quæ, uti dixi-
„ mus, validam eſſe propugnat, quamvis il-
„ licitam ejuſmodi ordinationem: hancque
„ amplexi fuerint, & in praxim redegerint
„ Romani Pontifices, qui frequenter indul-
„ ta elargiuntur, ut in remotioribus, regio-
„ nibus, in quibus haud facile tres Epiſco-
„ pi una convenire poſſunt, ordinandus con-
„ ſecrationis munus recipiat ab uno Epiſco-
„ po, duabus ipſi aſſiſtentibus Dignitatibus,
„ vel duobus etiam ſimplicibus Sacerdoti-
„ bus: quod porro nullatenus præſtarent,
„ niſi probabiliorem arbitrarentur ſenten-
„ tiam illam, quæ aſſerit validam firmam-
„ que, ac tantummodo illicitam eſſe ordi-
„ nationem, quam unus peregerit Epiſco-
„ pus; ideoque in ſua poteſtate eſſe, illiciti
„ actus notam ab ea removere impertiendo
„ facultatem, ut ab uno tantum Epiſcopo
„ expleri poſſit. Sane, quum olim S. Pius
„ Papa V Votum Congregationis Concilii
„ hac de exquiſiſſet, reſponſum ipſi datum
„ fuit ſequentis tenoris, ut notatum repe-
„ ritur in lib. 10 Regeſtorum pag. 16: *Quum*
„ *S. mem. Pius V conſuluiſſet Congregatio-*
„ *nem Concilii, an in provincia, in qua*
„ *Epiſcoporum copia haberi non poſſet,*
„ *diſpenſandum eſſet, ut loco duorum Epiſ-*
„ *coporum, qui conſecrationi intereſſe de-*
„ *bent ſufficiantur Abbates, duove alii ha-*
„ *bentes dignitates Eccleſiaſticas; Congre-*
„ *gatio ſequuta ſententiam majoris partis*
„ *Theologorum, quos tunc conſuluit, reſ-*
„ *pondit, diſpenſationem eſſe concedendam.*
„ Quin immo, præter eam facti ſpeciem, qua
„ Epiſcoporum copia haberi non poſſit, pa-
„ ris quoque valoris habita eſt altera, qua,
„ licet tres Epiſcopi convenire commode
„ valeant, prudens tamen Œconomia ex-
„ poſcit, ut conſecratio ad tempus occulta
„ maneat, nec ulli, niſi certis advenienti-
„ bus rerum circumſtantiis, innoteſcat. Et

C 2 „ qui-

„ quidem hac impellente ratione fel. rec. „ Alexander Papa VII indulſit, ut Pater „ Sebaſtianus ex Carmelitarum Diſcalceato- „ rum familia, quum ad Orientales Indias „ Apoſtolicam viſitationem obiturus remea- „ re deberet, ſecreto in Pontificio Sacello or- „ dinaretur Epiſcopus Hieropolitanus a ſolo „ Porphyrienſi Epiſcopo, ſupplentibus vices „ duorum Epiſcoporum aſſiſtentium binis „ Vaticanæ Baſilicæ Canonicis Presbyteris „ Luca Holſtenio, & Franciſco Maria Phe- „ bæo, quemadmodum habetur in hiſtoria „ vitæ memorati Sebaſtiani Epiſcopi, Romæ „ edita anno 1719, lib. 2, cap. 2, ſub ini- „ tium. " Hactenus Benedictus XIV Pontifex Maximus in Diœceſana Synodo.

Eſt vero notanda, excedens alioquin, Morini argumentatio, qui dum ab uno Epiſcopo in caſu extremæ neceſſitatis peractam Epiſcopi ordinationem, & validam, & licitam propugnat, hæc addit exercit. 4, cap. 2, num. 14, pag. 60: *Immo plura dico, abſolute loquendo hypotheſim metaphyſicam dari poſſe, in qua duo Sacerdotes tertium in Epiſcopum ordinare poſſent, niſi Deus quid tum agendum eſſet, miraculo moneret. Hypotheſim ponit Guilelmus Altiſiodorenſis lib. 4 Summæ tract. 8 in fine primæ quæſtionis: Si non eſſent in mundo niſi tantum tres ſimplices Sacerdotes, oporteret, quod aliquis illorum conſecraret alium in Epiſcopum.* Hanc metaphyſicam hypotheſim in praxim olim redegerunt quidam Tulianiſtæ hæretici circa annum Chr. 545, qui in caſu extremæ neceſſitatis arbitrati ſunt, poſſe Epiſcopum a ſimplicibus Presbyteris rite ordinari. Rem narrat Joannes Aſiæ Epiſcopus Monophyſita in Chronico Syriaco, hunc in modum. „ Procopius „ (inquit) Epheſi Epiſcopus, in hæreſim „ Julianiſtarum, quam olim abjuraverat, re- „ lapſus, eandem ad extremum uſque ſpiri- „ tum retinuit. Eo e vivis ſublato, con- „ veniunt ſeptem ejuſdem hæreſeos Presby- „ teri, ut Pontificem, loco ipſius, ſibi præ- „ ficiant. Quumque nullus ſupereſſet ejus fa- „ ctionis Epiſcopus, qui ordinationem rite „ faceret, ipſi Eutropium quemdam in me- „ dium producunt, ejuſque capiti manum „ defuncti Procopii imponunt, orationes Chi- „ rotoniæ interim recitantes. Atque ita „ conſecratus Eutropius, alios ipſe ſolus de- „ cem Epiſcopos ordinavit, quos ad diſſe- „ minandum in Oriente, & Occidente er- „ rorem diſtribuit. Conſtantinopolim ſcili- „ cet, Alexandriam, Antiochiam, in Ara- „ biam, in Perſidem, & uſque ad Homeri- „ tas. Primus vero Homeritarum Epiſcopus „ Sergius fuit, qui ſubſtituto ſibi Moyſe, „ antequam annos quatuor impleret, inte- „ riit; nonnulli vero ex ipſis in Sophenem, „ & in Armeniam uſque pervadentes, po- „ pulos illos hæreſi Julianiſtarum infecere. "

Recte circa hoc Julianiſtarum factum advertit Joannes Aſiæ Epiſcopus, quantumvis hæreticus Monophyſita: *Atque hoc pacto* (inquiens) *Pſeudo Epiſcopus ille ordinatus & præter legem, & Eccleſiaſticis omnibus conſtitutionibus reclamantibus, & quidem infelix hic & vas inane Eutropius, non contentus una perditione vanoque errore, & mercatura ſæculi perforati, quam ex manu mortui ſe feciſſe exiſtimabat, obducta intellectus ejus caligine, nullaque Regulæ, aut Eccleſiaſticis Canonibus habita ratione, quum ipſe vas corruptionis per mortuum factus eſſet, priori malo novum adjecit, decem falſos Epiſcopos conſtituens, qui & ipſi phantaſtice facti ſunt. Atqui meminiſſe debuerat, mortuum, quum adhuc vivus, & incolumis eſſet, ab ordinatione Epiſcopi facienda abſtinuiſſe, quod ab uno Epiſcopo eam fieri, contra Canones eſſe duceret. Ejus igitur exemplo decebat Eutropium rubore ſuffundi, nec audere, quum ſolus eſſet, Epiſcopos inſtituere. Adde quod ipſe per mortui manum ordinatus eſt: atque adeo liquet, tam ipſum, quam omnes ab eo ordinatos, quique in poſterum ab eis ordinabuntur, Eccleſiaſticis ordinibus mortuos eſſe, & ordinationis eſſe expertes, & frigida ſenſuque ſpirituali carentia cadavera, cujus rei & nos, & omnes Aſiæ regiones, teſtes ſumus.*

Julianiſtarum igitur hic error fuit, non reliquorum Monophyſitarum, quos nunc Jacobitas vocamus, quique olim Severi Antiocheni dogmata ſequebantur, nimirum, ut irritam illam, nullamque prorſus Epiſcoporum ordinationem pro vera, ac legitima admitterent: cujus rei aliud etiam exemplum in hiſtoria ejuſdem Joannis Aſiæ Epiſcopi Monophyſitæ occurrit. Quum enim in Re-

gno

Digitized by Google

Epiſcopum non aliter niſi ſine Epiſcopis potes (*c*). Quid? Nonne noſtris etiam temporibus, quibus aditus ad novas Terrarum Orbis partes patefacti, illic ab uno tantum Epiſcopo una cum Presbyteris Epiſcopatus Ordo confertur? Teſtes ſunt ex Maximorum Pontificum Bullæ, atque Diplomata, quibus muniuntur ii, qui ad Indos divino cultu imbuendos proficiſcuntur. *Tibi Presbytero, ut a quocumque malueris Catholico Antiſtite gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habente, aſcitis & in hoc illis aſſiſtentibus, duobus, vel tribus Presbyteris munus conſecrationis recipere valeas.* (Fagnanus ad cap. 7 de Temp. Ordin. n. 20.) Teſtes ſunt etiam Conſtitutiones atque Epiſtolæ ad Apoſtolicos Sinarum & Junchini Vicarios datæ, quæ Epiſcoporum Ordinationes ab uno Epiſcopo, atque Presbyteris habitas ratas ac firmas eſſe jubent (Vid. collect. Apoſtolic. pro Sac. Miſſion. Pariſiis recuſum anno 1676.) Mirum ne, ſi quod nunc in primævis Novi Orbis fit Eccleſiis, id etiam in primitiva veteris Orbis Eccleſia factum fuerit, videlicet ſi tum quoque ſingulis Apoſtolis Epiſcopale Sacerdotium tribuentibus, non Epiſcopi, ſed tantum Presbyteri miniſtrarent? Unus igitur Paulus Timotheum Epiſcopatu initiavit, unus eum conſecravit, unus ſacro Charactere eum imbuit, ſacriſque notis compunxit; Presbyteri autem, quorum ipſe meminit I ad Timoth. IV, 14, nonniſi adjutricem operam manumque præbuerunt.

§. IV. Urges. Si ii, quibus ſingularum Eccleſiarum procuratio demandata erat, conſecrandi poteſtate præditi non erant, quis illarum Eccleſiarum Clericos ſacris initiabat? Apoſtoli, Apoſtolicique viri, qui nulli certæ Eccleſiæ alligati Eccleſias omnes luſtrabant, quæ deerant complebant, remigium ſupplebant, rimaſque omnes explebant. Longum eſſet

ſi eos

---

gno Æthiopum, Homeritarum atque Indorum ob defectum Sacerdotum, & Epiſcoporum, ad Juſtinianum Auguſtum populi illi plures legatos miſiſſent, ut Epiſcopum ſibi daret, qui Chalcedonenſe Concilium reſpueret, nec id facere Imperator voluiſſet; „ Eo „ tandem devenerunt, ut contra Canonum „ ordinem congregati Presbyteri, Evange- „ lium capiti cujuſdam ex ſuo ordine imponerent, atque ita eum Epiſcopum conſtituerent. Hac enim ratione exiſtimabant „ ipſi Chirotonium Epiſcopi perfici, quum „ ne in ordine quidem Laicorum jam lo- „ cum haberent. Plerique tamen hujuſmodi „ Chirotonia offenſi, eandem improbarunt, „ nec ut legitimam admiſere, indeque ma- „ gna inter ipſos diſſidia exorta ſunt: ita „ ut ex defectu Epiſcopi, alius turſus error, „ & hæreſis ibidem obtinuerit Melchiſede- „ chianorum, qui temere affirmabant, Mel- „ chiſedecum Chriſtum eſſe. Sed neque ex „ uno illo populo diviſa dumtaxat Eccleſia „ fuit; verum etiam Regnum in duas par- „ tes ſciſſum: & bella, ſchiſmata, ſeditio- „ neſque diu poſtea illas regiones invaſe- „ runt. " Demum eo confluxere Phantaſiaſtæ, ex Juliani & Cajani ſecta, qui illas provincias univerſim erroribus ſuis infecerunt.

Ita Beda in Hiſtor. Anglic. lib. 1, cap. 27, a quo primum hanc epiſtolam accepimus, uti notat Vir eruditus Petrus Guſſanvillæus in notis ad hanc epiſtolam, quæ eſt 31, lib. 12, obſervatque tam ex antiquis, quam recentioribus editionibus, codicibus manuſcriptis, & auctoribus Eccleſiaſticis, hanc eſſe genuinam epiſtolæ lectionem, vitioſam vero quorumdam exemplarium quæ habet: *Ordinare Epiſcopum non aliter niſi cum Epiſcopis potes.* Idem notat, ac ſolide probat Guilelmus Beveregius Presbyter Anglicanus in notis ad Canonem I Apoſtolorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ſi eos omnes, quos Apoſtoli ac Diſcipuli in Cretenſibus, Illyricis, Aſianis, Ægyptiacis, Particis, aliiſque ſacrarunt Eccleſiis, numerando vellem percenſere; ſatis erit referre, quod de Sancto Joanne Apoſtolo Clemens tradit Alexandrinus apud Euſebium lib. III Hiſt. Eccl. cap. 3. *Cum poſt obitum Tyranni ex Inſula Pathmo rediiſſet Joannes, ad finitimas quoque Provincias rogatus ſe contulit, partim ut Epiſcopos conſtitueret partim ut integras Eccleſias diſponeret & formaret, partim etiam, ut unumquemque eorum, quos Spiritus deſignaret, in Clerum cooptaret*: ὅπῃ μὲν ἐπισκόπους καταστήσων, ὅπῃ δὲ ὅλας ἐκκλησίας ἁρμόσων, ὅπῃ δὲ κλήρῳ ἕνα γέ τινα κληρώσων τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημαινομένων. Ex hiſce Clementis verbis intelligimus, Joannem a Pathmo reducem tria feciſſe. I In iis Regionibus, in quibus plures quidem Chriſtiani, ſed nullæ adhuc Eccleſiæ, Presbyterorum, Epiſcoporumve ordinem induxiſſe, ſeu, quod idem eſt, novas ibi Eccleſias inſtituiſſe. II In his Presbyteriis, quæ ad paucos admodum Presbyteros, Epiſcopoſve redierant, horum numerum integraſſe, remque omnem refeciſſe, ac priſtinæ ſuæ dignitati reddidiſſe. III Illas Eccleſias, quarum florentes opes, atque uberrimæ meſſis ſpes plurima, Clericorum numero auxiſſe atque ditaſſe.

§. V. Jam vero quæro abs te. In iis Eccleſiis, quæ jam antea fundatæ erant, Presbyteriis, Epiſcopiſve inſtructæ, ſi ii Presbyteri, qui & Epiſcopi vocabantur, non nomine tenus, ſed revera fuiſſent Epiſcopi, quid neceſſe erat rogare Joannem Apoſtolum, ut vel defunctis Presbyteris alios ſufficeret, vel illorum numerum augeret? Nonne ipſimet, ſi quando aut novi cooptandi, aut in demortuorum locum ſubrogandi erant, eos Sacerdotio imbuere poterant, ſacriſque illos aris inchoare? Quid igitur ſtatuendum, niſi Sacerdotum creandorum poteſtatem penes Apoſtolos, Diſcipuloſque fuiſſe, qui uni tunc temporis veri reapſe erant Epiſcopi; Presbyteros vero Epiſcopoſve, quibus particularium cura tradita erat, ordinandi jus minime habuiſſe, proindeque illos non fuiſſe veri nominis Epiſcopos?

QU.V.

Q U. V.

Aveo audire aliquem ex Eccleſiæ Patribus qui eos Presbyteros, qui & Epiſcopi vocabantur, non Epiſcopali, ſed Presbyterali tantum Sacerdotio præditos fuiſſe confirmet.

§. I. Adeſt nobis Theodoretus, qui hoc ipſum teſtimonio ſuo comprobat (*a*). Is igitur in Comment. c. 3 Ep. I ad Timoth. hæc habet: *Eoſdem olim Presbyteros vocatos & Epiſcopos; Quos autem Epiſcopos hodie nominant, tunc Apoſtolos vocaſſe; Procedente deinde tempore Apoſtolatus nomen iis, qui vere Apoſtoli dicti ſunt, reliquerunt; Epiſcopatus autem appellationem iis impoſuerunt, qui quondam Apoſtoli nominabantur*. Singula verba excutiamus, eorumque vim penſitemus. *Eoſdem olim Presbyteros vocatos & Epiſcopos*. Non ait hic Theodoretus, eos, quos nunc vocamus Epiſcopos, olim dictos fuiſſe & Presbyteros, ſed eos quos hodie Presbyteros appellamus, olim & Epiſcopos fuiſſe vocatos: *Quos autem Epiſcopos nominant, tunc Apoſtolos vocaſſe*. Nec ideo quiſquam (ſubmo-

(a) Theodoretus Commentar. in I Ep. ad Tim. c. III, opp. pag. 473, edit. Pariſ. Sirmondi τοὺς αὐτοὺς, inquit, ἐκάλουν ποτὲ πρεσβυτέρους, καὶ ἐπισκόπους, τοὺς δὲ νῦν καλουμένους ἐπισκόπους, ἀποστόλους ὠνόμαζον. τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος τὸ μὲν τῆς ἀποστολῆς ὄνομα τοῖς ἀληθῶς ἀποστόλοις κατέλιπον, τὴν δὲ τῆς ἐπισκοπῆς προσηγορίαν τοῖς πάλαι καλουμένοις ἀποστόλοις ἐπέθεσαν. Eoſdem olim vocabant Presbyteros & Epiſcopos; „ eos autem, qui nunc Epiſcopi „ vocantur, tunc Apoſtolos nominabant. Pro- „ cedente vero tempore, Apoſtolatus no- „ men vere Apoſtolis reliquerunt, Epiſco- „ patus autem appellationem vocatis olim „ Apoſtolis impoſuerunt. Idem in Ep. ad „ Philipp. cap. 1, v. 1, pag. 323, tom. eo- „ dem. ἐπισκόπους δὲ τοὺς πρεσβυτέρους καλεῖ. „ *Epiſcopos autem vocat qui erant Presbyte-* „ *ri*. Et in c. II ejuſd. Ep. ad Phil. v. 25, „ p. 333. ἀπόστολον δὲ αὐτὸν κέκληκεν αὐτῶν. „ *Apoſtolum autem ipſum vocat ipſorum* „ (hoc eſt Epaphroditum Philippenſium) „ ut cui eſſet illorum cura concredita. Ut „ clarum ſit, ſub eo fuiſſe illos, qui in „ principio ἐν τῷ προοιμίῳ dicti ſunt Epiſ- „ copi, Presbyterorum ſcilicet in ordine „ conſtituti. " Rurſum in Ep. I ad Tim. cap. III, pag. 474. Ita, inquit, ἐχρημάτιζεν ἀπόστολος ὁ Ἐπαφρόδιτος Philippenſium Apoſtolus Epaphroditus: veſtrum enim, inquit, Apoſtolum, & auditorem neceſſitatis meæ. οὕτω Κρητῶν ὁ Τίτος, καὶ Ἀσιανῶν ὁ Τιμόθεος ἀπόστολοι: *Ita Cretenſium Titus, & Aſianorum Timotheus Apoſtoli*. Auctor etiam Commentariorum in Epiſtolas Pauli, quem Ambroſiaſtrum vocant, in ep. ad Gal. 1, t. II opp. S. Ambr. edit. Pariſienſis Monach. S. Mauri pag. 210, *Apoſtolum*, inquit, *ſe Paulus non ab hominibus electum, & miſſum ad prædicandum teſtatur ſicut erant quidam, qui electi ab Apoſtolis mittebantur ad Eccleſias roborandas*. Confer Amalarium lib. II de Div. Officiis c. XIII, p. 974, tom. XIV Biblioth. PP. edit. Lugdun. & pag. 337, n. 2.

monet nos hiſce verbis Theodoretus) falſo arbitretur, nullum tunc temporis inter Presbyteros, & Epiſcopos interceſſiſse diſcrimen. Nam ii, qui nunc nobis Epiſcopi habentur, & ſunt, tunc non jam Epiſcopi, ſed Apoſtoli nuncupabantur. *Procedente vero tempore, Apoſtolatus nomen iis, qui vere Apoſtoli dicti ſunt, reliquerunt, Epiſcopatus autem appellationem, iis impoſuerunt, qui quondam Apoſtoli nominabantur.* Poſtea factum eſt (ſubjicit hic Theodoretus) ut hæc nomina aliam ſibi ſumerent ſignificationem. Apoſtoli ii uni dicti, qui a Chriſto vel ab Eccleſia peregre miſſi erant ad Evangelicam doctrinam Infidelium animis inſerendam; Presbyteri, qui ſacrificandi, Epiſcopi qui & ſacrificandi, & Sacerdotes creandi poteſtatem gerebant. Hæc Theodoretus anno 433, qui ſui Sæculi omnium doctiſſimus communi ſapientum voce prædicatur. (Vid. Guliel. Cav. Trithem. Hoſman. Poſsev. in appar. ſacr. Druſium obſerv. Lib. 3, c. 21, Genadium, Dallæum, Bellarm. de Script. Eccleſ. Johannem Damaſcenum Orat. 3 de Imagin. Jacobum Sirm. in vita Theodoreti, Richard. Simon. Hiſt. Crit. Veter. Teſtam. lib. 3, c. 10.) (*b*).

§. II.

(b) Vir ſui Sæculi eruditiſſimus vocatur a Dallæo. Virum plane doctiſſimum vocat Bellarminus de Script. Eccl. *Theodoretus inter eloquentes ſumme doctus, inter doctos ſumme eloquens.* Nic. Cauſſin. *Ajunt virum hunc in maxima urbe Romana uſque adeo clarum, & celebrem extitiſſe, ut etiam in omnibus officinarum veſtibulis homines parvas Imagines ipſi erigerent, hinc videlicet præſidium ſibi, & ſecuritatem quandam comparantes.* Joannes Damaſcen. orat. 3 de Imaginibus: *Libros plurimos compoſuit Theodoretus, tum in Sacram Scripturam, tum adverſus diverſas Hereſes, deque aliis Argumentis: quorum pleraque extant, multa interierunt. Ex quibus hanc ingenii, ac judicii doctrinæque laudem retulit, ut nemo Divinas Litteras fidelius interpretari, nemo Hiſtoriam Eccleſiaſticam aptius illo texere exiſtimetur. Styli vero is lepos, & elegantia, quæ & lectorem ſine faſtidio teneat, & perſpicuitati brevitate non officiat.* Jacob. Sirmond. in vita Theodoreti.

Laudat Joannes Garnerius in Theodoreto pietatem, & morum innocentiam, opum aliarumque rerum humanarum contemtum, ingenium capax, felicem memoriam, indeſeſſum litterarum ſtudium, ſtupendam eruditionem, & dicendi facultatem, zelum adverſus Marcionitas, Apollinariſtas, & alios Hæreticos, aliaque domi, & foris præclare geſta. Reprehendit contra philautiam, nimium gloriæ amorem & pertinaciſſimum Partium ſtudium. Arguit eundem, quod non tam ex modeſtia, quam præ ſe tulerit, quam nobilioris Eccleſiæ deſiderio Cyrenſem Epiſcopatum invitus ſuſceperit. Dolet, quod cum Magiſtrum Scientiæ Theodorum, eloquentiæ Chryſoſtomum habuiſſet, Chryſoſtomi eloquentia ad tuendos Theodori errores abuſus fuerit. Notat, ipſum, dum ad perſpiciendos Hæreticorum errores omnem animi aciem intenderet, id fuiſſe paſſum, quod oculi vehementer affecti ſolent, nempe ut nonnunquam totam Hæreſim videre ſibi videretur, ubi minima ejus ſpecies vel umbra appareret. Deplorat, quod a Neſtorio, quem in Monaſterio S. Euprepii contubernalem, & ſtudiorum commilitonem habuerat, in graviſſimos errores abreptus, Cyrillum Alexandrinum impugnaverit, & non ſolum in vivum amarulenta convicia ore, & calamo congeſſerit, ſed mortuo quoque inſultaverit. Acta Eruditorum Menſis Februarii 1685.

Theodoretus longe admodum abiit ab aliorum Patrum methodo. Non enim Homilias, nec Commentarios in univerſam Scripturam conſcripſit, ſed ſatis ipſi fuit in unam Scripturæ partem *Quæſtiones* agitare, in alteram vero Commentarios conſcribere. Quædam quidem ſunt ſatis inutilia in ejus *Quæſtionibus*, quæ longe nimis accerſita videntur

den-

§. II. At ne in unjus teſtis auctoritate acquieſcere videamur, Theodoreto addamus Divum Hieronymum, cujus hæc ſunt verbi in Epiſt. ad Titum: *In Actibus Apoſtolorum crip tum eſt, quod cum veniſſet Apo olus Miletum, vocavit Presbyteros* pheſinæ) *Eccleſiæ, quibus poſtea inter cætera ſic locutus: Attendite vobis &c. & hic diligentius obſervate, quomodo unius Civitatis Epheſi Presbyteros vocans, poſtea eoſdem Epiſcopos dixerit.* Etſi non tam perſpicuis, ac claris verbis utatur Hieronymus, ea tamen loquitur, ex quibus intelligere facile poſſumus, eos, qui olim Epiſcopi vocabantur, non re, ſed nomine tenus fuiſse Epiſcopos. Hæc enim eſt Hieronymi oratio. Paulus Apoſtolus in Actibus Apoſtolorum Epheſinæ Urbis Presbyteros Epiſcoporum nomine compellat. Quid tam? Numne illi veri Epiſcopi? Nihil ſane minus. Nam ii unius erant Civitatis. Si unius Civitatis, non igitur veri nominis Epiſcopi. *In una enim Civitate, plures, ut nuncupantur, Epiſcopi eſſe non poterant.* Ii igitur meri erant Presbyteri. Cur autem eos vocat Epiſcopos? Quia hæc duo nomina *Presbyter & Epiſcopus* unum idemque ſignificabant, ac Presbyteris promiſcue dabantur. Ita ſane Hieronymus, *cujus eloquium ab Oriente uſque ad Occidentem inſtar lampadis reſplenduit.* (S. Aug. contra Julia. l. 1, c. 7.) (c)

§. III. Alios ne hujuſce rei teſtes re-

dentur; ſed vice verſa ingens reconditæ *Theologiæ* copia in illis conſpicitur, Stylique Sacræ Scripturæ noritia pluſquam mediocris. Inter Græcos omnes Patres, huic imprimis addicere ſe debet quicunque in Bibliis doctus evadere vult. Quandoque tamen, potius ad Sermonis ſui ornatum, quam ad explanationem argumentorum quæ pertractat, allegorias admiſcet: Quod vitare debebat in quæſtionibus, ubi res ſimpliciter tantum proponere pauciſque verbis ſolvere requiritur. Cæteros Græcos Patres ſedulo legerat, præſertim vero Libros *Origenis* & S. Joannis Chryſoſtomi, quos ſæpius ſequitur. Veteres *Græcos Interpretes* identidem citat, imo & Textum *Hebraicum*, quem legebat in Origenis *Exaplis*, & in vocum Hebræarum interpretatione quam idem Origenes evulgarat: Præter ejus quæ nobis ſuppetunt Quæſtiones *in Pentateuchum, in Joſuam, in Judices, in Rutham, in quatuor Regum libros, & in Paralipomena,* contexuit etiam Commentarios in Pſalmos, & in plures alios Bibliorum libros, quos ad litteram, quam maxime poteſt, exponit, aliquas tamen moralitates iis ſemper admiſcendo. Litteram multo preſſius ſequitur quam cæteri Patres Græci; nec etiam valde diffuſus eſt ſtylus ejus, quamvis eum ſimilitudinibus interdum exornet. Sæpiuſcule citat Græcas veteres Verſiones *Aquilæ, Symmachi & Theodotionis* ad Scripturæ textos ampliorem elucidationem; nec *Septuaginta* Interpretes ſemper ſequitur, cum præſertim ipſi perſuaſum eſt Verſiones alias Scripturæ ſenſum purius exprimere. Richard. Simon. Hiſt. Crit. Vet. Teſt. l. 3, c. 10, Gall.

(c) Hieronymus fuit vir in omni doctrinarum genere abſolutiſſimus. Quippe qui ſplendore ſermonis & eloquentiæ viribus, in quibus ſub Donato Grammatico & Victorino Rhetore clariſſimis viris, profecit, omnes Latinos Eccleſiæ ſcriptores multo poſt ſe intervallo reliquit. Linguarum quoque tantum habuit peritiam, ut Græcam, Hebræam, Syram, Chaldæam, & Latinam omnes æque ac Dalmaticam ſibi maternam linguam teneret. Sed & in ſcholis Philoſophorum nihil de Ariſtotelis, Platonis, ac Zenonis, hoc eſt, de Peripateticis, Academicis, Stoicis, reliquit intactum. Quibus inſtructus apparatibus, contulit ſe ad Sacrarum litterarum ſtu-

Digitized by Google

requiris? En tibi Hilarius Romanæ Eccleſiæ Diaconus, Sæculi IV Scriptor, qui in Comment. ad Pauli Epiſtolas, *Primum*, ait, *Presbyteri appellabantur Epiſcopi*. (Vid. Tom. II, in app. opp. S. Ambroſii edit. Paris. Monach. S. Mauri pag. 241.) En S. Ambroſius, qui id quod intendimus, uncialibus litteris nobis confirmat. *Qui nunc*, inquit, *Epiſcopi nominantur, illi tunc Apoſtoli dicebantur .... Qui poſt ordinati ſunt, ut præeſſent Eccleſiis ... grave exiſtimaverunt Apoſtolorum ſibi vindicare nuncupationem. Diviſerunt ergo nomina ipſa, & ab eiſdem Presbyterii nomen Presbyteris reliquerunt. Alii vero Epiſcopi ſunt nuncupati, hi qui & Ordinationis præditi poteſtate, ita ut pleniſſime iidem Præpoſitos ſe Eccleſiarum eſſe cognoſcerent*. (Vid. Amalar. Fortunat. de Offic. Eccl. l. II, c. XIII, in Bibliotheca magna Patrum, Tom. VI, pagin. 939, edit. Pariſ. 1589.)

§. IV. Quid pluribus teſtibus opus eſt, ut perſpicuum ac evidens fiat, in Chriſtianæ rei primordiis illos dictos fuiſse Epiſcopos, qui a nobis modo dicuntur Presbyteri, quosque nos

dia usus in his Apollinari Laodiceno, Didymo Alexandrino, & Gregorio Nazianzeno præceptoribus. Sub quibus tantam ſibi divinarum rerum eruditionem, & eruditionis nomen comparavit, ut in obſcuris ſanctorum voluminum difficultatibus Romanus Pontifex Damaſus, doctiſſimus Auguſtinus, Paulinus, Chromatius, Heliodorus, multique alii paſſim per Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Africam, Palæſtinam, & Græciam Eruditiſſimi Epiſcopi, ad hunc unum confugerent, tamquam ad eum, qui multiplici linguarum varietate adjutus, omnes legiſſet divinæ Scripturæ interpretes, Græcos, Hebræos, & Latinos. Sixt. Senenſ. Biblioth. Sanct. l. 4.

Hieronymus Catholicorum Magiſter, cujus Scripta per univerſum mundum quaſi divinæ lampades rutilant. Joan. Caſſian. contra Neſtor. de Verb. Incar. l. 7. Vir enim præter fidei meritum, dotemque virtutum, non ſolum Latinis, atque Græcis, ſed & Hebræis etiam ita litteris inſtitutus eſt, ut ſe illi in omni ſcientia nemo audeat comparare. Concivit odia perditorum. Oderunt eum Hæretici, quia eos impugnare non deſinit; oderunt Clerici, quia vitam eorum inſectatur, & crimina. Sed plane eum boni omnes admirantur, & diligunt, nam qui eum Hæreticum eſſe arbitrantur, inſaniunt. Vere dixerim, catholica hominis Scientia ſana doctrina eſt. Totus ſemper in lectione, totus in libris eſt, non die, non nocte requieſcit, aut legit aliquid ſemper, aut ſcribit. Sulpic. Sever. in Dialog. 1 de Virtutibus Monachorum Orientalium.

Magnus mihi Auctor eſt Hieronymus, vir in omnium temporum Hiſtoriis verſatiſſimus. Grot. vol. 4, Impreſſ. Lond. apud *Moſem Pitt* in Fol. p. 488.

Chryſoſtomum, & Hieronymum legere volui, iden quod eos videbam in textu Sacræ Scripturæ exponendo feliciores cæteris haberi. Idem ibid. p. 653.

Quantum in illo antiquitatis, quantum Græcarum litterarum, quantum hiſtoriarum? tum quæ Phraſis, quod dicendi artificium, quo non Chriſtianos modo omnes longo poſt ſe intervallo reliquit, verum etiam cum ipſo *Cicerone* certare videtur. Eraſm. l. 5, Ep. 19. Hieronymum unum habet Eccleſiaſticus orbis, utraque doctrina *Sacra*, & *Gentili*, ut vocant, juxta abſolutum. Idem. l. 9, Epiſt. 15.

Quo viro nihil habet Orbis Latinus vel doctius vel ſanctius. Idem lib. 28, Epiſt. 8.

nos modo appellamus Epiſcopos, tum Apoſtolorum nomine cognitos fuiſse; nec niſi, poſtquam adoleſcere cœpit Eccleſia, vocabula Presbyterorum, Epiſcoporum, Apoſtolorum, eam quam nunc habent, ſibi induiſse notionem?

Digitized by Google

QU. VI.

Epiſcopi nomen quamdiu conſtitit Presbyteris?

§. I. JUvat memoriam refricare eorum, quæ ſupra a nobis dicta ſunt, & in meridiana luce collocata, nimirum, Apoſtolis, Diſcipuliſque ſummo Sacerdotio præditis communem totius Chriſtianæ Reipublicæ, atque omnium Eccleſiarum curam interea gerentibus, ſingularum Eccleſiarum adminiſtrationem non ſingularibus Epiſcopis, uti nunc, ſed Presbyterorum Collegiis principio fuiſſe demandatam. (Vid. ſup. Lib. I, Qu. XLII, §. 3, & ſeq.) Quamdiu hæc Presbyterorum viguit Præfectura, tandiu etiam Epiſcopi nomen ad Presbyteros adhæſit. Quid ni autem? Nonne hiſce Presbyterorum Collegiis ea omnis Rectio (Actor. XX, 28) eaque omnis poteſtas permiſſa erat, (una dempta ordinandi poteſtate) quæ poſtea Epiſcopis certarum Eccleſiarum propriis facta fuit (*a*)? Cur non igitur, ſi Epiſcopale onus, Epiſcopi etiam nomen imponendum fuit? Non enim ex Sacerdotii Charactere ſibi indito, ſed ex eo, quod in ſingulis Eccleſiis Chriſtianæ fidei, morum, Diſciplinæ *Inſpectores* eſſent conſtituti, *Epiſcopi* nomen ſibi invenerant. (*b*)

§. II. Poſtquam vero ſingulis Presby-

(a) Diſs. ad Plin. & Tertull. Diſſ. VII, §. 16. Ab initio omnes Presbyteri inſpectores *in ſolidum* erant, ad hoc conſtituti, ut intenderent toti gregi Act. XX, 28, & ita conveniens erat ut omnes Epiſcopi dicerentur. Sed electione Præſidis ſuperveniente *ſuprema & primaria inſpectio* huic ſoli demandata ſit, & inde quæ cæteris nomen Epiſcopi κατ' ἐξοχὴν meruit.

(b) Joachim. Hildebrand. pag. 9, §. XVIII. Epiſcopi nomen Græcum & antiquum ἀπὸ τοῦ ἐπισκέπτεσθαι ſeu ἐπισκοπεῖν deducitur, quod Auguſtino interprete, eſt ſuperintendere. ἐπίσκοπος igitur Latinis idem eſt qui inſpector, ſeu ut Hieronymus effert, *ſuperintendens*: Eſt enim in Eccleſia Epiſcoporum, animabus ſibi commiſſis animum intendere. Reſpondit vox illa Hebreæ פקיד, quæ Latine vertitur *Præfectus*, quomodo vocari ſolent omnes, qui rei alicujus curam, & inſpectionem habent. Vide Grotium in comment. Epiſt. Pauli ad Philipp. in cap. I, v. 1. Apud Athenienſes eſt nomen magiſtratus, quem Lacedæmonii, Ἁρμοστὴν nominabant, de quo *Suidas*, *Heſychius*, *Cœlius*, *Budæus* præcipue in ſuis, quæ orbi erudito reliquerant, operibus. Utitur hac ipſa voce Romanorum Orator Epiſt. Attic. lib. VII, ep. II. *Ego*, inquit, *negotio præſum non turbulento: vult me Pompejus eſſe, quem tota hæc Campana, & Maritima ora habeant, ἐπίσκοπον ad quem delectus, & ſumma negotii referantur.* A veteribus ICtis Epiſcopi appellantur, *quorum munus erat præeſſe pani, & cæteris venalibus rebus, quæ civitatum populis ad quotidianum victum uſui eſſent*, ut ex verbis Arcadii ICti conſtat lib. V, 18, §. 7, ff. tit. 4, de muner. & honor.

Euſtathius in Iliad K. ait ἐπίσκοπον dictum interdum olim ab Græcis ethnicis κατάσκοπον exploratorem. Iliad. 2, v. 742, ut dicatur defenſor, dicitur ἐπίσκοπος Trojæ.

byterorum Collegiis ſinguli Præpoſiti dati fuerunt, atque *Inſpectionis* ſumma ab illis ad hoſce redacta fuit, tunc una cum *Inſpectionis* munere *Epiſcopi* nomen ad hos Præpoſitos devenit, quos jam inde uſque ſummo Sacerdotio adauctos, & cumulatos fuiſſe communis omnium Eccleſiarum fert traditio. (Vid. infra Part. III, Qu. II.) Ex illo igitur tempore minores Sacerdotes, quales erant ii, quibus conſtabant Eccleſiarum Collegia, (Vid. ſupra Qu. III, IV, V.) *Presbyterorum* nomine contenti fuere, *Epiſcopi* autem nomen iis reliquerunt qui ſibi præpoſiti, ut præeſſent, quique ad Majorum Sacerdotum dignitatem fuerunt evecti.

§. III. Ut igitur ſcire poſſimus, quo tempore *Epiſcopi* nomen Presbyterorum ſubſellia deſeruerit, majorumque Sacerdotum ſedes inierit, videndum primo eſt, quo tempore Preſbyterorum Collegiis Præpoſitos dari cœptum eſt, hoc eſt, quo tempore Eccleſiæ particulares ſuos proprioſque veri nominis Epiſcopos habere cœperunt. Hæc enim Quæſtio ſtirps illius eſt. (Vid. infra Part. III, qu. I.)

§. IV. Neque vero ſi particulares Eccleſiæ aliquandiu ſuis, propriiſque caruere Epiſcopis, (juverit hoc iterum iterumque repetere, ſæpe ſæpius inculcare, ac in legentium animis penitus inſerere, ne quis nos cum Aerianis, aut Proteſtantibus fœdus iniiſſe, aut dexteras junxiſſe ſuſpicetur) idcirco putandum eſt, nullos antea in Eccleſia veri nominis Epiſcopos extitiſſe. Erant enim, præter Petrum Apoſtolorum Principem, cujus ſucceſſor eſt Summus Pontifex, erant, inquam, Apoſtoli, erant Diſcipuli, in quorum locum ſubierunt Patriarchæ & Metropolitæ: (Vid. ſupra Præfat. Lib. II, III.) hi omnes veri erant Epiſcopi, hi omnes ſummo Sacerdotio, Epiſcopalique charactere impreſſi, atque inuſti, hi omnes non ſolum ſacrificandi, ſed & Sacerdotes creandi poteſtate præditi erant. Nullum igitur tempus extitit, quo Eccleſia ſine Epiſcopis fuerit. Sed alii erant Epiſcopi Apoſtoli, alii Epiſcopi Diſcipuli, quibus tandem acceſſerunt Epiſcopi Presbyteriorum Præfecti. Primi illi a Chriſto Jeſu, antequam ad Patrem rediret Epiſcopi creati. Secundi ab Apoſtolis, non multo poſt Chriſti reditum ad Cœlos, ordinati. Tertii denique partim ab Apoſtolis, partim ab Diſcipulis conſtituti. (Vid. Lib. II, III, IV, paſſim) Primis reſpondent Epiſcopi Patriarchæ, Secundis Epiſcopi Metropolitæ, Tertiis ii, qui a nobis dicuntur Epiſcopi Diœceſani. Quoniam vero in ſuperioribus Libris de Epiſcopis Patriarchis, deque Epiſcopis Metropolitanis egimus, ſequitur nunc, ut agamus etiam de Epiſcopis Diœceſanis.

QU. VII.

Digitized by Google

QU. VII.

Aſſigna tempus, quo Presbyterorum Collegiis Præpoſitos dari cæptum eſt, hoc eſt quo Diœceſani Epiſcopi orti ſunt.

§. I. HEnricus Dodvvellus in Paræn. de nuper. ſchiſmat. Anglican. Diœceſanos Epiſcopos anno centeſimo quarto ortos fuiſſe, eorumque incunabula in Eccleſia Epheſina extitiſſe pro certo affirmat. (*a*) David Blondellus in Apol. pro ſent. Hieronymi de Epiſcop. & Presby. in Præf. natalem illorum diem, differt in annum quadrageſimum ſupra centeſimum, ac Marcum Elienſis ſeu redivivæ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcoporum Diœceſanorum ordinem ducere exiſtimat. Juſtus Henningius Bohemerus in Diſ. ad Plin. ſecund. & Tertullian. VIII, §. 16, mediam inter utrumque init viam, annumque centeſimum vigeſimum ſextum eum eſſe dicit, quo primum Diœceſani Epiſcopi prodire cœperunt, ac primo quidem in Eccleſiam Romanam, neque ante Hygini tempora Romanam Eccleſiam ab ullo Epiſcopo, ſed ab unis Presbyteris gubernatam fuiſſe arbitratur. (*b*) Hiſce omnibus mea diſcrepat & mens. &

(a) Ut de mente ejus conſtet per Indicem tantum, quæ per ſingulas ſectiones fuſius tractat, referam. Vult n. 6, duo primævæ Eccleſiæ intervalla caute invicem ſecernenda eſſe: prius quidem eſſe, quo Eccleſiæ catholicæ univerſæ primatum teneret Epiſcopus Hieroſolymitanus, quippe qui parem videtur habuiſſe poteſtatem cum Pontifice templi Hieroſolymitani in Synagogas Judæorum per orbem terrarum ubique diſperſas, & quanquam collegium Apoſtolorum rei Chriſtianæ provideret, primum locum tamen cognatos Domini habuiſſe. Fuiſſe præterea, ſecundum n. 8, aliud collegium Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, Presbyterorum ſcilicet, itidem ab inſtitutis judaicis tractum, quod ad exteras Eccleſias tranſit, poſtquam diſſidium a Judæorum Synagogis feciſſent Chriſtiani. Inde n. 9 concludit, primo hoc Apoſtolorum ſpatio Eccleſias Chriſtianas omnes ſubditas fuiſſe *Eccleſiæ Hieroſolymitanæ*, & ita hanc univerſæ Eccleſiæ diſciplinam exercuiſſe, Epiſcopumque Hieroſolymitanum omnibus Chriſtianis *unitatis principium* fuiſſe, quod n. 10, & 11, declarat. Tandem vero n. 15 addit, ſtirpem Domini ac Davidis exstinctam circa annum 104, & cladem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ factam fuiſſe, atque inde ſingulis in Eccleſiis tot *capita* ſucceſſiſſe, quot eſſent Eccleſiæ, paria deinceps cum *Epiſcopo Hieroſolymitano*; neque enim poſt exceſſum Apoſtolorum quicquam habuiſſe eximium, quo ſe præ reliquis Eccleſiis efferre potuiſſet Eccleſia Hieroſolymitana. Interim tamen ſecundum n. 19, ante eorum exceſſum, poſt cædem Simeonis, collegium Apoſtolorum *Epheſi* fuiſſe ſub præſide Joanne Apoſtolo; & inde *primatum* ad Eccleſia *Hieroſolymitana* ad *Epheſinam* translatum, & ab hoc collegio Primati Epheſino nomen Epiſcopi cum nova poteſtate tributum fuiſſe, cui tempori convenire videantur Scripta Ignatiana, Epiſcoporum diſcrimen a Presbyteris innuentia &c.

(b) Bohemerus loc. cit. Supereſt ut inquiramus, qua occaſione tandem factum ſit, ut ii, qui in conſeſſu ordinis eccleſiaſtici primum locum tenerent, nomen Epiſcopi ſibi privative aſſignaverint, reliquiſque in eodem conſtitutis presbyteris denegaverint, cum tamen ab initio hoc nomen commune eſſet.

Mu-

& ratio. Equidem, ſi non ab primo Eccleſiæ momento, ab ipſis tamen Apoſtolorum temporibus Diœceſanorum Epiſcoporum originem repetendam eſſe cenſeo, eoſque circa annum Chriſti ſexageſimum primum, Æræ autem Vulgaris quinquageſimum ſeptimum, quo tempore omnes Apoſtoli, præter Jacobum Zebedæi ſuperſtites adhuc erant, ortum ſuum habuiſſe aſſirmare mihi poſſe videor. Habe vero quo teſtimonio nixus, quave authoritate fretus id confirmem.

§. II. Divus Hieronymus maximus Eccleſiæ Doctor, & Lumen, in Comment. Ep. ad Titum hæc loquitur: *Antequam Diaboli inſtinctu ſtudia in Religione fierent, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, ego Apollo, Ego autem Cephæ, communi Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur*. Ex hiſce Hieronymi verbis (c) duo diſcimus. I Eccleſias particulares primis

Mutatio hæc ſæculo II facta eſt, quamvis tempus ipſum accurate determinari nequeat. Poſt mortem Hygini ſedem vacantem Romæ ad quadriennium fuiſſe conſtat; quæ circa annum 126, vel ut alii volunt centeſimum trigeſimum contigit, quo ob ſedem vacantem conſeſſus ordinis eccleſiaſtici communi conſilio gubernavit Eccleſiam. Vid. Epiphanium hæres 42. Quod ſi *ordo ſucceſſionis* eo tempore adhuc in uſu fuiſſet, nulla ſedis vacantia ad quadriennium oriri potuiſſet, ſed *ipſo jure* ſequens in ordine *primam ſedem* occupaſſet. Non improbabiliter ſane dici poteſt, hoc tempore primam electionem in Eccleſia Romana factam fuiſſe, id quod ex ipſa ſedis vacantia per quadriennium exiſtente, colligo. Quia enim impedimenta emergebant, propter quæ ſequens in ordine ad primam ſedem admitti non poſſet, interim tamen antiqua ratio ſuccedendi immutari, novumque jus introduci debuit, facile apparet, hoc ipſum ſine contradictione inſigni fieri non potuiſſe, præſertim cum *ſequenti* jus ex antiqua conſuetudine eſſet quæſitum in primam ſedem. Ex his contradictionibus tanti temporis vacantia orta videtur, quæ oriri non facile potuiſſet, ſi hæ abfuiſſent. Cum vero Romanæ Eccleſiæ inſignis eo tempore jam eſſet auctoritas, adeo ut Irenæus lib. III adv. hæreſ. c. 3, eam vocat maximam, & antiquiſſimam, & omnibus cognitam, a glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro, & Paulo fundatam, & conſtitutam eccleſiam, facile omnes eccleſiæ ad mores hujus ſe compoſuere, & electiones Epiſcoporum recepere, præſertim cum jam Irenæus cit. l. ſuo tempore aſſeruerit ad hanc propter potentiorem principalitatem neceſſe eſſe omnem convenire Eccleſiam.

(c) Nat. Alex. in ſæcul. IV, Diſ. XLIV, §. 24, Tom. VIII, pag. 515. Hoc itaque eſſe videtur Sancti Hieronymi ſyſtema: Apoſtolos omnes pari potentia, & auctoritate ad Eccleſiam fundandam, & moderandam, præditos fuiſſe ex inſtituto Chriſti Servatoris. Horum ſingulos cum Evangelium prædicarent, Eccleſiaſque fundarent, earum interdum ſupremum regimem penes ſe retinuiſſe; ſic ut cum ipſi adeſſent, Seniores ſeu Presbyteri Fidelium gregi invigilarent, adeoque communi conſilio recentes illas adminiſtrarent Eccleſias in iis quæ Diſciplinam, & externum ſacræ Politiæ ordinem ſpectabant. Ubi vero ſub hoc in quibuſdam Eccleſiis (a quibus earum Fundatores Apoſtoli diutius abeſſent) Presbyterorum regimine ſchiſmata oriri cœpta ſunt, *Et unuſquiſque eos quos baptizaverat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, poſtquam in populis dicebatur, Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ*: ubi, inquam, Evangelio Corinthi per Paulum plantato, dein per Apollo rigato, & aliquibus per Cepham converſis, immo ad aliquem fortaſſis in Eccleſia gradum provectis, ſtudia in religione fierent, toto orbe decretum eſt, ut unus de Presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem (ut ſingularem plane Epiſcopum) omnis Eccleſiæ cura pertineret, ut Schiſmatum ſemina tollerentur. Id autem factum eſt ante primam ad Corinthios exaratam Epiſtolam, id eſt anno Chriſti 60, longo 85, plus minus annorum intervallo ante Blondelli

mis temporibus, non uti nunc, ab ſingulari Epiſcopo, ſed ab Presbyterorum Collegiis gubernatos fuiſſe. II Eccleſias particulares ſingularibus caruiſſe Epiſcopis, atque in Presbyterorum tutela latuiſſe uſque ad id tempus *quo dictum fuit in Populis: EGO SUM PAULI, EGO APOLLO, EGO AUTEM CEPHÆ*. Ubi autem & quo tempore id dictum fuerit, intelligimus ex Divo Paulo. *Significatum eſt*, ait ille I ad Corinth. I, 11, *mihi de vobis fratres mei ab iis, qui ſunt Cloes, quia contentiones ſunt inter vos. Hoc autem dico, quia unuſquiſque veſtrum dicit: EGO SUM PAULI, EGO APOLLO, EGO AUTEM CEPHÆ*. Hoc igitur evenit Corinthi, ac ſub id tempus, quo Paulus hanc ſuam Epiſtolam Corinthiis dedit. Data eſt autem anno Æræ Vulgaris 57, Chriſti 61, Pauli 60. Ante annum igitur Chriſti ſexageſimum primum nondum exorti erant Epiſcopi ſingulares, qui modo Diœceſani dicuntur, ſed Eccleſiæ *communi Presbyterorum conſilio gubernabantur*.

§. III. Oborto Corinthiorum diſſidio ſub annum ſexageſimum primum, atque a Paulo per Titum ſedato, ſtatim ventum eſt ad Epiſcopos Eccleſiarum proprios, ſeu ſingulares creandos, nec in poſterum hiſce diſſidiis præcavendis ullum remedium præſentius Apoſtolis divino Spiritu inſtinctis viſum eſt, quam ſi ſingulis Eccleſiis, ſinguli ſummi Sacerdotes præficerentur. *Poſtquam vero unuſquiſque eos, quos baptizaverat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto Orbe decretum eſt, ut unus de Presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur*. Quibus clarioribus verbis uti poterat Hieronymus, ut noſmet doceret, nonniſi poſt Corinthiorum ſeditiones, ſubortas anno 61, latum fuiſſe Apoſtolorum Canonem de ſingularibus Epiſcopis creandis?

§. IV. At ne cui ullus hac de re dubitandi locus relinquatur, hoc Hieronymi teſtimonium majore in luce collocemus. Antequam decerneretur, ut in ſingulis Eccleſiis, *unus de Presbyteris electus ſuperponeretur cæteris*, in ſingulis illis Eccleſiis aut erant omnes Presbyteri, aut omnes Epiſcopi, aut partim Epiſcopi, partim Presbyteri. Ain, omnes fuiſſe Epiſcopos? Negat Hieronymus, noſque monet, *in una Civitate plures, ut nuncupantur, Epiſcopos eſſe non potuiſſe*. Ain vero partim fuiſſe Epiſcopos, partim Presbyteros? At doceas nos oportet, quot Epiſcopi, quot Presbyteri. Si plures Epiſcopos ais, rurſus clamat Hieronymus, in ſingulis Eccleſiis plures Epiſcopos eſſe non potuiſſe. Si unum tantum Epiſcopum, cæteros Presbyteros dicis, quid neceſſe erat, ut ad ſchiſmatum ſemina ac ſtirpes evellendas *unus de Presbyteris ſuperponeretur cæteris*, ſi jam Epiſcopus aderat, qui ordine, gradu, dignitate Presbyteris ſuperior erat? Reſtat igitur ut nobiſcum fatearis, in ſingulis Eccleſiis ante illud tempus non fuiſſe niſi Presbyteros (cum ſuis Diaconis) qui ad earum gubernaculum ſederent. (Vid. infra Part. III, Qu. II.)

§. V. Licet autem ſub annum 61 *in toto Orbe decretum fuerit ut unus de Presbyteris electus ſuperponeretur cæteris*, id tamen ſtatim nonniſi in prima-

ſelli æram, anno Chriſti 140 ſingularis Epiſcopatus initia conſtituendis.

mariis Eccleſiis executioni mandatum fuit, in aliis vero aliquanto poſt, in aliis ſerius omnino id obtinuiſſe videmus. *Neque enim* (præclare Epiphanius Hæreſ. 75) *ſubinde omnia ab Apoſtolis ordinari poterant, & quidem Presbyteris in primis, & Diaconis opus erat, a quibus videlicet ambobus Eccleſiaſtica negotia adminiſtrari poſſunt. Quare, ubi nondum Epiſcopatu dignus aliquis occurrerat, nullus ei loco præpoſitus eſt Epiſcopus. At ubi & neceſſitas poſtulabat, nec eorum qui Epiſcopatu digni erant, copia deerat, ibi conſtituti Epiſcopi.* Anno itaque ſexageſimo primo Linus Romæ (d), Evodius Antiochiæ, Anianus Alexandriæ, (e) Simeon Hieroſolymis (f) lecti fuerunt, qui ſummo Sacerdotio adaucti eorum Eccleſiarum Presbyteris præeſſent.

§. VI. Ante Oneſimum, qui ad Epheſinum Epiſcopatum evectus fuerit, neminem invenio. Nam Timotheus Pauli Diſcipulus, & Joannes alius ab Evangeliſta unus ex ſeptuaginta duobus Domini Diſcipulis, quos Epheſinæ Eccleſiæ Epiſcopos fuiſſe ferunt, Apoſtolorum adjutores erant, nec Epheſinæ tantum, ſed communem omnium Eccleſiarum curam gerebant. (Vid. ſupr. Lib. I, Quæſt. XLII, §. 4, 8, & Lib. III, Quæſt. V, §. 5, 6.) Oneſimum autem longe poſt annum Æræ Vulg. quinquageſimum ſeptimum, Chriſti ſexageſimum primum, ad Epheſinæ Eccleſiæ clavum admotum fuiſſe neceſſe eſt. Nam Epiſtola Divi Pauli ad Philemonem, cujus ſervus tunc temporis adhuc erat Oneſimus, data eſt anno Æræ Vulg. 62, Chriſti vero ſexageſimo ſexto, (g) & Mar-

(d) Vid. Catal. Liberianum an. 354, quem edidit Egidius Bucherius, & ea quæ ſupra diximus Lib. I, Qu. XLII, §. XXI.

(e) Quien. II, col. 387. Anianus ab Euſebio primus Alexandriæ Epiſcopus dicitur, ſecundus Abilius: quia nempe Marcus, qui urbis hujus Epiſcopatum geſſerat, non tam Epiſcopus, quam Apoſtolus cenſeretur, cujus muneris eſſet eccleſias per varias diſparataſque regiones inſtituere, epiſcopos creare, nulli proprie certæ ſedi addictus. Cæterum Euſebius ſcripſerat *Octavo Neronis anno* Anianum poſt Marcum Evangeliſtam Alexandriæ eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepiſſe, virum Deo acceptum, & omni ex parte mirabilem.

(f) Quien. III, col. 140. Euſebius in Chronici ſui textu græco edit. Scalig. Amſtelod. anno 1658, pag. 205, aſſignat exordium ejus Epiſcopatus *Cæſonio & Petronio Coſſ.* id eſt, ſeptimo Neronis anno, æræ vulgaris 60, aut 61, martyrium vero ibidem p. 209, Soſio & Sura Coſſ. anno Trajani 10, Chriſti 107, ejuſdem Epiſcopatus 46, aut 47. *Trajano*, inquit, *adverſus Chriſtianos perſecutionem movente Simon filius*

Jus Epiſcopale.

Cleophæ, qui Hieroſolymis epiſcopatum tenebat, crucifigitur, cui ſuccedit Juſtus. Et lib. 3 hiſt. cap. 32, ex Hegeſippo ſcribit, Simeonem centum, & viginti annos natum, martyrium ſubiiſſe, Trajani Auguſti principatu, Attico conſulari legato Syriam adminiſtrante ec.

(g) Natal. Al. in Sæc. I, cap. 12, Art. II, §. 7, n. XIV. Epiſtola ad Philemonem Romæ ſcripta eſt ab Apoſtolo & prioribus vinculis, anno vulgaris Æræ 62. Erat autem Philemon vir clarus apud Coloſſenſes, S. Pauli Diſcipulus, cujus ſervus Oneſimus Phryx genere, furto facto, ut ex V, 18 S. Hieronymus, & Theodoretus colligunt, Romam profugerat. Mox vero criminis pœnitentia ductus, ad Paulum captivum, quem hero ſuo noverat amicum, ſe contulit. Ab eo ſuſceptus, & in fide inſtitutus baptizatus eſt: cui etiam miniſtravit in carcere, donec ſatis in pietate confirmatum ad Philemonem remiſit cum hac Epiſtola commendatitia, qua hortatur ut illum recipiat, jam non ut ſervum, ſed pro ſervo chariſſimum fratrem.

Digitized by Google

Martyrium Oneſimi nonniſi in Sæculum ſecundum incidiſse tradit Metraphraſtes (*h*). Quæ ſane omnia ſuadent, Eccleſiam Epheſinam ab Joanne Apoſtolo diu ante inſtitutam, & Presbyterorum curæ commendatam, nonniſi primo exeunte Sæculo ſuum ſingularem habuiſſe Epiſcopum.

§. VII. Sæculum ſecundum jam bene proceſserat, cum Corinthiorum Eccleſia, quæ ſuorum Presbyterorum diſſidis ſingularium Epiſcoporum inſtitutioni cauſam dederat, ſuum tandem & ipſa Epiſcopum adepta eſt. Qui Apollinem primum, Soſthenem ſecundum Corinthiorum Epiſcopum ponunt, & falluntur ipſi & alios fallunt. Nam tam Apollo, quam Soſthenes fuerunt Pauli Diſcipuli, ejuſque curarum non ſolum in Epheſina, ſed in aliis etiam Eccleſiis participes, ſocii, & adjutores. Conſtat etnim Apollinem Corintho digreſsum, in Cretam inſulam conceſſiſse, deinde a Paulo arceſſitum Nicopolim illuc commigraſse, & Soſthenem Colophoniadum agro cœleſtibus imbribus irrorando magnam ſui operis partem impendiſſe. (Vid. Sinaxaria, ſeu Menologia Græcorum). Quid, quod Clementis Romani Epiſtola ſub finem Sæculi I ad Corinthios miſsa (*i*) nos admonet, illam Eccleſiam adhuc in Presbyterorum cura delituiſſe? Abs re non erit harum Clementinarum litterarum particulam recitare relatam a Cotelerio Tom. I SS. Patrum, qui Apoſtolicis temporibus floruerunt, pag. 143, ſeq. *Turpia ſunt Dilecti, ac valde turpia, & chriſtiana converſatione indigna, audiri, firmiſſimam, & antiquam Corinthiorum Eccleſiam propter unum, aut alterum hominem contra Preſbyteros ſeditionem movere. Atque is rumor non tantum ad nos pervenit, ſed ad eos proprie, qui a nobis alieno ſunt animo, & ſententia; adeo ut propter veſtram inſipientiam etiam blaſphemia*, &

(h) Quien. I, col. 673. Ex Epiſtola S. Ignatii Antiocheni ad Epheſios diſcimus, eo tempore quo Romam extremo martyrio a beſtiis devorandus ductus fuit, *Oneſimum* Epheſi Epiſcopum fuiſſe, qui nempe ad illum inviſendum feſtinaverat. *Plurimam enim*, inquit, *multitudinem veſtram in nomine Dei ſuſcepi in Oneſimo qui in caritate inenarrabilis eſt*, ἐν [illegible], ὑμῶν δὲ ἐν σαρκὶ ἐπισκόπῳ, *veſtro autem in carne Epiſcopo*. Atqui Oneſimum hunc Epheſiorum antiſtitem, ipſum eſſe quem Paulus tum ad Philemonem data Epiſtola, tum in aliis ſuis olim commendaverat, exiſtimarunt, ſed & aſſeruerunt Martyrologiorum ſcriptores Beda, Adon, atque Uſuardus præſertim, apud quem legitur die 16 Februarii: *Natalis B. Oneſimi, de quo Paulus Apoſtolus ad Philemonem ſcribit: quem etiam poſt Sanctum Timotheum Epheſiorum epiſcopum ordinavit, prædicationiſque verbum illi commiſit. Hic vinctus Romam perductus, & pro Fide Chriſti lapidatus, ibidem ſepultus fuit. Inde ad locum ubi epiſcopus fuerat ordinatus, corpus ejus delatum eſt*. Huoc ſub Trajano Aug. & Tertullo urbis Præfecto paſſum fert Metaphraſtes apud Surium. Verum Oneſimus non potuit ab Apoſtolo Epiſcopus conſtitui poſt Timotheum, qui non niſi ſub Domitiano Imp. ut prædictum eſt, martyrium obiit. In Menologio Græcorum die 1 Decembris annua memoria fit *SS. Antonii junioris, & Oneſimi Archiepiſcopi Epheſi*.

(i) Natal. Alex. H. E. Sæcul. I, cap. 12, Tom. IV, pag. 97. Reſpondeo ipſam ſcriptam fuiſſe deſinente perſecutione Domitiani, circa primi Sæculi finem. Subindicat enim capitibus 1, 5, & 6, aliam perſecutionem ab illa prima Neronis: poſt Neronem autem Domitianus, primus Chriſtianos perſecutus eſt. Præterea iſtud deſinentis perſecutionis tempus aptius fuit ad deſtinandos cum literis quinque Legatos ad Corinthiorum Eccleſiam, qui in fine Epiſtolæ nominantur.

Digitized by Google

& convicia nomini Domini inferantur, vobis autem periculum oritur... Vos ergo, qui ſeditionis Fundamenta jeciſtis, ſubditi ESTOTE PRESBYTERIS, & in pœnitentia corripimini. (k) Cum in tota hac Epiſtola S. Clemens Romanus nunquam meminerit *SINGULARIS EIPSCOPI* Corinthiorum ſed ſolummodo Presbyterorum, dicendum eſt, Corinthiam Eccleſiam nondum in ſingularis Epiſcopi fidem conceſſiſse, ſed adhuc in Presbyterorum fuiſse poteſtate. Qui Dionyſium (ann. 155.) primum Corinthiorum Epiſcopum perhibent, ii & veri eſſe & vera loqui mihi videntur.

§. VIII. Nec Philippenſium Eccleſiæ ſuus, proprius, ac ſingularis etiamnum erat Epiſcopus, cum Polycarpus ſuam ad illos Epiſtolam (l) ſcri-

---

(k) Eſt Clementis locus ex Epiſtola ad Gorinth. tom. 1 Collect. Epiſtolarom Romanor. Pontif. edit. Cootaotii n. 42, hujuſmodi. „ Apoſtoli nobis evangelizaverunt „ a Domino Jeſu Chriſto, Jeſus Chriſtus „ a Deo. Miſſus eſt Chriſtus a Deo, & „ Apoſtoli a Chriſto, factumque eſt utrumque ordinatim ἐκ θελήματος Θεοῦ ex „ volontate Dei παραγγελίας οὖν λαβόντες „ *mandata igitur accipientes*... egreſſi ſunt „ annunciantes, adventurum eſſe regnum „ Dei. Prædicantes igitur per regiones, ac „ urbes, primitias earum ſpirito com probaſſent, εἰς ἐπισκόπους, καὶ διακόνους io „ Epiſcopos, & Diaconos eorum, qui credituri erant, conſtituerunt. “ Videſne ut de temporibus loquatur Apoſtolorum? Sequitur porro Clemens: „ Neque hoc nove. „ A multis enim temporibus de Epiſcopis, „ & Diaconis ſcriptum fuerat. Sic enim alicubi dicit Scriptura. Conſtituam Epiſcopos „ eorum in juſticia, & Diaconos eorum in „ fide. Et n. XLIII. Et quid mirum, ſi „ quibus in Chriſto commiſſum eſt a Deo „ παρὰ Θεοῦ ἔργον τοῦτο tale opus (vel „ munus) κατέστησαν τοὺς προειρημένους prædictos conſtituerunt? N. XLIV. Apoſtoli „ quoque noſtri per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cognoverunt, futuram eſſe „ de nomine Epiſcopatus contentionem. „ Eam igitur ob cauſam perfectam præcognitionem adepti prædictos conſtituerunt, ac deinceps futuræ ſucceſſionis „ hanc tradiderunt regolam, ut cum illi „ deceſſiſſent miniſterium eorum, ac munus alii probari viri exciperent. Qui igitur ab illis, vel ab aliis viris eximiis, „ conſentiente univerſa Eccleſia, conſtituti „ ſunt, & ovili Chriſti humiliter, quiete, „ liberaliterque miniſtrarunt, ac longo tempore præclarum ab omnibus reportaront „ teſtimoniom, hoc cenſemus officio injuſte „ dejici. Non enim leve erit peccatum, ſi „ eos, qui citra querelam, & ſancte offerunt dona, ab Epiſcopatu removerimus. „ Beati presbyteri, qoi viam prius emenſi „ fructuoſam, ac perfectam coosecuri ſunt „ diſſolotionem. Non enim verentur, ne „ quis de conſtituto ipſis loco eos transferat. „ Nempe videmus, nonnullos, quo honeſtati fuerant, & in quo inculpate ſe geſſerant, a vobis dejectos eſſe “. N. XLVII, p. 33. Turpia ſunt, dilecti, & valde turpia, & Chriſtiana converſatione indigna, audiri fortiſſimam, & antiquam Corinthiorum Eccleſiam propter unum, aot alterum hominem contra Presbyteros ſeditionem movere. N. LIV, p. 35. Quis ergo inter vos generoſus, qui miſericors, qui caritatis plenus dicat? Si propter me ſeditio, & contentio, & ſchiſmata, diſcedo, abeo quocumque volueritis, & quæ multitudo juſſerit, facio, tantum ovile Chriſti io pace degat, cum conſtitutis presbyteris? N. LVII, p. 37. Vos qui ſeditionis fundamenta jeciſtis ſubditi eſtote τοῖς πρεσβυτέροις Presbyteris, & correctionem ſuſcipite in pœnitentiam.

In bac nomen Presbyterorum, & Epiſcoporum promiſcue ſumitur, cumque plurali numero ſemper utatur Clemens, perſpicuum eſt illum non de veri nominis Epiſcopis, ſed de Presbyteris loqui, quos nomine tenus Epiſcopos vocat. *In una enim eademque Civitate plures ut nuncupantur Epiſcopi eſſe non poterant.*

(l) Vid. Mamach. IV, pag. 407, N. 4, 6, & pag. 409, N. 4.

ſcripſit : in qua ſcriptum eſt his fere verbis : *Quare oportet ab his omnibus abſtinere. Subjecti eſtote* τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ τοῖς διακόνοις *Presbyteris & Diaconis, ſive & Deo & Chriſto, teu Virgines inculpata & caſta conſcientia gradientes. Presbyteri autem ſint facili ad compatiendum affectu præditi.* Polycarp. Ep. ad Phil. n. 5, p. 188, Tom. II Apoſtol. Patr. part. I. Nec ante Vitalem (ann. 170.) ullum alium Epiſcopum Philippenſium invenio. Nam Epaphroditus, & Eraſtus, qui Philippenſium Epiſcopatum geſſiſſe dicuntur, Pauli Diſcipuli erant, illiuſque in omnium Eccleſiarum cura adjutores. (Vid. ſupr. Qu. III, §. 4.)

QU. VIII.

Digitized by Google

QU. VIII.

Numquid aliud affers, quo ſingulares ſeu Diœceſanos Epiſcopos nonniſi Sæculo primo ad ſenium vergente inſtitutos fuiſſe comprobetur?

§. I. SAcræ Litteræ, in quibus mentio fit Eccleſiarum, partim ſub medium, partim ſub finem Sæculi I exaratæ fuerunt. Illæ Eccleſias nobis exhibent unis Presbyteris, Diaconiſque inſtructas, hæ autem Eccleſias non ſolum Diaconis atque Presbyteris, ſed & ſuo ſingulari Epiſcopos adauctas nobis oſtendunt.

§. II. Apoſtolorum Hiſtoria, quam Divus Lucas ad ſempiternam memoriam propagavit, totum illud tempus complectitur, quod effluxit ab aſcenſu Domini in Cœlum uſque ad primam & biennem Pauli in Urbe moram, videlicet uſque ad annum Chriſti 61, Æræ Vulg. 67, nec totam hanc Hiſtoriam percurrenti ullum tibi ſingularium Epiſcoporum veſtigium occurret, ſed ubi divinus Scriptor Eccleſiarum meminit, non alios ibi Sacrorum, ac Cæremoniarum Præſides memorat, quam Presbyteros. Act. XIV, 22, XX, 17.

§. III. Prior Divi Petri Epiſtola ſcripta creditur novem minimum annis a Chriſti morte, poſtquam Fidelibus Chriſtianorum nomen inditum fuit, & antequam Marcus a Petro Alexandriam mitteretur, anno Chriſti circiter quadrageſimo quinto. Hæc enim habentur Cap. IV, 16: *Si autem ut Chriſtianus* . . . & cap. V, 13: *Salutat vos Marcus filius meus*. In hac Epiſtola Apoſtolorum Princeps Eccleſias Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bythiniæ, non Epiſcoporum, ſed Presbyterorum virtuti, fidei, ac curæ commendavit: *πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ . . ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον.*

§. IV. Epiſtola Pauli ad Philippenſes ſcripta fertur circa annum 60 tum cum Romæ in vinculis erat, liberaque cuſtodia detinebatur. Hæc Epiſtola duos tantum Hierarcharum ordines in Philippenſium Eccleſia nobis demonſtrat, nec præter Presbyteros, qui tunc temporis & Epiſcopi vocabantur (Vid. ſup. Qu. III, IV, V, VI.) atque Diaconos, ullum alium ibi Sacrorum commemorat Antiſtitem. Quæ ad Timotheum Prima, & ad Titum inſcribuntur Epiſtolæ, ambæ datæ fuerunt anno Chriſti ſexageſimo, atque ambæ unorum Presbyterorum, & Diaconorum, neutra ſingularis Epiſcopi meminerunt. Verbo. Nullum ſacrarum litterarum locum mihi dederis, qui ante finem Sæculi I ullam ſingularium Epiſcoporum mentionem injiciat.

§. V. At ſub finem Sæculi I, ſingularibus Epiſcopis jam inſtitutis, & in plures Eccleſias introductis, a Sacris Scriptoribus immutata fuit loquendi, ſcribendique ratio, nec amplius

plius Epiſtolæ inſcriptæ Presbyteris Epheſiis, Smyrnenſibus, Thyatyrenis, Pergamenis, Laodicenſibus, Philadelphianis, Sardenſibus, ſed Angelo ſeu Episcopo (*a*) Eccleſiæ Epheſinæ, Epiſcopo Eccleſiæ Smyrnenſis, Epiſcopo

(a) Sanctus Epiphanius Hæreſ. XXV, quæ eſt Nicolait. n. III, p. 77, edit. Pariſ. Petav. „ Qui, *Joannes*, ad unam Eccleſiarum ex Chriſti Domini perſona ſcribens, „ ſive ad Epiſcopum, qui ei Præpoſitus fuerat, cum Angeli Sancti virtute, qui in „ altare erat, ita loquitur &c. “ Origenes Homil. XIV in Num. tom. II opp. edit. Venetiis ann. 1743, pag. 242. „ Opus eſt „ Angelis, qui præſint operibus Sanctis, „ qui æternæ lucis intellectum, & occultorum Dei agnitionem, ac rerum divinarum ſcientiam doceant “.

Aug. Ep. 162, Auctor Comm. in Ep. S. Pauli in I ad Cor. I, 2, & in Apocalyp. Beda, Rupertus, Richardus a S. Victore verbum illud *Angelo* interpretantur *Epiſcopo*.

Hammondus Enricus in adnot. ad Apoc. 1, v. 20, pag. 445, & Comment. in Nov. Teſtam. edit. Clerici anno 1698, „ Angeli, „ inquit, hic ſunt, ſine dubio, rectores „ ſeptem illarum Eccleſiarum “.

Conſule etiam Chriſtophorum Cellarium in Diſſert. quam de ſeptem Eccleſiis Aſiæ ſcripſit, vulgavitque.

Bingham. V. E. Lib. II, cap. II, §. XI, Tom. I, p. 82. Unius autem adhuc nominis mentionem faciam, quo Epiſcopi *Angeli Eccleſiæ dicti* fuerunt, quam appellationem ab Paulo I Cor. XI, 10, uſurpatam eſſe nonnulli auctores exiſtimant, ubi dicit: *Debet mulier poteſtatem habere in capite propter angelos*; hoc eſt *Epiſcopos*, ait Hilarius Diaconus loco jam memorato. Sic idem auctor illa verba *Joannis* Apoc. I, 20, intelligit: *Septem illæ ſtellæ angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum*. Quæ & Auguſtini eſt interpretatio & Epiphanii, qui dicit, per angelos hic non debere intelligi angelos cœleſtes (uti Origenis eſt opinio, qui unicuique Eccleſiæ Angelum Cuſtodem adſignat) ſed harum ſeptem Eccleſiarum Epiſcopos ſeu moderatores. Hinc ſequentibus ſæculis Epiſcopi vocabantur *Angeli Eccleſiæ*: Quemadmodum Socrates *Serapionem*, qui apud *Thmuitas* erat Epiſcopus, *Thmuitarum Eccleſiæ Angelum* appellat. Et auctor *brevium notarum* in *Timotheum* ſub nomine Hieronymi deliteſcens, quemvis Epiſcopum *Dei omnipotentis Angelum* eſſe dicit. Henricus Hammondus e quodam MS. *Saxonico* Epiſcopos lingua noſtra Anglicana antiquitus *Gods Bydels*, hoc eſt, Dei nuntios ſeu miniſtros, appellatos eſſe, obſervavit, quemadmodum illud ex *Henrici Spelmanni* gloſſario in voce *Bedellus* interpretatur.

Mamach. IV, p. 320, n. 2. Apoc. c. 1, v. 20, ſic Chriſtus ait. „ Myſterium ſeptem „ ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea, „ & ſeptem candelabra aurea. Septem ſtellæ „ Angeli ſeptem Eccleſiarum ſunt, & ſeptem candelabra, quæ vidiſti, ſeptem „ Eccleſiæ ſunt. Cap. II, v. 1. Angelo Epheſinæ Eccleſiæ ſcribe: hæc dicit tenens „ ſeptem ſtellas in dextera ſua, ambulans „ in medio ſeptem candelabrorum aureorum, „ ſcio opera tua, & laborem tuum &c. “. Nos autem Angelos, quorum certe inſtitutum probari a Chriſto, *in eodem Apocalypſeos libro*, conſtat (cum ſeptem ſtellis in dextera Chriſti fixis comparentur) Epiſcopos fuiſſe, neminem eſſe arbitramur, qui negare poſſit. Ac de iis quidem Andreas Cæſarienſis Epiſcopus: ἑπτὰ ἐκκλησίαις ἰσάριθμοι ἔφοροι ἄγγελοι λέγονται: *Septem Eccleſiarum*, inquit, *totidem Ephori* (hoc eſt *inſpectores*, ſeu *Epiſcopi*) *Angeli dicuntur*. Hæc Hammondus Diſſert. II, c. IV, p. 187, refert. Quamobrem errat vehementer Salmaſius, qui Andreæ Cæſareenſis ſententia, quam eſſe ad veritatem propenſiorem putat, Angelorum nomine Eccleſias indicari arbitratur in Diſſert. de Epiſc. & Presbyteris c. IV, p. 183, ſeq. Nam hoc interpretationis genus *in Commentariis Andreæ in Apocal.* numquam comparet. Extant autem ii Commentarii in extremo *Volumine* VI opp. S. Joannis Chryſoſt. edit. an. 1596 in Append. p. 1, ſeqq. Rurſum pugnat Salmaſianum cum Apocalypſi commentum, quod eſt ab Aretha Cæſareenſi mutuatus. In eo enim libro Joannis diſertis verbis

An-

po Eccleſiæ Pergami, Epiſcopo Eccleſiæ Thiathiræ, Episcopo Eccleſiæ Sardis, Epiſcopo Eccleſiæ Filadelphiæ, Epiſcopo Eccleſiæ Laodiceæ, uti Joannes Apoſtolus in ſua Apocalypſi anno 97 concinnata. Idem Joannes ad Cajum Pergamenæ Eccleſiæ Presbyterum ſcribens anno Chriſti 98, vel, ut alii volunt, 99, rationem ei reddit, cur Eccleſiæ Pergamenæ, ejuſque Epiſcopo Diotrephi litteras ſuas non dederit, nimirum quia Epiſcopatus honore elatus, & inflatus Apoſtolicam auctoritatem probro ac contemptui haberet, atque ad aro-

---

Angeli ab Eccleſiis diſtinguuntur. Niſi autem ita ſe res haberet, quemadmodum ſcriptum eſſet: *Septem ſtellæ Angeli ſeptem Eccleſiarum ſunt, & ſeptem candelabra, quæ vidiſti, ſeptem Eccleſiæ ſunt*? Quid? ſi initio cap. II hæc ſunt ab Joanne ſcripta. τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐφεσίνης ἐκκλησίας γράψον: *Angelo Epheſinæ Eccleſiæ ſcribe*? Annon hæc ſatis explicate ſignificant, diſtingui Angelos ab Eccleſiis oportere? Recte igitur, ſapienterque Salmaſium oppugnavit Uſſerius Ignatian. Epiſt. Collect. III, cap. XVIII, pag. 247, tom. II Apoſtic. PP. par. II, edit. Amſtelod. an. 1724. Hæc cum Rainoldus conſideraſſet, Apoſtolorum ætate Presbyteris unum præſediſſe, quem Joannes *Angelum*, vulgo autem cæteri *Epiſcopum* appellarent, confeſſus eſt. Collat. cum Harto, cap. VIII, diviſ. III. Thomas Brightmanus in Apocalypſ. 1, v. 20, cum unum Presbyteris omnibus, qui Epheſi agerent, præfectum nollet (erat enim is de ſecta Presbyterianorum) ne Angelorum nomine Epiſcopos indicatos ab Joanne fuiſſe, fateri cogeretur, Angelos quidem Eccleſiarum plures fuiſſe dixit, (etſi ſeptem eorum numerati ab Joanne ſint) adeoque cum Apoſtolus ad Angelum Epheſinum ſcribere jubetur, *Angeli nomine collegium paſtorum* ſignificari defendit. Quod interpretationis genus Bezæ quidem probatum fuit, ut qui in caput II Apoc. v. 1, juſſum fuiſſe Joannem, affirmet, ſcribere τῷ ἀγγέλῳ h. e. προεστῶτι. Additque: „ Quem nimirum oportuit inprimiſque de his rebus admoneri, ac per eum cæteros collegas, *quorum nempe erat Præſes*, totamque adeo „ Eccleſiam “. Sed de Prebyteris, Epiſcopiſque erit paullo poſt diſſerendum. Interea confer, ſi licet, Uſſerium hominem de ſecta Anglorum Epiſcopalium *Opuſc. de Epiſcoporum, & Metropolitanorum origine* p. 4, ſeqq. edit. Londin. an. 1687. Redeo ad Angelos. Zegerus Annot. in Apoc. cap. 1, v. 20, „ Angeli nomine, *inquit*, hic, „ & in ſequentibus paſtores, & præſules deſignati ſunt, juxta illud quod per Malachiam „ ſcriptum eſt cap. II, v. 7, *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam . . . . quia* „ *Angelus Domini exercituum eſt*. “ Tom. IX Critic. ſac. pag. 342. Eadem fere habet Grotius in cap. & verſ. cit. tom. eod. pag. 352. Neque diſcrepat Chriſtophorus Cellarius in ea Diſſertatione, quam de ſeptem Angelis in Apocalypſi memoratis edidit. Atque Ignatius quidem martyr inſcript. Epiſt. ad Polycarpum p. 39, tom. II Apoſtolicorum PP. edit. an. 1724, P. 1, „ Polycarpo, *inquit*, Epiſcopo Eccleſiæ Smyrneorum „ μᾶλλον δὲ ἐπισκοπημένῳ ὑπὸ θεοῦ πατρὸς, „ καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ . . . . , potius autem *inſpecto*, vel *viſitato a Deo* „ *Patre, & Domino Jeſu Chriſto*. “ Ad hæc Pearſonus par. II, cap. XI, Defenſ. Epiſt. Ignat. pag. 410, tom. II PP. Apoſtol. „ Innuere, *inquit*, videtur locum Apocalypſeos, quo ſcribitur ad Angelum Smyrneorum Eccleſiæ: *Novi opera tua*. Quæ „ ſi obſervatio recta ſit, non dubitandum erit, quin iſti ſeptem Angeli Eccleſiarum „ totidem fuerint proprie dicti Epiſcopi. “ Hæc ille; quæ ſatis ne bene conſtituta ſint, ipse viderit. Thomas Bruno *in judicio de canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis* §. XXI, tom. II PP. Apoſtol. p. 186, ſeq. edit. an. 1724, P. II, Angelos fuiſſe dictos arbitratur *Apoſtolorum Apoſtolos*, hoc eſt Presbyteros primi ordinis ab Apoſtolis miſſos ad annuntiandum populo verbum vitæ, atque ad conſtituendas Eccleſias, & gubernandas eas, quas conſtituiſſent. Quare Creſcentem miſſum a Paulo in Galatiam ἄγγελον γαλατίας *Galatiæ Angelum* fuiſſe. Ubi autem onus illud ἀγγέλων, hoc eſt eo-

rogantiam; ferociam, immodicumque dominatam inſoleſceret: *Scripſiſſem Eccleſiæ* ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν, *ſed qui in ea primatu fruitur Diotrephes, non recipit nos. Propter hoc ſi venero, commonebo ejus opera, quæ facit, verbis malignis garriens in nos, & quaſi non ei iſta ſufficiant, neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt prohibet & de Eccleſia ejicit.* Hæc omnia auſus minime eſſet Diotrephes in Eccleſia Pergamena, niſi Eccleſiæ illi præfuiſſet & Presbyterorum Præfecturam non ſolum quæſiviſſet, (uti vult Bohemerus in Diſs. VIII, §. 8 ad Plin. Secund. & Tertullian.) ſed revera tenuiſſet.

§. VI. Quod ſi ab Apoſtolis ad Apoſtolicos viros Orationis curſum inflectimus, en tibi S. Ignatius anno centeſimo ſeptimo, qui in ſuis ad Eccleſias Epiſtolis (*b*) non amplius duos, uti Lucas, Petrus, & Paulus, ſed tres Hierarcharum Ordines in ſingulis Eccleſiis recenſet. Modo enim Magneſianos hortatur, (n. *6.*) *ut in concordia omnia agant* (I) *EPISCOPO præſidente vice Dei*, (II) *PRESBYTERIS loco Apoſtolici Senatus*, (III) *Diaconis, quibus comiſſum eſt miniſterium Jeſu Chriſti*. Modo Philadelphios monet, (n. 4) ut *EPISCOPO attendant*, *& PRESBYTERIS & DIACONIS*. Si ad Smyrnenſes reſcribit, auctor illis eſt

eorum, qui miſſi ad promulgandum Evangelium fuerant, ob jam inſtitutas Eccleſias, ceſſavit, paſtoreſque ſunt conſtituti, qui in urbibus conſiderent, quod quidem, ejus opinione, temporibus Trajani contigit, tunc item appellationem ceſſaſſe τῶν ἀγγέλων, cœpiſſeque paſtores Epiſcopos dici cenſet. Atque hoc ſenſu *Gordiani Martyris* inſcriptionem, quam deſcripſimus tom. I hujus Operis pag. 460, explicandam putat, propterea quod ille nuntius Galliæ appelletur. Quæ ſane omnes intelligunt, quam ſint inaniter diſputata. Miſſum enim ab Joanne quemquam, qui Smyrnenſem, Epheſiamque fundaret Eccleſias, nullum eſſe opinor, qui in animum inducere, ut credat, poſſit. Nam Eccleſias Aſiæ conſtitutos a Paulo, & Joanne fuiſſe, cum e Scripturis colligatur, tum etiam ex traditione majorum. Confer *Acta* Apoſt. cap. XVIII, & ſeq. epiſt. ad Epheſios. S. Irenæus lib. III, cap. IV, pag. 177. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἐκκλησία ὑπὸ Παύλου μὲν τεθεμελιωμένη. „*Sed & quæ Epheſi* „*Eccleſia eſt, a Paulo quidem fundata.*" Sed enim paullo poſt oſtendam, qui fuerint Epiſcopi ab Apoſtolis in Eccleſiis primum conſtituti. Interea hoc tenebo, Angelum Eccleſiæ Epheſi non talem fuiſſe, qualem Bruno deſcribit.

(b) Epiſtolæ genuinæ S. Ignatii ſunt ad Epheſios: ad Magneſianos: ad Trallianos: ad Romanos: ad Philadelphinos: ad Smirnæos. Dubium vero eſt, num auctor ſit epiſtolæ ad Policarpum. Epiſtolæ ſuppoſitiæ ſunt: ad Mariam Caſtabaliſtidem: ad Tarſenſes: ad Antiochenos: ad Heronem: ad Philippenſes: ad Virginem Mariam: ad Joannem Apoſtolum.

Ignatii Epiſtolas publici juris fecit Jacobus Uſſerius an. 1642, 1644 Oxonii, demum 1647 Londini. Felix hoc quidem inceptum, quo Uſſerius Senex cum ingenii, judicii, ac doctrinæ ſingulare ſpecimen exhibuit, tum Eccleſiæ utiliſſimam, & hiſce temporibus maxime ſalutarem Operam præſtitit. Denique Iſaacus Voſſius aliquanto poſt Uſſerium edidit Græce & Latine ſeptem puriſſimas S. Ignatii Antiocheni epiſcopi epiſtolas ex fide MSſ. optimæ notæ in Bibliotheca Medicea Florentina reperti. Editum opus an. 1646, 1648. Amſtelodami, & recuſum an. 1680 Londini, quorum diligentiæ vix addi poteſt iis, quæ ſpectant ad Ignatium, ejuſque epiſtolas.

Quatuor ſunt, interque ſe diſſidentes de Ignatii epiſtolis novorum auctorum ſententiæ. Principio enim qui Epiſcoporum ordinem deprimunt, non ſolum interpolatas, confictaſque atque Ignatio falſo tributas epiſtolas rejiciunt: ſed etiam ſeptem illas, quarum eſt ab Euſebio, & Hieronymo facta mentio. In his ſunt Claudius Salmaſius *in Ap-*

eſt, *ut omnes EPISCOPUM ſequantur, uti Jeſus Chriſtus Patrem, & PRESBYTEROS uti Apoſtolos &c.* Si Trallianis reſpondet, docet illos, *decere ſingulos viros & præcipue PRESBYTEROS refocillare EPISCOPUM, jubetque eos valere in Chriſto Jeſu ſubjectos EPISCOPO, & ſimiliter PRESBYTERIO.*

§. VII. Sed cur non etiam Lucas Act. XIV, 22, ait? *Cum conſtituiſſent per ſingulas Eccleſias EPISCOPUM & PRESBYTEROS &c.* &, Act. XX, 17: *AMleto mittens Epheſum vocavit EPISCOPUM & PRESBYTEROS illius Eccleſiæ.* Cur non itidem Petrus in prima ſua Epiſtola dicit? *Epiſcopos & Prebyteros Ponti, Galaciæ, Cappadociæ, Aſiæ*

Apparatu ad opus de Primatu Papæ, pag. 56, & ſeq. & in eo libro, quem inſcripſit *de Epiſcopis, & Presbyteris* cap. IV, pag. 253, edit. an. 1641, David Blondellus Apolog. pro ſent. Hieron. de Epiſc. & Presbyt. Præf. pag. 40, ſeq. edit. Amſtelod. an. 1646, & in Adnotat. in epiſt. Voſſii T. II Apoſtolicor. PP. pag. 404, ſeq. edit. an. 1724, Edmundus Albertinus lib. de Euchariſtia pag. 283, edit. an. 1654, Joannes Dallæus lib. II *de Dionyſii, & Ignatii ſcriptis*, edit. an. 1666, Joannes Ovvenus, quem oppugnat Henricus Hammondus in libro Anglico inſcripto Anſvver to the Animadverſinns on the Diſſertations touching Ignatius Epiſtles, and the Epiſcopaci in them Aſſerted. edit. Londin. an. 1654, & tom. II Epp. Hammondi Londin. an. 1684, & Caſimirus Oudinus Commentar. de Scriptorib. Eccleſiaſt. tom. I, p. 71, ſeq. edit. an. 1722. Alii deinde longiores epiſtolas, quibus ante Iſaaci Woſſii ex Codice Laurentiano Mediceo Florentino editionem majores noſtri utebantur, genuinas, poſtque depravatas fuiſſe, exque earum laciniis quibuſdam ſeptem eas breviores conflatas cenſent. Atque in hac quidem opinione verſantur Joannes Morinus de Sacris Ordination. par. III, exercit. III, cap. III, pag. 46, edit. an. 1655, & e Proteſtantibus Guillelmus Wiſtonus Anglus vir impotenti ingenio, qui per ſummam temeritatem, atque impudentiam deleta ex epiſtolis Ignatii, S. Athanaſii Alexandrini Epiſcopi fraude, quæ Arianis præſidio eſſe viderentur, ſuſpicatus eſt, ſingulari libro edito Londini an. 1710. Hunc autem copioſe refellit Joannes Clericus tom. II Apoſtolicor. PP. edit. an. 1724, pag. 501, ſeq. Contra vero ſunt, qui neque prolixiores, neque breviores epiſtolas probent, & utraſque vitiatas ab impoſtore quopiam fuiſſe arbitrentur. Placuit autem hæc Georgio Claudio in Specim., novæ edit. Epiſtolar. S. Ignatii, quod Specimen ab ſe viſum Fabricius ſcribunt, tom. V Biblioth. Græcæ libro V, cap. 1 pag. 46, edit. Hamburg. an. 1712, & Guillelmus Erneſtus Tenzelius pag. 63, Diſſert. Select. edit. an. 1692. Non admodum diſcrepant Iſaacus Beauſobrius Hiſt. des Dogm. de Manich. liv. II, cap. XIV, tom. 1, pag. 378, edit. an. 1734, & Joannes Laurentius Moshemius Inſtit. Hiſt. Chriſt. major. ſecul. 1, part. II, pag. 21, ſeq. edit. Helmſtard. an. 1739. Jacobus Gronovius in Præfat. ad Herodot. pag. 1, 2, Iſaaci Woſſii, & Thomæ Smithii in exſcribendo Codice Florentino deſiderat diligentiam. At ſi quid hi peccarunt, leve fuit, neque tanti eſt ponderis, ut corrupta eorum *trasumta*, ac vitiata quiſquam eſſe defendat. Poſtrema eſt eorum opinio, quam nos ſequimur, quæ epiſtolas ſeptem Ignatii, quæ ſunt *ad Smyrnæos, ad Polycarpum, ad Epheſios, ad Magneſianos, ad Philadelphienſes, ad Trallianos, & ad Romanos*, quemadmodum ſunt a Voſſio, & Uſſerio editæ, genuinas eſſe, ſtatuit. Nam longiores, quæ ante circumferebantur, eſſe corruptas, præter has ſeptem, cæteras eſſe ſpurias, cujuſmodi ſunt *ad Mariam Caſtabalitidem, ad Tarſenſes, ad Philippenſes, ad Antiochenos, ad Heronem, ad Joannem Evangeliſtam, ad Mariam Virginem.*

Confer Dionyſium Petavium lib. V Hierarch. Eccl. cap. VIII, pag. 161, tom. IV Theologicor. Dogm. edit. Antuerpian., 1700,

Jus Epiſcopale.

Aſiæ, Bythiniæ, qui in vobis ſunt, obſecro, paſcite qui in vobis eſt gregem Dei. Cur non tandem & Paulus ad Philippenſes Epiſtolam ſuam inſcriſit, *Omnibus Sanctis qui ſunt Philippis cum EPISCOPO, PRESBYTERIS & DIACONIS?* Cur Tito non ſcribit? *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ ut conſtituas per ſingulas Civitates EPISCOPUM & PRESBYTEROS.* His certe dicendi, ſcribendique formulis uſi fuiſſent & Lucas, & Petrus & Paulus, ſi eo tempore ſingulares Epiſcopi inſtituti fuiſſent, ſi tres Hierarcharum Ordines, ut poſtea, ita & tunc in ſingulis Eccleſiis extitiſſent.

Non

Tillemontium Monum. Hiſt. Eccl. tom. II, pag. 216, edit. Pariſ. Natalem Alexandrum H. E. ſæc. II, Diſs. XXIII, pag. 268, edit. Luc. an. 1734, tom. II, Joannem Baptiſtam Cotelerium in judicio de epiſtolis S. Ignatii, & in notationibus pag. 9, ſeq. tom. II PP. Apoſt. edit. an. 1724, Nicolaum Nourrium Appatat. in Biblioth. Max. Sanctor. PP. Diſſert. VII, pag. 78, edit. an. 1703, Remigium Ceillierum de Script. Eccl. gallice tom. 1, pag. 623, ſeq. edit. an. 1729, & e Proteſtantibus, ſi licet, Iſaacum Woſſium loco indicato notatione ſuperiore, Jacobum Uſſerium in diſſertationibus de Ignatii *Martyris epiſtolis* &c. tom. II Apoſtolicor. PP. pag. 199, ſeq. edit. an. 1724, quamquam non intelligam, quid cauſſæ fuerit, cur is ob inanes quaſdam conjecturas in ſpuriis Ignatii ad Polycarpum epiſtolam numeravit: quare merito refellitur a Cotelerio notat. 1, in genuinam ep. ad Polyc. pag. 39, tom. II Apoſtolic. PP. ejuſdem edit. atque Albertus Fabricius lib. V Bibl. Græcæ cap. 1, pag. 39, edit. laudatæ idipſum de Uſſerio queritur, Guillelmum Beveregium lib. II, Codic. Canon. Eccl. Primitiv. Illuſtr. cap. XI, §. IX, pag. 123, tom. II, part. 1 PP. Apoſtolicor. Henricum Hammondum Diſſert. II, cap. XXII, ſeq. de Jurib. Epiſcop. pag. 100, ſeq. edit. Lodin. an. 1651, Joannem Pearſonum Vindic. Epiſtolar. Ignat. pag. 175, ſeq. tom. II, part. II Apoſtolicor. PP. edit. ejuſd. Quamvis autem hujus argumenta eludere conatus Matthæus Larroquanus, homo de Calvinianorum quidem ſecta, fuerit, *in obſervation. ad Ignatianas Pearſonii vindicias, editis* ſine Auctoris nomine *Rothomagi* an. 1674, tamen extorquere a nemine noſtrum, immo vero ne ab iis quidem aſſenſionem potuit, qui Epiſcoporum dignitatem averſarentur. Adeundus, ſi licet, Fabricius ibid. pag. 40, Thomas Ittigius Diſſert. *de Patribus Apoſtolicis*, quam Bibliothecæ PP. Apoſtolicorum præfixit, edit. an. 1699. Mitto cæteros, ne ſim longus. Hoc breve dico: Richardum Simonium, qui *librum* adverſus Iſaacum Woſſium edidit nomine Hieronymi le Camus, ſtatuere præſtantiores interdum lectiones interpolatarum Epiſtolarum eſſe, quam genuinarum. Id quod nemo, ut opinor, negaverit. Adde Catholicis Bollandianos add. 1 Febr. t. 1, p. 21, & Duguet. obſ. Eccl. Diſſ. II, p. 8, ſeq.

Moshemius in Hiſt. Eccl. ſæc. I, Part. II, cap. 2, §. 20. Clementem inter *Patres Apoſtolicos*, (uti vocari ſolent ſcriptores, qui aut ipſis cum Apoſtolis, aut cum eorum diſcipulis verſati ſunt) excipit Ignatius, antiſtes Antiochenus, Apoſtolorum diſcipulus & familiaris, qui, Trajani juſſu, beſtis in theatro Romano expoſitus, periit. Hujus quædam hodie leguntur epiſtolæ: de quibus longæ & vehementes inter viros eruditos lites fervent. Septem in itinere Romano ſcriptæ a pleriſque, ut e codice Mediceo ſuperiori ſæculo editæ ſunt, pro germanis & veris habentur: reliquæ a pleriſque tamquam fictæ rejiciuntur. Ad hanc ego me ſententiam lubens adjungo, tametſi diffiteri nolim, *epiſtolæ ad Polycarpum fidem*, propter ſtyli diſcrepantiam, valde mihi dubiam videri, totamque omnium epiſtolarum Ignatianarum cauſſam valde obſcuram & impeditam eſſe.

De rebus ad has epiſtolas pertinentibus ade ſis Jo. Abb. Fabricii Bibliothecam Græcam Lib. V; cap. I, pag. 38, uſque ad pag. 47. Conſule etiam Natalem Alexand. Hiſt. Eccl. ſæc. I, Diſſ. XXIII, Tom. IV, pag. 520, edit. Pariſ. 1741, qui rem hanc laute pertractat.

Digitized by Google

Non igitur initio ſtatim, ſed Sæculo I inclinante, atque ad ſenium vergente, ſingulares ſeu Diœceſanos Epiſcopos conſtitutos fuiſſe fateamur neceſſe eſt.

Digitized by Google

Q. U. IX

Quomodo refellis Aerianorum Iſotimiam?

§. I. Nulla hæreſis rei Chriſtianæ tam infenſa, nec Eccleſiæ adeo inimica ex Inferis ſe ſe unquam extulit, quam Aerianorum Iſotimia. Quid enim ulli Reipublicæ tam exitiale eſſe poteſt, quam omnium Magiſtratuum everſio? Quid aliud porro moliuntur Iſotimitæ quam Eccleſiæ Magiſtratus divinitus inſtitutos penitus evertere, Chriſtianæque Reipublicæ ſtatum funditus convellere? Hi ſæculo IV Aerio prognati, atque ab S. Epiphanio (a) aliiſque Eccleſiæ Patribus latebras quæritare juſ-

ſi,

(a) S. Epiphanius hæreſi LXXV, n. 3, p. 906, tom. 1, edit. Pariſ. Petavii. De Aerio Hæreſiarca loquens „ Eſt autem illius dogma, *inquit*, ſupra hominis captum furioſum, & inane. Imprimis enim: quanam, *inquit*, in re Presbytero Epiſcopus antecellit? Nullum inter utrumque diſcrimen eſt. Eſt enim amborum unus ordo, par & idem honor, ac dignitas. Manus imponit Epiſcopus, imponit & Presbyter: baptizat Episcopus, idem facit & Presbyter . . . . His in vulgus jactatis, pleroſque in errorem abduxit, quorum ſectæ princeps extitit“. Eadem fere ſcribit S. Auguſtinus lib. de Hæreſibus ad Quodvultdeum cap. LIII, tom. VIII opp. ed. Pariſ. Monach. S. Mauri p. 18. „ Dicebat, *inquit*, Presbyterum ab Epiſcopo nulla differentia debere diſcerni“. Joannes Wiclefus in libris Dial. lib. IV, cap. XV, de ordinis Sacramento fol. CXXIV, a tergo edit. an. 1525, „ Unum, *inquit*, audacter aſſero, quod in primitiva Eccleſia, vel tempore Pauli ſuffecerunt duo Ordines clericorum, ſcilicet Sacerdos, atque Diaconus. Similiter dico, quod tempore Pauli fuit idem Presbyter, atque Epiſcopus: patet I Tim. III, & ad Titum I, & idem teſtatur ille profundus Theologus Hieronymus, ut patet XCV, diſt. V, cap. olim. Tunc enim adinventa non fuit diſtinctio Papæ, & Cardinalium, Patriarcharum, & Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Archidiaconorum, & Officialium, & Decanorum cum cæteris officiariis, & privatis religionibus, quorum non eſt numerus, neque ordo. De contentionibus autem circa iſta, quod unumquodque iſtorum eſt ordo, & in ejus acceptione gratia Dei, & character imponitur, cum aliis difficultatibus, quas noſtri balbutiunt, videtur mihi eſſe faciendum, cum ſic loquentes nec fundant, quod aſſerunt, nec probant. Sed ex fide Scripturæ videtur mihi ſufficere, eſſe Presbyteros, atque Diaconos ſervantes ſtatum, atque officium, quod eis Chriſtus impoſuit, quia certum videtur, quod ſuperbia Cæſarea hos gradus, & ordines adinvenit“. Hæc ille, ex quibus plane intelligitur, quam imperitus rei Ortodoxæ, quamque improbus, ſceleſtuſque eſſet. Quis enim umquam fuit Ortodoxorum, qui Archipresbyteratum, Patriarchatum, Metropolitanatum &c. characterem imprimere, & gratiam ordinis conferre judicaret? Calumniando igitur Wiclefus pervertere conatur, inque pejorem partem trahere Catholicorum ſententiam. *Epiſcopatum* autem vel extenſionem characteris Sacerdotalis, vel characterem indere contendunt inter ſeſe Theologi. Horum autem ſentiendi, dicendique rationem quis umquam oſtendat, aut cum Scripturis pugnare, aut alterutram ſaltem confirmari mirandum in-

me-

ſi, Waldenſium, Albigenſium Wicleſitarum accitu e ſuis latibulis Sæculo XIII evocati, ac Sæculo ſextodecimo ab Luthero, Calvino, eorumque Diſcipulis Civitate, equeſtri Ordine, Senatorio jure donati ad eas opes, vim

---

modum auctoritate Bibliorum Sacrorum, & veterum Patrum Eccleſiæ non poſſe? Sed de his alias. Interea hoc animadverti volo, recte a Thoma Waldenſi hujuſmodi errorem fuiſſe Wicleſo tributum lib. II Doct. fidei art. III, cap. LXI, pag. 163, a tergo, ſeq. edit. an. 1532. Hos hereſiarchas ſequutus Lutherus homo omnium impudentiſſimus, atque turpiſſimis moribus *in ea epiſt. quam de Inſtituendis miniſtris Eccleſiæ ad Senatum Pragenſem* dedit; p. 577, ſeqq. tom. II Opp. edit. Jenenſis an. 1557, Presbyteros ab Epiſcopis gradus eſſe ſuperiores jure divino, negat. Immo vero *figmentum* eſſe, quod nos de *charactere indelebili* dicimus, ordinationemque Miniſtrorum Romanæ Eccleſiæ inane, merumque mendacium eſſe, impios eſſe cæcoſque Epiſcopos, unctoſque ab his non eſſe Sacerdotes, omnes enim Chriſtianos eſſe Sacerdotes, miniſteriumque verbi unum ſummum in Eccleſia eſſe munus contendit, quam confidenter, tam impie. Eadem fere reperit in pernicioſo *de Captivitate Babylonica libro*. Martinus Kemnitius Lutherum imitatus in Exam. Decr. Conc. Trid. par. II, p. 74, edit. Francofurti an. 1574, „ Scriptura, *inquit*, ignorat diſcrimen Epiſcopi, & Presbyteri „ &c. “ Idem cæteri Lutherani jactant. Quare Buddeus vir ex eadem ſecta lib. II Apparat. in Theol. Poſit. cap. V, §. XI, p. 841: „ Noſtræ Eccleſiæ, *inquit*, Theologorum eo redit ſententia, jure divino inter eos, qui Eccleſiæ præſunt, intuitu dignitatis, nullum intercedere diſcrimen, „ adeoque hactenus Presbyteros, ac Epiſcopos æquales eſſe, nihil tamen obſtare, „ quo minus jure humano inæqualitas quædam introducatur, & uni ex verbi divini „ miniſtris inſpectio in reliquos committatur, ſimulque ἐξοχή quædam tribuatur. „ Nec improbamus, quod in veteri Eccleſia „ hoc factum ſit: etſi abuſum, qui deinceps „ acceſſit . . . . maximopere deteſtamur “. Hæc ille adeo confidenter; ut Lutheri aſſeclam poſſis agnoſcere. Non diſcrepant Calviniani. Ipſe auctor ſectæ Calvinus lib. IV Inſtit. cap. IV, §. 2, p. 286, tom. IX Opp. edit. Amſtelod. an. 1667: „ Quibus docendi munus injunctum erat, *inquit*, eos „ omnes nominabant Presbyteros. Illi ex „ ſuo numero in ſingulis civitatibus unum „ eligebant, cui ſpecialiter dabant titulum „ Epiſcopi &c. “ In eodem fere luto hærent Proteſtantes cæteri, demtis Epiſcopalibus Anglis, ut David Blondellus lib. de Epiſc. & Presbyt. edit. an. 1646, Claudius Salmaſius *in Apparatu ad libros de Primatu Papæ* edit. an. 1645, & in diſſer. de Epiſcopis & Presbyteris edit. Lugdun. Batav. an. 1641, nomine *Walonis Meſſalini*, Chriſtianus Drejerus in controv. cum Pontificiis diſſert. XXI, edit. an. 1688, Ludovicus Cappellus *in Theſibus Theologicis de Epiſcoporum, & Presbyterorum diſcrimine*, Jacobus Baſnagius Hiſt. de l' Egliſe, Samuel Mareſius exam. de Epiſcop. Origine contra Joann. Prideaux, edit. Groningæ an. 1657, David Clarchſonus Anglus *tract. hiſt. de Statu Primitivo Epiſcopatus, & de Liturgiis*, ex Anglico Gallice edit. Roterod. an. 1716, Joannes Franciſcus Buddeus Diſſert. Hiſtor. Theol. de Origin. & Poteſt. Epiſcop. edit. Jenæ an. 1705, & 1715, p. 183, ſeq. M. Adamus Tribecchovius de ord. ſuperior. Poteſt. Eccleſiarum veter. & florentis Eccleſiæ edit. Kilonii, innumeriqu alii, quos nunc recenſere non vacat. Confer Stephanum Baluzium *in Notationibus* ad Lupum Ferrarienſem p. 422, ſeq. edit. an. 1644.

Epiſcopales Angli, qui ab his diſſentiunt, ſunt Guillielmus Beveregius in codice can. Eccl. Primit. illuſtrat. lib. II, cap. XXI, §. XIII, pag. 128, ſeqq. tom. II Apoſtolicor. Patrum edit. an. 1724, Joan. Pearſonus Vindic. Ignatianar. par. II, cap. XIII, p. 415, ſeq. tom. eod. Henricus Hammondus Diſſert. III, qua Epiſcopatus Jura &c. cap. IV, ſeq. pag. 147, & ſeq. edit. an. 1651, Henricus Dodwellus Diſſert. Cyprianic. p. 39, ſeq. & Paræn. ad Exteros tam reform. quam Pontificios edit. Amſtel. opp. Cypr. ann. 1700, in Append. de Numero Schiſm. Angliæ.

vim, potentiamque creverunt, ut Hierarchicis ſuum jam interitum, occaſum, exitiumque minitari videantur. Adverſus hanc toties repullulantem, tamque multis capitibus excreſcentem anguem Romanæ Eccleſiæ Theologi (*b*) caſtra ſua moverunt, ſed neſcio, quo fato tam infirmis viribus, telis tam levioribus, atque hebetioribus in aciem proceſſerunt, ut, niſi veritas Catholica Chriſti promiſſis atque receptis tuta per ſe ipſa ſtaret, ſtetiſſetque, jamdiu hoſtes, parta victoria, triumphum cecini ſſent. Vere ne hæc a me dicantur, an ſecus, *niſi quid te detinet, audi*.

§. II. Georgius Walchius in eo Ope-

glic. edit. an. 1700, Herbertus Thorndicius Orig. Eccleſiaſt. ſive de Jure, & Poteſt. Eccleſ. cap. XVI, p. 291., ſeq. edit. Lond. an. 1674, Thomas Bilſonus de Perpet. Eccleſ. Chriſti Gubernatione edit. Londin. an. 1611, Franciſcus Brokesby Hiſt. Hierarch. Eccleſ. Primit. per tria ſæcula, & initium IV, Lond. an. 1712, Guillielmus Caveus Diſſert. de Regim. Vet. Eccl. Anglice ed. an. 1683, Jacobus Uſſerius in Opuſculo de Origine Epiſcoporum, & Metropolitanor. edit. Lond. an. 1687, pag. 1, & ſeq. Henricus Woltonus in Diſſert. de Divinitus Inſtituto Clero, & de Unitate Eccleſiæ, quas Clementis Rom. epiſt. duabus præfixit edit. Cantabrig. an. 1718, Samuel Parkerus de Regim. Chr. Eccl. ſæculis VI prior. Anglice edit. Lond. Joannes Prideaux Faſcic. Controv. inter ejus Opera Theologica cap. IV, ſect. III, qu. II, pag. 639, ſeq. Joſephus Binghamus Orig. & Antiq. Eccl. lib. II, cap. I, §. III, p. 558, ſeq. edit. an. 1724, tom. 1, ubi veterum auctoritate ſtatuit: „ Non eſſe (Epiſcopatum) ab hominibus inventum, „ ſed initio ab ipſis Apoſtolis ex Divina „ Ordinatione conſtitutum “. Non diſſentit ab his Marcus Antonius de Dominis lib. II de Rep. Eccl. cap. III, §. VII, ſeq. pag. 193, ſeq. tom. 1, edit. an. 1617.

(b) Inter Catholicos ſeu Romanos Theologos numerari poſſunt Robertus Bellarm. l. 1 de Cler. c. XIV, ſeq. p. 131, ſeq. t. II Opp. edit. Venetæ an. 1721, Dionyſius Petavius in diſſert. Eccleſ. edit. an. 1745, & in libris de Hierarchia Eccleſiaſtica tom. IV. Theologic. Dogmat. pag. 9, ſeq. edit. ejuſd. Joannes Morinus par. III Operis de Sacris Ordinationibus exerc. III, c. III, p. 43, ed. Pariſ. an. 1655, Ludovicus Thomaſſinus de Vet. & Nova Eccl. Diſcip. par. I, l. I, c. LII, p. 183, ſeq. ed. Lugd. an. 1706, Natalis Alex. Hiſt. Ecc. ſæc. IV, diſſ. XLIV, p. 567, ſeq. ed. Lucenſis an. 1734. Duguetus Conferences Eccleſiaſtique diſſ. III, p. 33, edit. Coloniæ an. 1742, Halerius de Sacr. Ord. par. II, ſect. V, cap. I, p. 543, ſeq. edit. an. 1636, Thomas Mamachius Orig. & Antiq. Chriſtian. lib. IV, tom. IV, a pag. 311 uſque ad pag. 516, edit. Rom. an. 1752, aliique ſexcenti, quos difficile eſt recenſere.

Encycloped. V. égliſe §. IV. C' eſt une grande queſtion entre les Proteſtans & les Catholiques, de ſavoir ſi tous les membres de l' égliſe ſont égaux, s' ils ont les mêmes droits & les mêmes pouvoirs, s' ils peuvent exercer les mêmes fonctions, s' il n' y aucune différence à mettre entre le Paſteur & les ovailles, ſi, pour remplir le miniſtere eccleſiaſtique un laïque n' a beſoin que du choix & du conſentemente des fideles.

Les proteſtans ont été forcés de le ſoutenir ainſi: révoltés contre leurs Paſteurs légitimes, il leur a fallu en créer d'autres, & ils ont prétendu avoir ce droit; ſelon leur avis & leur diſcipline, un homme, pour être Paſteur, n'a beſoin ni de miſſion divine, ni d' ordination, ni de caractere; il peut légitimement prêcher, adminiſtrer les Sacramens, juger de la doctrine, des qu' il en a la capacité, & que la ſociété de laquelle il eſt membre y conſent. Luther, Mélancton, Calvin, &c. n' ont pas eu beſoin de miſſion pour réformer l' égliſe univerſele, & pour former de nouveles ſociétés contre ſon gré.

Cependant l'écriture enſeigne formélement le contraire. Jéſus-Chriſt dit à ſes Apôtres: „ Ce n'eſt pas vous qui m' avez choiſi, „ mais c' eſt moi qui ai fait choix de vous, „ & qui vous ait établis pour faire fructi-fier

Opere, quod inſcripſit *Antiquitatum Eccleſiaſticarum Compendium* lib. I, Cap. III, n. 4. pag. 98, Edit. Lipſienſ. 1733, hæc in hanc diſputat ſententiam: *Synonima erant Presbyter & Epiſcopus; præter vocis diſcrimen erat nullum. Ita enim Paulus in Epiſtola ad Titum cap. I, cum hunc edocuerit ver. 5, quomodo Presbyteri in Creta fuerint conſtituendi, ſtatim v. 7 ſubjicit, quales oporteat illos eſſe, qui eligendi ſunt, quos nunc Epiſcopos appellitant.* Ita Walchius. Quid noſtri? Illos, qui a Paulo eo loci dicuntur Presbyteri, non Presbyteros fuiſſe, ſed veri nominis Epiſcopos (Mam. Or. & Antiq. Chriſt. Tom. IV, pag. 349, ex Bellarmino, Petavio, Natali Alexandro, Duguet. to, aliiſque (*). At Theodoretus, Hieronymus, Hilarius, Ambroſius monent, veri nominis Epiſcopos, non Presbyteros aut Epiſcopos, ſed Apoſtolos tunc temporis vocatos fuiſſe, (Vid. ſup. Qu. V.) nec ſolum id verbo affirmant, ſed ſacrarum literarum auctoritate confirmant. Quam leve porro videri debet Proteſtantibus hoc noſtrorum Theologorum reſponſum, quod noſtrorum Patrum obruitur teſtimonio?

§. III. Salmaſius, ſeu Walſo Meſſa-

„ fier ma doctrine “. Joan. cap. 15, ℣. 16. „ Priez le maître de la moiſſon, afin qu „ il envoie des ouvries moiſſoner ſon „ champ “. Matth. c. 9, ℣. 28. „ Comme „ mon pere m' a envoyé, je vous envoie “. Joan. c. 20, ℣. 21. Il dit qu'il eſt la porte par laquelle le Paſteur doit entrer; il nomme mercenaire, larron & voleur, celui auquel les brebis n' apartienent point, c. 10, ℣. 1, 9, & 12. S. Paul déclare que perſone ne pont prétendre au Sacerdoce, s' il n' y eſt appèlé de Dieu comme Aaron; que Jeſus-Chriſt lui-même n' en a été revètu, que parce qu'il y a été appelé par ſon pere, Hebr. c. 5, ℣. 4. Selon lui, c' eſt Dieu qui a établi les uns Paſteus & les atres Docteurs, Epheſ. c. 4, ℣. 11. C'eſt le Saint-Eſprit qui a établis les Evèques pour gouverner l' égliſe de Dieu, Act. c. 20, ℣. 28. Il fait profeſſion de tenir ſonl Apoſtolat ou ſa miſſion, non des hommes, mais de Jéſus-Chriſt mème, Gal. c. 1, ℣, 1 & 12

Les Apôtres ont fidélement ſuivi cette diſcipline. Après la mort de Judas, ils demandent à Dieu de faire connoître celui qu' il a choiſi pour remplacer ce perfide, & ils le tirent au ſort, Act. c. 1, ℣. 24. S. Paul choiſit Tite & Timothée pour évèques, il les ordone par l' impoſition des mains, il leur recomande d' établir des Prêtres dans la même forme. Il conjure Timothée de ne pas impoſer trop tôt les mains à perſone, de peur de prendre part aux péchés d' autrui, c' eſt-à-dire, à la témérité & aux vues humaines des fideles qui auroient choiſi un ſujet peu propre au ſaint miniſtere, 1 Tim. c. 5, ℣ 22. Il ne croyoit done pas que le choix des fideles fût ſuffiſant pour établir un Paſteur. Voyez la Synopſe des Crit. ſur ce paſſage.

Pendant long-temps on s'en eſt raporté à leur choix, mais ſouvent auſſi les évèques d' une province ont obligé le peuple à déſigner trois ſujets, parmi leſquels ils choiſiſſoient eux-mèmes, & jamajs le choix n' a tenu lieu d'ordination. S. Clement le Romain, Epiſt. 1 ad Cor. n. 44, dit que les évèques ont été établis d'abord par les Apôtres, enſuite par les perſonages les plus reſpectables, avec le conſentement & l' approbation de toute l' *égliſe*; que telle eſt la regle, ſelon laquelle leur ſucceſſion doit ſe faire. Les *égliſes* Orientales reconoiſſent, auſſi-bien que l' *égliſe* Romaine, la néceſſité du Sacrement de l' Ordre, & les Anglicans ont conſervé l' ordination, ſinon comme un Sacrement, du moins comme une cérémonie abſolument néceſſaire.

(*) Licet omnia, quæ Thomas Mamachius, hæc eadem ipſiſſima & alii omnes Theologi, tum Juniores, tum Antiquiores reſponderint Proteſtantibus, tamen ego unum Mamachium nominabo, & quia omnium recentiſſimus, & quia omnium doctiſſimus, eru-

ſalinus Diſſ. de Epiſc. & Presbyt. cap. I, pag. II, edit. 1641, hæc inquit: *Paulus Epiſtolam ad Philippenſes inſcribit* συνεπισκόποις, καὶ διακόνοις. *Ergo nullo inter eos ordine interpoſito Epiſcopos intelligit qui & Presbyteri dicebantur*. Ita Salmaſius.

Quid ad hæc Romani Theologi? Pugnantia loquuntur, eaque quæ ſibi ipſis crura ſuffringunt. Primum igitur reſpondent, Epiſcopos tantum & Diaconos tum temporis in Philippenſi Eccleſia *fortaſſe* extitiſſe, quia reperiri nulli potuerint, qui crearentur Presbyteri (Mam. loc. citat. pag. 346)

Quot verba tot monſtra. *Fortaſſe*, inquis. At quid eſt hoc *fortaſſe*? Dubitas igitur anceps hæres, non certo ſcis. Fides igitur Catholica, non firmis, immotiſque fundamentis, ſed dubiis, atque ancipitibus fulta eſt? Plures Epiſcopatu, nullos Presbyteratu dignos reperiri potuiſſe in Eccleſia Philippenſi? Ergo ne majora a Presbytero poſtulas, quam ab Epiſcopo? major igitur Presbyterorum dignitas, quam Epiſcoporum, ſi majora ſibi depoſcebat virtutum ornamenta? Præclarum ædepol Epiſcoporum Patronum, qui Epiſcopos infra Presbyteros ponis, Victoriamque adverſariis tradis, omnium opinione majorem! Quid autem ſibi volunt tot illi Epiſcopi in Eccleſia Philippenſi? Cur plures uno? Erravit igitur Hieronymus, noſmet decepit, turpiter mentitus eſt, cum docuit, Philippos unam eſſe Urbem Macedoniæ, neque in una Civitate plures, ut nuncupantur, Epiſcopos eſſe potuiſſe.

Reſpondent ſecundo, *veroſimile* videri, Philippenſem Eccleſiam, Epaphrodito abſente, proximarum Civitatum Epiſcopis commendatam fuiſſe: (Mamach. loc. cit. pag. 346.) Quid mihi narras Epaphroditum Philippenſium Epiſcopum, quaſi vero Epaphroditus ſingularis Philipporum, non communis omnium Eccleſiarum Epiſcopus extitiſſet? (Vid. ſup. Qu. III, §. 3.) Sed fac etiam Philippenſem Eccleſiam ſuo Paſtore viduatam tum fuiſſe. Quid opus erat, ut non unus, ſed plures ei darentur Interventores? (Vid. ſup. Lib. III, Quæſt. XXXIV, n. a) Eſto. *Veroſimilia* hæc videantur. Quid? Chriſtianæ igitur Fidei dogmata non amplius ex certis, minimeque dubiis, ſed ex veroſimilibus tantum, ac probabilibus ratiunculis eſſe concludenda? Nihil ne amplius quæri debere, quam ne incredibilia videantur?

§. IV. Joannes Franciſcus Buddeus Diſſ. Hiſtor. Theolog. de Origin. & Poteſt. Epiſcop. §. 14, pag. 210, edit. Jenæ 1715, hoc nos premit argumento: *Paulus cum Mileti ageret, litteras ad Presbyteros Epheſios miſit, quibus eos ut ad ſe venirent, adhortabatur, Sed quos cap. 20 Act. v. 17, Presbyteros, eoſdem paulo poſt Lucas Epiſcopos appellavit. Non ergo Epiſcopi a Presbyteris diſcrepabant ætate Apoſtolorum. Quid? ſi omnibus Presbyteris, Epiſcopiſque, quorum fit loco modo indicato ab Luca mentio, idem munus tribuerit Paulus, paſcendæ nempe Eccleſiæ?*

Erat igitur unus Ordo Epiſcoporum & Presbyterorum.

Quid huic noſtrates reponunt Theolo-

eruditiſſimus, ac ſapientiſſimus, & quia aliorum omnium argumenta & reſponſa is unus congeſſit, & quia illum unum ex omnibus dignissimum puto, quicum acriter hac de re contendam, cujus cenſura creſcere ipſe poſſim & ejus ſplendore illuſtrari.

Digitized by Google

logi? Non unum, ſed plura, quæque ſibi minime conſtant, ut intelligere poſſis, quid reſpondendum vere & unice ſit, eos plane neſcire. Reſpondent igitur primo, accitos fuiſſe Miletum non Epheſinum tantum, ſed & alios Aſiæ Epiſcopos, teſtemque in hanc rem citant Sanctum Irenæum lib. III contra Hæres. cap. XIV, pag. 201, n. I, Tom. I Opp. edit. Venet. 1734. (Mam. l. c. p. 335.) Auctor ne igitur tibi eſt Irenæus, *Paulum convocaſſe Epiſcopos qui erant ab Epheſo & a reliquis proximis civitatibus?* At mihi contra Auctor eſt Hieronymus, Paulum Epheſios tantum Preſbyteros Miletum evocaſſe. Hæc enim ſunt Hieronymi verba: *In Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, quod cum veniſſet Apoſtolus Paulus Miletum, miſerit Epheſum, & vocavit Presbyteros Eccleſiæ ejuſdem, quibus poſtea inter cætera ſit loquutus: Attendite vobis & omni gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos paſcere Eccleſiam Domini, quam acquiſivit per ſanguinem ſuum: Et hoc diligenter obſervate, quomodo unius Civitatis Epheſi Presbyteros vocans, poſtea eoſdem Epiſcopos dixerit.* Quem igitur horum ſequamur? Irenæum ne antiquiſſimum ſane Eccleſiæ Patrem, ſed qui aliud agens rem hanc quaſi per tranſennam præteriens aſpexit, an Hieronymum diligentiſſimum antiquitatis indagatorem, qui ex profeſſo hoc argumentum pertractavit? Si lubet, utrumque dimittamus, uniuſque S. Lucæ verba audiamus; ſunt enim ſatis clara, plana, & aperta, nec ullo indigent conjectore, & interprete Ἀπὸ δὲ τῆς Μιλήτου πέμψας εἰς Ἔφεσον, μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας. *A Mileto autem mittens Epheſum vocavit Presbyteros Eccleſiæ*. Quiſque utriſque oculis, atque utriſque auribus integer eſt, Judex eſto, num hæc verba Aſiæ Epiſcopos deſignent, an Epheſi Presbyteros.

Reſpondent ſecundo, Presbyteros Epheſinos, quorum ibi meminit Paulus, vel omnes, vel pleroſque ſummo (c) Sacerdotio initiatos fuiſſe, ut cum res tuliſſet, eſſent, qui ad Ec-

(c) Dionyſius Petavius lib. I diſſert. Eccleſ. cap. II, pag. 167, edit. ejuſd. „ Primis illis Eccleſiæ temporibus, *inquit*, quæ, „ quod ad formam, & diſciplinam attinet, „ quædam illius infantia dici queunt, exi„ ſtimo presbyteros vel omnes, vel eorum „ pleroſque ſic ordinatos eſſe, ut Epiſcopi „ pariter, ac presbyteri gradum obtinerent. „ Id eo fieri ſolitum eſſe, veriſimile eſt, „ quod, cum religio Chriſtiana progreſſio„ nem in dies faceret, perque civitates, „ & populos propagaretur, increbreſcente „ multitudine, opus fuit, paratam eſſe co„ piam Epiſcoporum, qui ad urbes, & Pro„ vincias Chriſtiano partas nomini poteſta„ te mitterentur, ut ea, quæ ab ſolis Epiſ„ copis adminiſtrabantur, præſtare poſſent: „ cujuſmodi ſunt clericorum per manuum „ impoſitionem, confirmationis ſacramen„ tum, & alia quædam, quæ ſimplices preſ„ byteri non attingebant. Hac de cauſa vi„ dentur plures in eadem Eccleſia (velut „ Epheſina) Epiſcopi fuiſſe, qui Apoſtolis „ tamquam majoris gradus Pontificibus, „ adeoque ſummis obſequebantur. Hoc tum „ ſimplices recens ortæ mores Eccleſiæ fe„ rebant, nondum ambitione, & honorum „ cupiditate, maliſque cæteris artibus depra„ vatis Chriſtianorum animis. Poſtea quam „ vero priſtina illa caritas, & imitandi Chri„ ſti, amplectendæque modeſtiæ, & humili„ tatis refrixit amor; tum quod Hieronymus ſcribit, ad tollendas ſimultates, & „ in Schiſmatis remedium, unum aliquem „ e turba presbyterorum eligi placuit, qui „ præeſſet reliquis, atque ita deſiere pari non „ ſolum dignitate, ſed etiam ordine, ac po„ teſtate plures creari, translata in unum „ tam

Jus Epiſcopale. G

Eccleſias fundandas, ad Sacerdotes creandos ablegarentur. (Mamach. loc. cit. pag. 332.) At Pace tua dicam, hoc eſt hariolum, aut vatem agere, non Theologum, atque Doctorem. Quo teſte, ſi hoc negem, me convinces? Huccine demum noſtris temporibus redit Catholicorum veritas atque doctrina, ut non alios aſſertores ac vindices habeat, quam ariolantes, & vaticinantes, ne dicam ſomniantes, & inſanientes?

§. V. Salmaſius loc. cit. pag. 54. *Petrus in prima Catholica cap. V, Presbyteros Eccleſiarum, ad quas ſcribit, quibus ſe & συμπρεσβύτερον facit, monet, ut paſcant gregem Dei, qui apud ipſos eſt, ἐπισκοποῦντες οὐκ ἀναγκαστῶς. Nam alii autem ſunt, qui τὸ ποίμνιον ποιμαίνουσι, niſi vere inde appellati ποιμένες, & quos ſic vocat Paulus in Epiſtola ad Epheſios, illi ipſi ſunt Epiſcopi, ſive Presbyteri, qui præficiebantur ab Apoſtolis paſcendo gregi Chriſti, & Eccleſiæ toti regendæ &c.* Walchius l. c. pag. 99. *Teſtem advoco Petrum Apoſtolum, qui in priore ſua Epiſtola cap. V, v. 1, 2. Presbyteros admonet, ut munere Epiſcopali demandato rite fungantur*, ποιμάνατε, *inquit*, τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως. *Ergo idem Petrus qui Epiſcopus fuit, ſe ſe Presbyterum tantummodo venditat, & Presbyteris vero* ἐπισκοπούντων *provinciam tribuit*. Hæc illi.

Audi vero noſtros, eamdem recinunt cantiunculam, in eoque perſtant, *Presbyterorum* verbum, quo hìc utitur Petrus, non Presbyteros, ſed veri nominis Epiſcopos ſignificare; adduntque nihil vetare, quominus Apoſtoli ea lingua loquuti ſint, qua Patres Sæculi ſecundi, atque Epiſcopos *Presbyterorum* vocabulo nuncuparint. (Mam. *ib.* p. 349, & p. 322, n. 1, 2.)

Nihil vetat, inquis, quominus Apoſtoli primo Sæculo iisdem verborum formulis uſi ſint, quibus Eccleſiæ Patres Sæculo ſecundo. Ergo revera uſi ſunt. Quæ malum iſthæc argumentandi ratio? Oſtendendum tibi eſt, Apoſtolos, Scriptoresque primi Sæculi (non ſecundi) Presbyterorum nomen ad veri nominis Epiſcopos indicandos revera uſurpaſſe. Nam nos Theodoreti, Hieronymi, Hilarii, Ambroſii teſtimonio contrarium plane evicimus. (Vid. ſup. Qu. V.) S. Petrus & S. Joannes qui ſe ſe συμπρεσβυτέρους inſcripſerunt, ſimilia mihi feciſſe videntur iis, qui in ſuis Epiſtolis ſe ſe humillimos ſervos ſubſcribunt. Quis tamen adeo bardus erit, qui inde colligat, harum Epiſtolarum Scriptores communi aliorum voce ſer-

„ tam honoris, quam functionis prærogativa. Quocirca numquam non fuit in Eccleſia poteſtatum, graduumque diſcrimen, „ hoc eſt Epiſcopatus, & presbyteratus ſimplicis, ſed in eadem capita paſſim ambo „ conferebantur. Hæc noſtra de gravi, ac „ perdifficili quæſtione ſententia eo plauſibilior eſſe debet, quod & dubitationem, „ ac controverſiam præcidit omnem, & ab „ ipſamet Scriptura illiſque teſtimoniis, quæ „ anſam nobis diſputandi præbuerunt, pene „ in manus, atque ob oculos injici videtur.

„ Etenim presbyteros appellatos eoſdem & „ Epiſcopos fuiſſe ab Apoſtolis Petro, at„ que Paulo, illorum ex verbis efficitur: „ nec minus etiam iſtud, quos presbyteros „ vocant, iis Epiſcoporum, quæ ſunt pro„ pria convenire, imprimis autem ordina„ tionem, quæ eſt Principum, paſtorum„ que præcipua, quos Epiſcopos dici om„ nes intelligunt. “ Confer quæ idem Petavius diſputat lib. 1, cap. IV, pag. 15, ſeq. Hierarch. Eccl. tomo eodem.

Digitized by Google

ſervos appellari? (Vid. etiam, quæ ſupra dixi, Qu. II, §. 2, ad calcem.) Cæterum Bibliothecas omnes perluſtra, omneſque libros pervoluta, Eccleſiarum omnium ſcrinia, ſinus, latebras pertenta, veteres Codices, membranas, chartulas expiscare, nullum ſane locum invenies, in quo aut Apoſtoli, aut Chriſti Apoſtolorumque Diſcipuli, aliive qui communi omnium confeſſione veri Epiſcopi fuerunt, *Presbyterorum* nomine, non dicam ſe ipſi appellaverint, ſed appellati fuerint Sæculo primo.

§. VI. Jacobus Baſnagius Hiſt. de l'Egliſe liv. 1, cap. 3, pag. 5, & ſeq. edit. 1699, Buddeus Diſſ. Hiſt. Theol. de Orig. & Poteſt. Epiſc. §. 9, pag. 200, Walchius Compend. Antiq. Eccleſ. lib. I, cap. 3, pag. 100, edit. 1733, Salmaſius in Appar. Operis de Primatu Pap. pag. 49, & Diſſ. de Epiſ. & Presb. pag. 212, Blondellus Apolog. pro Sentent. Hieronym. de Epiſc. & Presby. Sect. II, pag. 13, opponunt, *a S. Clemente in Epiſtola ad Corinthios* (d) *niſi duos, alium præterea in Eccleſia ordinem poni omnino nullum. Pari enim gradu ab eo conſtitui Epiſcopos atque Presbyteros, hiſque tribui honorem, ac poteſtatem Epiſcoporum.*

Habe, qua declinatione hunc adverſariorum ictum effugere noſtri conentur. Dicunt, Clementis Epiſtolam non ad Corinthios ſolum, ſed ad omnes Achajæ Eccleſias ſcriptam fuiſſe, quarum Corinthia Eccleſia erat Metropolitana. (Mamach. l. c. p. 356.) Quod quidem hac ratione concludunt. Paulus Apoſtolus cum ad Corinthios ſcripſit, ad univerſæ Achajæ Chriſtianos Epiſtolam ſuam dedit. Ergo & Clemens. (Mamach. ib. part. 356, & N. 5. ex Hammondo).

Præclaram ſane philoſophandi rationem! Ego vero ita inverto argumentum. Paulus Apoſtolus Epiſtolam ſuam inſcribit *Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi, cum omnibus Sanctis, qui ſunt in Achaja.* Ergo Paulus Corinthiis, & Achaicis litteras ſuas dedit. Clementis Epiſtola e contra ita inſcripta eſt: *Dei Eccleſia quæ Romæ diverſatur, Eccleſiæ Dei, quæ Corinthi habitat:* ubi de Achaja ne verbum quidem. Ergo Clemens ad ſolos Corinthios non & ad Achaicos ſcripſit. Quod ſi a me quæras, cur Paulus non ſolum Corinthiis, ſed etiam Achaicis, Clemens vero ſolis Corinthiis litteras ſuas inſcripſerit, id cauſæ fuiſſe dicam (e) quod, tempore quo Paulus ad Corinthios ſcripſit, non aliæ in Achaja præter Corinthiam Eccleſiæ fundatæ adhuc erant, tempore autem quo Clemens ad Corinthios litteras ſuas miſit, Achaja plures alias habebat Eccleſias. Prius declarant ipſæ Paulinarum Epiſtolarum inſcriptiones. Non enim inſcriptæ ſunt *Eccleſiæ, quæ eſt Corinthi* CUM OMNIBUS ECCLESIIS *quæ ſunt in*

(d) Epiſtolam Clementis ad Corinth. vide ſupra qu. VII, §. VII, Not. k.

(e) Aliam etiam Baſnagius l. 1 cauſam affert, nimirum univerſam Achajam non concitaſſe Clementis tempore in Epiſcopos ſeditionem, ſed ſolos Corinthios, quæ quidem ſeditio cauſam dedit Clementis epiſtolæ. Ridiculum porro eſt, quod Baſnagio reſpondit Mamachius, loc. cit. pag. 363, nimirum nullum teſtem afferri a Baſnagio, qui oſtendat, Univerſam Achajam non concitaſſe ſeditionem adverſus Epiſcopos. Enimvero non neganti, ſed aſſerenti incumbit probatio. Non Baſnagius oſtendere debet univerſam Achajam non concitaſſe ſeditionem, ſed Mamachius probare debet ab univerſa Achaja ſeditionem fuiſſe concitatam. Nec ſatis eſt ſi dicat, *ſolent Inferiores Eccleſiæ exem-*

in Achaja, *ſed CUM OMNIBUS SANCTIS* (*f*) (id eſt Chriſtianis) *qui ſunt in Achaja*. (*g*) Poſterius autem nulla indiget probatione. Nam Eccleſia Cencrearum, cujus meminit Apoſtolus in Epiſt. ad Rom. XVI, (*h*) ea cet-

---

exempla imitari ſuperiorum, ſed demonſtret neceſſe eſt, inferiores Achajæ Eccleſias exemplum ſuperioris Eccleſiæ Corinthiæ imitatas fuiſſe, & revera ſeditionem & ipſas adverſus ſuos Epiſcopos concitaſſe.

(f) Chriſtiani omnes ab Apoſtolis *ſancti* appellabantur, Quæ ſane appellatio idcirco tributa eis fuit, quod ſanctificati in Sanguine Chriſti eſſent, vocatique ad ſanctitatem. Ex qua re manavit etiam appellatio *ſanctificatorum*, quæ cum eſſet ab Apoſtolo uſurpata, adhibita quoque aliquando eſt a Patribus.

Chryſoſt. Hom. 1 in Ep. ad Rom. n. 4, p. 434, T. IX Opp. ἁγίους inquit, ὁ Ἀπόστολος τοὺς πιστοὺς καλεῖ πάντας. Omnes fideles Apoſtolus *vocat Sanctos*. Similia habet Hom. XIV in I Ep. ad Timoth. & X in Ep. ad Heb. ad Cor. I, v. 2, Clemens Rom. in Epiſt. ad Cor. I, pag. 9, Tom. 1 Ep. Rom. Pont. Edit. Coutant. & Chryſoſt. Hom. 1 in 1 Ep. ad Cor. n. 1, pag. 4, Tom. X Opp.

(g) Epiſtola II ad Corinthios I, 1. τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, σὺν τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ *Eccleſiæ Dei, quæ eſt in Corintho cum omnibus ſanctis extantibus in Achaja.*

Epiſtola I ad Corinthios I, 2. τῷ Θεοῦ, τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐστὶ ἐν παντὶ τόπῳ. *Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi cum omnibus invocantibus nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti in omni loco.* Nempe Achajæ. Ita paſſim interpretes. Nam perplura eorum, quæ hiſce litteris complexus Apoſtolus eſt, cadere in omnes Eccleſias, quæ conſtitutæ in univerſo urbe fuiſſent, non poterant. Atque illud ſane, quod extat I Cor. XVI, v. 15: „ Obſecro vos, fratres, „ Noſtis Domum Stephanæ, quod eſt primitiæ Achajæ, & in miniſterium ſanctis „ addixerunt ſeipſos; v. 17: Gaudeo autem „ in præſentia Stephanæ, & Fortunati, & „ Achaici, quoniam veſtrum defectum hi „ ſuppleverunt, quemadmodum aliis, præterquam incolis Achajæ attribuere lice„ ret "? Præterea, quod apud Corinthios egiſſe Apollos dicitur I Cor. cap. XIII, v. 6, *Apollo rigavit*, nonne omnibus Achajæ incolis competit? Act. XVIII, v. 27. βουλομένου αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, volente ipſo venire in Achajam.

(h) Epiſtola ad Romanos ſcripta fuit poſt duas Epiſtolas ad Corinthios. Nam prima ad Corinthios ſcripta fuit anno 57, Epheſo, ubi ſe permanſurum ait uſque ad Pentecoſtem cap. 16, & inde ad eos venturum c. 4, v, 19, ex quo patet initio anni hanc Epiſtolam ſcriptam fuiſſe, videlicet Menſe Martio, aut Aprili. Altera ad Corinthios Epiſtola ſcripta fuit paulo poſt primam ſub tempus Pentecoſte, videlicet Menſe Majo, aut Junio ejuſdem anni, uti patet ex cap. 2, in quo ſcribit ſe ad eos Epiſtolam dare, eo quod ad ipſos non venerit, ut pollicitus illis fuerat in Ep. prima c. 4. Haſce litteras ſcriptas eo ipſo anno, quo S. Paulus audito Corinthii inceſtuoſi nefario ſcelere ipſum excommunicavit, poſt vero aliquod tempus illum abſolvit, conſtat ex Ep. I, cap. 4, & Ep. II, cap. 2 ad Cor. Hoc autem contigiſſe anno Chriſti 57, monet Natalis Alex. Hiſt. E. ſæc. I, cap. 7, Tom. IV, pag. 25, edit. Pariſ. an. 1741, ubi res geſtas a Paulo narrat his verbis. *Anno Chriſti 57 S. Paulus audito Corinthii inceſtuoſi nefario facinore, ipſum excommunicavit.* Qua de re lege I ad Cor. cap. 5. Inflixit autem illud anathema per Epiſtolam tunc ad Corinthios datam. Poſt hæc, excitata eſt ſeditio adverſus Paulum a Demetrio opifice argentario, & aliis ejuſdem artis hominibus, qui quæſtum imminui ſuum prædicatione Pauli dolebant; quia ſtabilito veri Dei cultu, tot Dianæ ſtatuas argenteas & ædiculas, quot antea, non conflabant. Alexander Scriba tumultum prudenter, ſed ægre ſedavit. (Act. 20.)

Rebus pacatis, relicto Epheſi Timotheo, quem primum illius Eccleſiæ conſtituit Epiſcopum, ut ſcribit Euſebius lib. 3 Hiſt. Eccl. cap. 4, varias Macedoniæ & Græciæ par-

certe fuit ante Clementinam ad Corinthios legationem. Et ſi verum eſt, quod ajunt Euſebius H. E. lib. 3, c. 3, & l. 4, cap. 33, & Paulinus Poem. 24, Eccleſias Athenarum, Patrarum Veterum, Argorum Apoſtolicas eſſe, hæ quoque ante Clementis Pontificatum extiterint neceſſe eſt. Quid vero Corinthiam Eccleſiam tunc temporis, Metropolitanam mihi narras? quaſi vero ante Sæculum IV ullæ extiterint Metropolitanæ Eccleſiæ. Neque vero, ſi Metropolitarum originem ab Apoſtolicis uſque temporibus repeto, etiam Metropolitanarum Eccleſiarum ortum ab Apoſtolorum ævo ducendum eſſe concedam. Nam Primo Eccleſiæ Sæculo, qui Metropolitarum locum tenebant Epiſcopi, ii nulli certæ Eccleſiæ erant adſtricti. Secundo autem & Tertio Sæculo certarum Eccleſiarum Epiſcopi proprii illi quidem erant, ſed Metropolitica eorum dignitas quaſi deſultoria fuit, cumque iis Eccleſiis, quarum erant Epiſcopi, minime conjuncta, ac nonniſi Sæculo Quarto Metropolitana dignitas Eccleſiis fuit illigata (Vid. ſupr. Lib. III, Qu. IV, & Qu. V.)

§. VII. Blondellus Apol. pro ſentent. Hieronym. Sect. II, cap. 2, pag. 14. *Polycarpus in Epiſtola ad Philippenſes hæc ſcribit: Subjecti eſtote Presbyteris & Diaconis ſicut & Deo & Chriſto, ceu Virgines inculpata & caſta conſcientia gradientes. Presbyteri autem ſint faciles ad compatiendum affectu præditi. Duo igitur tantum Ordines Polycarpi temporibus erant in Chriſtianorum Republica; eſtque proinde tertius, quem nos appellamus Epiſcoporum, aliquanto recentior.*

Huic argumento non aliud a noſtris reſponſum eſt, quam nomine Presbyterorum hic intelligendos eſſe Epiſcopos. (Mamach. l. c. ex Hammondo).

At hos Epiſcopos, ad quos ſcribit Polycarpus, quoſque Presbyteros vocat, cujates eſſe dicis? Num unius Philippenſis Urbis, an totius Macedoniæ? Si primum ais, adverſarium habes D. Hieronymum, qui in Comm. cap. 1 ad Tit. clamitat: *Philippi una eſt Urbs Macedoniæ, & certe in una Civitate plures, ut nuncupantur, Epiſcopi eſſe non poterant.* Si alterum dicis, repugnat ipſa Polycarpi Epiſtola: ita enim inſcripta eſt: *Eccleſiæ Dei quæ habitat Philippis.* At Philippenſis Eccleſia erat Metropolitana, ſuoque complexu cunctas Macedoniæ Eccleſias coercebat. Nego primum, tunc temporis ullas fuiſſe Eccleſias Metropolitanas. Nego ſecundo, ante Sæculum VIII Philippenſem Eccleſiam in-

partes peragravit. Troade in mediam noctem concionatus, Eutychum adoleſcentem, qui e tertio cœnaculo ruens mortuus erat, ſuſcitavit. Variis deinde locis luſtratis, Miletum pervenit. (Act. 20.)

Anno Chriſti 58, alteram ad Corinthios Epiſtolam ſcribens, inceſtuoſum illum, quem priori Epiſtola tradiderat Sathanæ, indulgens abſolvit. (II Cor. 2.)

Porro cum Mileti ageret Paulus, Eccleſiæ Epheſinæ primores illuc vocavit, ipſoſque ad regendam ſumma vigilantia Eccleſiam adhortatus eſt. (Act. 20.)

Inde profectus, poſt varias navigationes venit Cæſaream, ubi hoſpitio exceptus eſt a Philippo uno ex ſeptem Diaconis, cui quatuor filiæ virgines erant, dono prophetiæ inſignes. Ibi Agabus Propheta vaticinatus eſt Paulo perſecutiones quæ ipſum manebant Hieroſolymis quo iter meditabatur: nec tamen amicorum precibus & lacrymis eo ab itinere averti potuit, ad mortem pro Chriſto

inter Metropolitanas numeratam unquam fuiſſe (*i*). Nego tertio Polycarpi epiſtolam iis de rebus agere, quæ ad unos pertinent Epiſcopos, ac neceſſe proinde eſſe, ut eam ad Macedoniæ Epiſcopos ſcriptam eſſe dicamus. Non enim ibi agitur de ordinandis Epiſcopis, aut Presbyteris, aut Diaconis, quod ſolum unorum Epiſcoporum proprium munus eſt; ſed de gubernandæ, adminiſtrandæque rei Eccleſiaſticæ ratione, quod non ad Epiſcopos ſolum, ſed ad Preſbyteros quoque pertinebat. (Vid. ſupra Qu. III, §. 3, Qu. VI, §. 1, N. a.)

Veriſſimum porro eſt, Presbyteros quandoque *Diaconorum*, h. e. *Miniſtro-*

ſto obeundam paratiſſimus. (Act. 21.) *Hieroſolymam igitur Paulus pervenit*.

Epiſtolam autem ad Romanos datam fuiſſe eo tempore, quo Apoſtolus cum collectis in Macedonia & Achaja eleemoſynis profectus erat Hieroſolymam & ſcribit ipſe Natalis Alex. ſæc. I, cap. 12, art. 2, §. 3, n. 2, Tom. IV, pag. 58, & colligitur ex eadem Pauli Epiſtola ad Romanos. Ex quo fit, ut Epiſtola ad Romanos plures Menſes poſt Epiſtolas ad Corinthios, videlicet ſub finem anni 57 ſcripta fuerit. Quorſum hæc? Ut intelligatur, inter illud tempus, quod excucurit ab Epiſtolis ad Corinthios ad Epiſtolam ad Romanos & fundari potuiſſe, & revera fundatam fuiſſe Eccleſiam Cencrearum. Nam cum non extaret eo tempore quo Epiſtolæ ad Corinthios ſcriptæ ſunt, uti eruitur ex earum Epiſtolarum ſuſcriptionibus, extaret autem tempore quo ſcripta eſt Epiſtola ad Romanos, neceſſario ſequitur hanc Eccleſiam intra illud tempus fundatam fuiſſe.

(*i*) Quiennius O. C. Tom. II, col. 66. Sequiori ævo, ex quo Illiricum Orientale a Byzantinis Patriarchis uſurpatum fuit, Philipporum Præſul in Metropolitam evaſit, uti veteres Notitiæ Eccleſiaſticæ Græcæ teſtantur, ἐπαρχία Μακεδονίας, ὁ Φιλίππων: *Provincia Macedoniæ, Philipporum Epiſcopus*. In illa Notitia quæ Leonis Sapientis Imp. nomine inſignitur quadrageſima Metropolis eſt Eccleſia Philipporum μ. ὁ Φιλίππων cui Epiſcopi ſeptem ſubſunt; ſcilicet α. ὁ Θεωρίου. β. ὁ Πολυστύλου. γ. ὁ Βελικείας. δ. ὁ Χριστουπόλεως. ε. ὁ Σμολαίνων. ς. ὁ Καισαροπόλεως. ζ. ὁ Ἀλεκτρυοπόλεως. 1 *Theorii*, 2 *Poliſtoli*, 3 *Belicie*, 4 *Chriſtopolis*, 5 *Smolænorum*, 6 *Cæſaropolis*, 7 *Alectruopolis*.

Fallitur Hammondus, dum diſſ. 1, c. 13, §. 3, p. 44, hæc ait. „ Quod ad Eccleſiam „ Philippenſium attinet, ut ab imperiali ad „ Eccleſiaſticam notitiam deſcendamus, illud „ etiam manifeſtum eſt, in Evangelii Prædicatione, eam totius Macedoniæ ἐπαρχίας „ *primitias* fuiſſe. Conſulatur Apoſtolicæ prædicationis Hiſt. Act. XVI, v. 9, & ſeq. ut „ & I Theſ. II, 2, ex qua clarum eſt, Paulum *Philippis* exorſum, προπαθόντα, „ καὶ ὑβρισθέντα ἐν Φιλίπποις, Theſſalonicam poſtea progreſſum eſſe, in hoc κηρύγματος curſu, aut *agone*. Nec certe illud „ novum, ut Eccleſiaſticarum diviſionum „ ratio ex πρωτοκλησίας quod hæc maturius, illa ſerius ad fidem converſa ſit, „ peteretur: hinc πρωτοτοκία olim Antiochiæ data, & *primitiis* aut ἐπαρχίαις „ cujuſvis regionis ſolemniter aſſignata πρωτεῖα. Quod ſi hic etiam obtinuerit, „ *Philippi* non Metropolis tantum, aut πρώτη unius μερίδος πόλις, ſed & totius Macedoniæ prima Metropolis cenſenda erit. “ Non omni careret fundamento id quod ait hic Hammondus, ſi Theſſalonicenſis, & Beræenſis Eccleſiæ longo tempore poſt Philippenſem fundatæ fuiſſent, ſed cum Philippenſis, Theſſalonicenſis, & Beræenſis Eccleſiæ uno contextu fundatæ fuerint h. e. eodem anno Chriſti 51, tota Hammondi corruit diſputatio. Præterea in Act. Apoſt. dicitur, Paulum primum prædicaſſe Philippis, deinde Theſſalonicæ, & Berææ non primum fundaſſe Eccleſiam Philippenſem, deinde Theſſalonicenſem, tum Beræenſem. Aliud enim eſt Evangelium prædicare aliud

Digitized by Google

ſtrorum nomine appellari ſolitos fuiſſe (*k*). Quinimmo non ſolum Presbyteros, ſed etiam Epiſcopos, ipſoſque Apoſtolos. Quid ni autem? Nonne omnes Clerici, cujuſcumque tandem gradus ii ſint, Dei, & Eccleſiæ Miniſtri vocantur, & ſunt? Hæc enim *Miniſtrorum* vox cum pro genere ſumitur, uti I Cor. III, 5, II Cor. III, 6, Coloſ. IV, 7, I ad Theſſ. III, 2, omnes Hierarchicos Ordines complectitur; at cum ad ſpeciem refertur, uti in allatis Polycarpi verbis, tunc nonniſi inferiorem Majorum Clericorum claſſem ſignificat. Nec vero opus fuiſſet, ut Polycarpus una cum *Miniſtris*, ſeu Diaconis Presbyteros nominaret, ſi Miniſtrorum vocem non tamquam ſpeciem, ſed tamquam genus uſurpaſſet. Non ait Polycarpus, *Obedite Miniſtris ſeu Diaconis Eccleſiæ*, ſed, *Obedite Presbyteris & Diaconis*. (Vide Polycarpi Epiſt. p. 188, Tom. II Apoſtol. PP. part. II.)

§. VIII. Cætera quid perſequar, quæ noſtri Theologi ad gladios in Eccleſiaſticam Hierarchiam diſtrictos retundendos eduxerunt? Sunt enim omnia ejuſdem farinæ, & niſi aliis armis induti, aliis galeis tecti, aliis clypeis muniti in aciem deſcendant, & niſi ſuis arcibus ac vallis alias ſubſtruant pilas atque columnas; verbo, niſi aliud ſolum ac fundamentum jaciant defenſionis ſuæ, nunquam ſperent ſe ſe victores ex hoc certamine exituros. Qui hactenus Epiſcopatus defenſionem ſuſceperunt, non alia ratione ſe illum ab hoſtium incurſionibus tueri poſſe exiſtimarunt, quam ſi *ſingulares* Epiſcopos Eccleſiæ coævos, & ab ipſis Chriſti manibus in ſuis ſingulos Diœceſibus collocatos fuiſſe evincerent. Itaque omnia ſtudia, omnem operam, induſtriam, cogitationem, mentem denique omnem in hoc principio, ac baſi ſtatuenda, firmandaque fixerunt atque locarunt, & quaſi nulli alii in Eccleſia Epiſcopi extitiſſent, niſi *ſingulares*.

aliud Eccleſiam fundare, h. e. collecto converſorum fidelium cœtui Presbyteros præficere. Licet veroſimile id ſit, illarum urbium, in quibus primo Chriſti doctrina prædicata fuit, Eccleſias etiam primo fundatas fuiſſe, tamen id certum non eſt. Si Hammondus ideo Philippenſem Eccleſiam Theſſalonicenſis, Beræenſis, aliarumque Macedoniæ Eccleſiarum Metropolitanam fuiſſe vult, quod in ea primum prædicatum Evangelium fuerit, cur non etiam Athenienſem Eccleſiam Corinthiæ, totiusque Achajæ Metropolitanam eſſe ſtatuit? cum jam e ſacris litteris conſtet, primum prædicatum fuiſſe Evangelium Athenis, poſtea Corinthi? (Actor. XVII, 1, XVIII, 1.) Cur e contra Corinthiam Eccleſiam totius Achajæ primatum geſſiſſe contendit in Diſſ. V, cap. 2, p. 262.?

(k) Beveregius lib. II Cod. Can. Vindic. cap. XI, n. X, p. 124, ſeq. tom. II, par. II Apoſtolic. PP. edit. Amſtelod. an. 1724.
„ Vox Diaconus, *inquit*, in Eccleſiæ infantia latiſſime ſumta fuit . . . . Ipſi Apoſtoli διάκονοι paſſim vocantur; ut I Corinth. III, v. 5, & διάκονοι καινῆς διαθήκης (*& Diaconi novi Teſtamenti*) II ad Cor. III, v. 6. Alias διάκονοι Θεοῦ, καὶ Χριστοῦ (*Diaconi Dei, & Chriſti*) . . . . Tychicus etiam vocatur διάκονος Coloſ. IV, v. 7. Nec non Timotheus I Theſſ. III, 2. . . . Et quidem D. Chryſoſtomus Presbyteros antiquitus, & Epiſcopos, & Diaconos nuncupatos fuiſſe obſervat: καὶ οἱ πρεσβύτεροι, inquit, τὸ παλαιὸν ἐκαλοῦντο ἐπίσκοποι, καὶ διάκονοι τοῦ Χριστοῦ. (*Et Presbyteri olim vocabantur Epiſcopi, & Diaconi Chriſti*) Chryſoſt. in Ep. ad Philip. cap. 1.

Digitized by Google

lares ſeu Diœceſani, pro his unis tamquam pro aris & focis dimicarunt, rati nimirum omnem Epiſcopatum, omnem Hierarchiam, totamque Eccleſiam altoe culmine ruituram, niſi Diœceſani Epiſcopi gemelli Eccleſiæ Fratres, unoque cum ipſa editi partu credantur.

§. IX. Hoc initium nullam habere ſoliditatem, nec firmitatem, atque hinc quæ huic principio nixa ſunt argumenta, univerſa corruere, unusquiſque dignoſcere facile poteſt, modo primos Eccleſiæ faſtos evolvere velit. Nam cum *ſingulares* Epiſcopi illi dicantur, qui ſinguli ſingulis particularibus præſunt Eccleſiis, intelligis hinc ſingulares Epiſcopos particularium Eccleſiarum juniores eſſe debere, aut ad ſummum æquales. Quid igitur, ſi doceam, particulares Eccleſias non in ipſo Eccleſiæ exordio, ſed aliquot poſt annos exortas fuiſſe? Ac primo quidem excipienda nobis eſt ea Eccleſia, quam Apoſtoli Chriſti Legationis hæredes Hieroſolymis informarunt, inchoaruntque: Univerſalis illa, quamdiu Apoſtoli Hieroſolymis ſubſtiterunt, non particularis dicenda eſt. (Vid. ſupr. L. I, Qu. III, §. 6, 7, 9, 10, Qu. XLII, §. 5, 7, Lib. II, Qu. III, §. 4, Qu. VI, §. 2.) Nam nec ab uno Epiſcopo, ſed ab omnibus Apoſtolis gubernabatur, nec uni Civitati aut Regioni, ſed Univerſo Terrarum Orbi incubabat. Hieroſolymitana primi temporis Eccleſia nobis excepta, quam aliam particularem Eccleſiam mihi dederis, antequam Apoſtolorum, aut Diſcipulorum aliquis ex Hieroſolymis exceſſerit, Chriſtique Doctrinam extra Hieroſolymam diſſeminarit? At nonne conſtat ex ſacris litteris, (Actor. VIII, 2.) tempore, quo Stephanus lapidibus obrutus fuit, & ad necem datus, videlicet anno 35, (Vid. Baron.) nondum Apoſtolorum aut Diſcipulorum quemquam ex Hieroſolymorum Urbe profectum fuiſſe? Nondum igitur ullus Apoſtolus, aut Diſcipulus ullam particularem fundarat Eccleſiam. Quid, quod Sacræ litteræ ante annum trigeſimum ſeptimum Presbyterorum, ſeu Epiſcoporum nuſpiam meminerunt? Prima Presbyterorum mentio occurrit Actor. XI. (ann. circit. 37.) Nec antea a Sacris litteris ulla vel Eccleſiarum, vel Presbyterorum fit commemoratio. Non igitur principio particulares Eccleſiæ editæ. Si nullæ particulares Eccleſiæ, nec ulli *ſingulares ſeu Diœceſani* Epiſcopi eſſe poterant. Fuit igitur aliquod tempus, quo Eccleſia ſingularibus, ſeu Diœceſanis caruit Epiſcopis. Non igitur hi ab ipſo Eccleſiæ conditore Jeſu Chriſto conſtituti, nec uno cum Eccleſia partu procreati. Corruit ergo, quod fundamenti loco a noſtris Theologis poſitum eſt, & ut male poſuerunt initia, ſic cætera ſequantur neceſſe eſt.

§. X. Alii igitur Episcopi quærendi nobis ſunt, quos noſtrorum temporum Aerianis opponamus, non ſingulares ac certarum Eccleſiarum proprii, ſed communes totius Chriſtianæ Reipublicæ atque omnium Eccleſiarum, hoſque in Apoſtolis initio ſtatim inveniemus, qui a Domino noſtro Jeſu Chriſto in ſuprema Cœna Sacerdotes & Epiſcopi ordinati fuerunt. (Vid. ſupr. Qu. I, §. 2.) Eccleſiæ vero particulares non ante annum trigeſimum ſeptimum ſtatuendæ ſunt. (Vid. ſup. Lib. II, Qu. III, §. 3.) Nec ſtatim ſingularibus Epiſcopis, ſed Presbyterorum Collegiis commendandæ. (Vid. ſup. Lib. I, Quæſt. XLII, §. 3.) Apoſtolis interea, Diſcipuliſque non ſingularem, ſed generalem particularium Eccleſiarum curam

ram gerentibus. (Vid. ſup. Lib. III, Qu. IV, §. 3, 4, Qu. V, §. 5, 6, 7, 8.) Singularium autem Epiſcoporum natales ad annum uſque ſexageſimum primum, quo anno plerique adhuc Apoſtoli ſuperſtites erant, nobis erunt retardandi. (Vid. ſup. Qu. III, Qu. IV, Qu. V, Qu. VI, Qu. VII, Qu. VIII, & Lib. I, Qu. XLII, §. 4.) Hiſce initiis ita conſtitutis, omnis illico adverſariorum oratio labitur, atque evaneſcit, & omnia eorum Jacula uno ſternutamento, unoque ſpiritu diſſlantur (*l*).

§. XI. Age ſis. Emenſum iter relegamus, ac ſingula Iſotimitarum objecta diluamus. Inſurgit ne Georgius Walchius, atque Paulinam ad Titum Epiſtolam in te diſtringit (*m*), in qua Presbyterorum atque Epiſcoporum nomina, munia, & decora exæquari videntur? (Vid. ſuperius §. 2.) Quid ita concidis animo, quaſi in promptu non habeas diſcrimen inter Titum Pauli Diſcipulum, & veri nominis Epiſcopum, cui proinde ibi mandatur Presbyterorum Ordinatio, & inter illos Presbyteros, (quos nomine tenus tantum Epiſcopos vocat) quorum Collegiis ſingularum Eccleſiarum rectio tradita erat ejuſmodi, qualem Eccleſiæ illius temporis ſingulari adhuc carentes Epiſcopo ſibi depoſcebant, qualemque poſtea Diœceſani Epiſcopi, addita tamen ordinatione, exercuerunt?

Certamen ne inſtaurat Wallo Meſſalinus, Paulinamque ad Philippenſes ſalutem, *Omnibus Sanctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis cum EPISCOPIS ET DIACONIS*, in te te immittit? (Vid. ſupr. §. 3.) Tu illico hunc hominem ſilere jubebis, ſi eum doceas, Eccleſiæ Philippenſi nondum ſingularem Epiſcopum datum fuiſſe, ſed ſolummodo *Diaconos & Presbyteros*, (qui tunc temporis etiam Epiſcopi vocabantur) qui eam cum Epiſcopali imperio regerent, una dempta ordinatione, quam ſibi Apoſtoli reſervaverant.

Urget ne Franciſcus Buddeus: atque illud Lucæ Act. XX, *Attendite vobis, o Presbyteri, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*, in te intorquet? (Vid. ſup. §. 4.) Tu illum confeſtim Jugulabis, ſi repones, Presbyteros hoc loci nomine tenus Epiſcopos dici, quinimmo id temporis *Epiſcopi* nomen unis Presbyteris conſtitiſſe; Eccleſiam Epheſinam in unorum Presbyterorum cura ac tutela tunc latuiſſe, niſi quod Apoſtoli (quo nomine omnes veri nominis Epiſ-

(*l*) Bellarm. de Clericis Lib. I, cap. XV. Theodoretus in Com. hujuſce loci, & fuſius in c. 1 primæ ad Timotheum ſcribit, Apoſtolorum tempore veros Epiſcopos, non Epiſcopos, ſed Apoſtolos dici ſolitos. Presbyteros autem Epiſcopi nomine tunc appellari conſueviſſe. Nam ad Romanos 16 Paulus Andronicum Apoſtolum vocat, & Philip. 2, Epaphroditum Apoſtolum Philippenſium appellat, qui videlicet Epiſcopi erant. Poſtea tamen omiſſo Apoſtoli nomine, Epiſcopos ſolum Epiſcopos, Presbyteros autem ſolum Presbyteros appellari cœpiſſe. Quæ obſervatio Theodoreti omnibus ſane Hæreticorum objectionibus ſatisfacit; ſemper enim dicere poterimus, Paulum nomine Epiſcoporum Presbyteros accepiſſe.

(*m*) Ad Tit. I, 5. Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per Civitates *Presbyteros*, ſicut & ego diſpoſui tibi, Si quis ſine crimine eſt, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet enim *Epiſcopum* ſine crimine eſſe, &c.

Epiſcopi tum vocabantur) ſupremum omnium Eccleſiarum regimen ſibi retinuerant. (Vid. ſup. Qu. VII, §. 5.)

Inſtat ne Salmaſius, & Petri illud, *Presbyteri obſecro, paſcite qui in vobis eſt, gregem Dei*, e vagina educit? (Vid. ſup. §. 5.) Tu contra illum in memoriam revoca, eo tempore nondum inſtitutos fuiſſe Epiſcopos ſingulares, proindeque in iis Eccleſiis ad quas ſcribebat Divus Petrus, nullum alium Epiſcopum extitiſſe, ſed ſolos Presbyteros, qui tamen Apoſtolis, a quibus utpote vere Epiſcopis, Presbyteratu initiati erant, minores ſe ſe gerebant.

Uno verbo: Si Epiſcopos Univerſæ Eccleſiæ *communes* ab Epiſcopis *ſingularibus* ſeu *certarum* Eccleſiarum *propriis* diſtinguas, atque illos una cum Eccleſia prognatos, horum vero natales parumper remoreris; atque interim (*communium* Epiſcoporum auctoritate incolumi) Presbyterorum Collegiis & nomen & regimen Epiſcopale permittas, una dempta ordinatione, ſtatim nodos omnes expedies, difficultates evolves, laqueos extricabis.

Basnagio, Buddeo, Walchio, Salmaſio, Blondello, Clementis Romani & Polycarpi Smyrnenſis Epiſtolas, quæ duos tantum in Eccleſiis Corinthiorum & Philippenſium Miniſtrorum ordines commemorant, in medium proferentibus, (Vid. ſup. §. 6, 7.) facile obviam ibis, ſi oſtendas, in illas Eccleſias *ſingulares* Epiſcopos, licet antea inſtitutos, non dum tamen introductos. (Vid. ſup. Qu. VII, §. 6, 7.) *Neque enim* (præclare Epiphanius hæſ. 75.) *ſubinde omnia ab Apoſtolis ordinari potuerunt, & quidem Presbyteris in primis & Diaconis opus erat, a quibus videlicet ambobus Eccleſiaſtica negotia adminiſtrari poſſent. Quare ubi nondum Epiſcopatu dignus aliquis occurrerat, nullus ei loco præpoſitus eſt Epiſcopus. At ubi & neceſſitas poſtulabat, nec eorum, qui Epiſcopatu digni erant, copia deerat, ibi conſtituti ſunt Epiſcopi.* Hæc S. Epiphanius.

Satis ſuperque, ni totus fallor, ad omnia adverſariorum ſophiſmata reſponſum eſt. Sed quoniam non ſatis eſt adverſaria evertere, niſi etiam noſtra confirmemus, juverit idcirco Epiſcoporum ac Presbyterorum diſcrimen totum explicare, atque illud in oculis conſpectuque omnium exponere.

QU. VII.

Digitized by Google

QU. X.

Quomodo probas Epiſcopis Presbyteros eſſe minores?

§. I. QUi hanc Spartam ornandam cœperunt, adeo exornatam atque depexam reddiderunt, ut non patroni, ſed prævaricatores huic cauſæ appoſiti fuiſſe videantur. Nam eam Juriſdictionis partem, quæ Epiſcoporum cum Presbyteris communis eſt, quaque etiam Presbyteri Presbyteris antecellunt, maximo opere accurarunt, eam vero, quæ Epiſcoporum propria ſuaque ipſorum eſt, cujuſque neminem comitem ac ſocium habent, leviter attigerunt: Id quod mantiſſæ & appendiculæ loco eſt, tanquam aras & focos propugnarunt, id autem quod ſummum eſt ac præcipuum, tanquam Apinas & Tricas prætierierunt: verbo, Caſtella defenderunt, Urbem vero Epiſcopatus prodiderunt. Quod autem dolendum maxime eſt, non aliis armis induti in hoc certamen proſilierunt, quam iis, quæ ex Binghamo, Hammondo, Hallo, Saravia, Pridæo, Pearſonio, Beveregio, aliiſque Epiſcopalibus Anglis mutuati ſunt. Ita fit, ut, quod illi ad Epiſcopatus umbram, quam adhuc retinent, defendendam vix ſufficere exiſtimarunt, noſtri ad verum Epiſcopatum tuendum ſatis ſuperque eſſe arbitrati ſunt.

§. II. Teſtes quibus Epiſcoporum Patroni maxime confidunt, ſunt Ignatius, Juſtinus Martyr, Tertullianus, atque Cyprianus. (Vid. Mamach. O. & A. Ch. Tom. IV, pag. 517, & ſeq.) Eorum verba recitemus, & quo valeant, quantamque ad id, quod intendis, vim habeant, paulo diligentius, meliuſque expendamus. S. Ignatius in Ep. ad Smyrnenſes hæc habet: *Omnes Epiſcopum ſequimini, ut Jeſus Chriſtus Patrem, & Presbyteros uti Apoſtolos, Diaconos autem revereamini ut Dei mandatum; ſine Epiſcopo nemo quidquam faciat eorum, quæ ad Eccleſiam ſpectant. Rata Euchariſtia habeatur illa, quæ ſub Epiſcopo fuerit, & cui ipſe conceſſerit..... Non licet ſine Epiſcopis baptizare, neque agapem celebrare.* Hiſce ſimilia ſunt ea quæ habentur in aliis Epiſtolis, (*a*) ubi ante

(a) In Epiſtola ad Epheſios: „ Etenim „ Jeſus Chriſtus inſeparabilis noſtra vita, „ Patris eſt ſententia, ut & Epiſcopi per „ terræ terminos definiti, ex Jeſu Chriſti „ ſunt ſententia. Unde decet vos in Epiſ„ copi ſententiam concurrere, quod & fa„ citis. Non memorabile veſtrum Presby„ terium, dignum Deo, ita coaptatum eſt „ Epiſcopo, ut chordæ citharæ. " Ibidem. „ Siquidem ſinguli, communiter omnes, ex „ gratia, nominatim convenitis in una fide, „ & uno Jeſu Chriſto, ſecundum carnem ex „ genere Davidis, filio hominis, & filio „ Dei: ut obediatis Epiſcopo, & Presby„ terio mente indivulſa, frangentes Panem „ unum, qui Pharmacum immortalitatis eſt, „ Antidotum ne moriamur, ſed vivamus „ ſemper in Jeſu Chriſto. " Et rurſus „ Epiſ„ copi ſecundum fines terræ determinati „ Jeſu Chriſti ſententia ſunt. "

ante Diaconos & Presbyteros ſemper meminit Epiſcoporum. Juſtinus martyr Apol. I, 67: *Qui præeſt admonitionem verbis & adhortationem ad res tam præclaras imitandas ſuſcipit .. Qui præeſt preces emittit ... quod colligitur, apud eum, qui præeſt, deponitur*. Tertullian. lib. de Baptiſm. cap. XVI, pag. 230, Edit. Ven. 1745. *Dandi quidem Baptiſmum habet jus Summus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus, deinde Presbyteri & Diaconi, non tamen ſine Epiſcopi auctoritate*. Cyprianus Ep. X, XI, XII, reprehendit quoſdam Presbyteros, qui Epiſcopo inconſulto nonnullos ſordidatos poſtliminio reduxiſſent. *Aliqui de Presbyteris, nec Evangelii, nec loci ſui memores, neque tunc ſibi præpoſitum Epiſcopum cogitantes, quod nunquam omnino ſub anteceſſoribus factum eſt, cum contumelia & contemptu Præpoſiti totum ſibi vindicant*. Hæc illi. Verum haſce omnes prærogativas, quas priſci illi Patres in primitivos Epiſcopos congeſſerunt, nonne noſtrorum temporum Parochi ſibi vindicant? Nam ſimplices, qui modo dicuntur, Sacerdotes, nec ſolemni ullos Baptiſmo initiare poſſunt, nec Verbi divini pabulo Populum alere, nec Sacramentorum ope ac vi corroborare ac ſaginare, nec ſacra peragere, nec ulla alia publica ac ſolemnia Eccleſiaſtica munia obire abſque venia Parochorum. Si Ignatium igitur, Juſtinum, Tertullia-

Et in Epiſtola ad Magneſianos. „ Sed &
„ vos decet, inquit, non familiarius ac ſu-
„ perbe uti ætate Epiſcopi, ſed ſecundum
„ virtutem Dei Patris omnem impertiri illi
„ reverentiam, quemadmodum novi ſanctos
„ facere Presbyteros, non reſpicientes ad ap-
„ parentem juvenilem Ordinationem, ſed
„ ut prudentes in Deo cedentes ipſi, non
„ ipſi autem, ſed Patri Jeſu Chriſti, om-
„ nium Epiſcopo. In honorem igitur il-
„ lius qui vult, decet vos obedire ſine ulla
„ hypocriſi: quia nequaquam Epiſcopum
„ hunc quis fallit qui videtur; ſed illudit
„ inviſibili... Decet itaque non modo vo-
„ cari Chriſtianos, ſed etiam eſſe: quemad-
„ modum nonnulli Epiſcopum quidem no-
„ minant, ſed ſine ipſo omnia faciunt. Ta-
„ les vero non bona conſcientia mihi præ-
„ diti eſſe videntur. “

Et infra: „ Hortor ut hoc ſit veſtrum
„ ſtudium, in Dei concordia omnia agere,
„ Epiſcopo præſidente Dei loco, & Presby-
„ teris loco Senatus Apoſtolici, & Diaco-
„ nis mihi ſuaviſſimis, quibus commiſſum
„ eſt miniſterium Jeſu Chriſti. (& infra:)
„ Quemadmodum igitur Dominus ſine Pa-
„ tre nihil fecit, ipſi unitus, neque per
„ ſeipſum neque per Apoſtolos; ita neque
„ & vos ſine Epiſcopo, & Presbyteris quid-
„ quam agite. “

Ibidem. „ Studete igitur ut confirmemini
„ in dogmatibus Domini, & Apoſtolorum —
„ Cum digniſſimo Epiſcopo veſtro, & di-
„ gne contexta ſpirituali corona Presbyterii
„ veſtri, & ſecundum Deum agentibus Dia-
„ conis. “

Et in Epiſtola ad Trallianos: „ Cuncti
„ ſimiliter revereantur Diaconos, ut man-
„ datum Jeſu Chriſti, & Epiſcopum ut
„ eum qui eſt figura Patris, Presbyteros
„ autem ut conſeſſum Dei, & ut conjun-
„ ctionem Apoſtolorum. Sine his Eccleſia
„ non vocatur. “

Et in Epiſtola ad Philadelphios. „ Ope-
„ ram igitur detis, inquit, ut una Eucha-
„ riſtia utamini. Una enim eſt caro Domi-
„ ni noſtri Jeſu Chriſti, & unus Calix in
„ unitatem Sanguinis ipſius: unum altare,
„ ſicut unus Epiſcopus, cum Presbyterio,
„ & Diaconis conſervis meis, ut quod fa-
„ citis, ſecundum Deum faciatis. “

Ibidem: „ Clamavi cum intereſſem, lo-
„ cutus ſum magna voce, voce Dei: Epiſ-
„ copo attendite, & Presbyterio, & Dia-
„ conis. Quidam autem ſuſpicati ſunt me
„ ut præſcium diviſionis quorumdam hæc
„ dicere. Teſtis autem mihi is eſt in quo
„ vinctus ſum, quod a carne humana non
„ cognoverim, ſed Spiritus annuntiavit,
„ dicens iſta: Sine Epiſcopo nihil facite. “

Digitized by Google

lianum, Cyprianum audimus, primorum Sæculorum Epiſcopi non magis diſtabant a Presbyteris, quam noſtrarum Paræciarum Rectores ab nudis modo diſtant Sacerdotibus. Hoccine igitur eſt illud Epiſcoporum ac Presbyterorum diſcrimen, quod fateri, profiteri, præ nobis ferre Catholica nos jubet Eccleſia?

§. III. Sed ad Apoſtolicarum Eccleſiarum Catalogos confugiunt. (*b*) Quid aliud declarat, (inquiunt) per-

---

(b) Irenæus ibid. lib. III, cap. III, pag. 175. „ Sed quoniam valde longum eſt in „ hoc tali volumine omnium eccleſiarum „ enumerare ſucceſſiones, maximæ, & an„ tiquiſſimæ, & omnibus cognitæ a glorio„ ſiſſimis duobus Apoſtolis Petro, & Paulo „ Romæ fundatæ, & conſtitutæ Eccleſiæ, „ eam, quam habet ab Apoſtolis traditio„ nem, & annunciatam hominibus fidem „ per ſucceſſiones Epiſcoporum pervenien„ tem uſque ad nos indicantes, confundi„ mus omnes eos, qui quoquo modo vel „ per ſibi placentia, vel per vanam gloriam, „ vel per cæcitatem, & malam ſententiam, „ præterquam oportet, colligunt: ad hanc „ enim Eccleſiam propter potiorem princi„ palitatem neceſſe eſt omnes convenire „ Eccleſias, id eſt eos, qui ſunt undique „ fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt „ undique, conſervata eſt ea, quæ eſt ab „ Apoſtolis traditio. Fundantes igitur, & „ inſtituentes Beati Apoſtoli Eccleſiam, Lino „ Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tra„ diderunt. Hujus Lini Paulus in his, quæ „ ſunt ad Timotheum epiſtolis, meminit. „ Succedit autem ei Anacletus. Poſt eum „ tertio loco ab Apoſtolis Epiſcopatum „ ſortitur Clemens... Huic autem Clemen„ ti ſuccedit Evariſtus, & Evariſto Ale„ xander &c. "

Tertullianus Lib. de Præſcript. cap. XXXII, pag. 113. Confer Auctorem lib. III carminum adverſus Marcionem, quæ carmina falſo tribuebantur Tertulliano. Pag. 635, edit. Opp. Tertull. Venetæ an. 1748, hæc habentur.

„ Hac Cathedra Petrus, qua ſederet
„ ipſe, locatum
„ Maxima Roma Linum primum con-
„ ſidere juſſit.
„ Poſt quem Cletus & ipſe gregem
„ ſuſcepit ovilis.
„ Hujus Anacletus ſucceſſor ſorte lo-
„ catus.
„ Quem ſequitur Clemens, is Apoſto-
„ licis bene notus.
„ Evariſtus ab hoc rexit ſine crimine
„ legem.
„ Sextus Alexander Sexto commendat
„ ovile.
„ Poſt expleta ſui, qui luſtri tempora
„ tradit
„ Teleſphoro; excellens hic erat, mar-
„ tyrque fidelis ec. "

Euſebius lib. III Hiſt. cap. IV, pag. 81. „ Timotheus ... Eccleſiæ Epheſinæ Epiſ„ copatum primus accepiſſe dicitur. ... Ti„ tus Inſulæ Cretæ Eccleſiarum Epiſcopus .. „ Linus primus poſt Petrum..... Eccleſiæ „ Romanæ Epiſcopatum adeptus eſt... Cle„ mens quoque is, qui tertius Eccleſiæ Ro„ manæ Epiſcopus eſt conſtitutus, Areo„ pagitam illum nomine Dionyſium..... „ Athenienſis Eccleſiæ primum Epiſcopum „ fuiſſe tradit alter quiſdam Dionyſius Co„ rinthiorum Epiſcopus antiquiſſimus ſcri„ ptor. " Cap. XI, pag. 94. „ Omnes uno „ conſenſu Simeonem filium Cleophæ..... „ Epiſcopali ſede dignum judicaverunt. Cap. „ XIII, pag. 94. Linus Eccleſiæ Romanæ „ Epiſcopus.... Anacleto deinde eam re„ gendam tradidit. Cap. XIV, pag. 95. Pri„ mus Alexandrinorum Eccleſiæ Epiſcopus „ Arianus .... abit e vita. Cui ſecundus „ ordine ſucceſſit Avilius. „

Cap. XV, pag. 96 „ Anacletus exactis in „ Epiſcopatu annis duodecim ſucceſſorem re„ liquit Clementem. Cap. XXI, pag. 98. „ „ Cum Avilius, qui per tredecim annos „ Alexandrinam rexit Eccleſiam, mortuus „ eſſet, in ejus locum ſucceſſit Cerdo. Cap. „ XXII, pag. 99. Apud Antiochiam vero „ defuncto Evodio.... ſecundus tum maxi„ me florebat Ignatius. Cap. XXXVI, pag.
„ 113, Iſ-

perpetua illa, conſtans, ac ſemper continuata Epiſcoporum ſibi ſuccedentium series; niſi in illis Eccleſiis unum ſemper extitiſſe, qui inter cæteros dignitate emineret? (Mamach. loc. cit. pag. 520.) Verum hiſce Catalogis non magnopere moventur Iſotimitæ. Audi Boehmerum Diſſ. VIII, §. 12, pag. 431, edit. Hal. 1729. „ Conſtituebant Presbyteri pari po- „ teſtate præditi unum quoddam in- „ ter ſe Collegium ſeu conſeſſum, & „ ſynedrium, & inde ratio naturalis „ poſtulabat ut in hoc conſeſſu pri- „ mum locum ſenior occuparet, „ quamvis ab initio hic omni præ- „ rogativa vacaret. Quemadmodum „ vero πρωτοκαθεδρία aliquam habe- „ bat dignitatis prærogativam apud „ Judæos, ita facile evenire potuit „ poſt exceſſum Apoſtolorum, ut „ primam Sedem tenens prærogati- „ vam quamdam in directione ſibi „ arrogaret, quam eo facilius cæte- „ ri ipſi indulgebant, quod nullum „ Collegium ſine aliqua diſtinctione „ conſtare poſſet, præſertim cum vi- „ derent *Presbyterium Judaicum* ſuum „ Præſidem habere. Potiſſimum au- „ tem primæ Sedis auctoritas poſt A- „ poſtolorum exceſſum ex his ſtabilita „ eſt fundamentis. Scilicet primo „ hanc ipſam neceſſariam eſſe Sæcu- „ lo ſecundo crediderunt, ut eo for- „ tius hæreticis contradicere poſſent. „ Hi enim *Verbum ſcriptum* in con- „ troverſiis ortis haud ſufficiens eſſe „ prætendebant, confugientes ad do- „ ctrinam quamdam non *ſcriptam*, „ quam Apoſtoli per traditionem re-

li-

„ 113. Iiſdem temporibus florebat in Aſia „ Polycarpus Apoſtolorum diſcipulus, qui „ e familiaribus, ac miniſtris Domini Smyr- „ nenſis Eccleſiæ Epiſcopatum acceperat. „ Papias quoque Hierapolitanus Epiſcopus „ eadem ætate celebris fuit. “

Ibid. pag. 114, de Ignatii Epiſtolis agens: „ Cum Smyrnam veniſſet, inquit, in qua „ tum erat Polycarpus, unam quidem Epi- „ ſtolam ſcripſit ad Eccleſiam Epheſiorum, „ in qua Oneſimi ipſorum paſtoris mentio- „ nem facit. Alteram quoque dedit ad Ec- „ cleſiam Magneſiæ civitatis, quæ ad Mean- „ drum ſita eſt, in qua etiam Damæ ἐπισκόπου „ Epiſcopi mentionem facit. Aliam item „ ad Eccleſiam Trallianorum, cujus Anti- „ ſtitem tunc fuiſſe memorat Polybium “ lib. IV, cap. I, pag. 121. „ Cerdo ... abiit „ e vita, quartuſque ab Apoſtolis miniſte- „ rium ejus Eccleſiæ ſortitus eſt Primus. „ Eodem tempore cum Evareſtus annos „ octo in Pontificatu exegiſſet, Romæ Epiſ- „ copatum ſuſcepit Alexander. “ Confer cap. IV, & cap. V, p. 129, cap. XI, pag. 132, cap. XIV, pag. 137, cap. XIX, pag. 154, cap. XX, pag. 155, cap. XXIII, pag. 158, cap. XXIV, pag. 160, cap. XXV, & XXVI, pag. 161, cap. XXVII, pag. 164, lib. V, cap. XI, pag. 175, cap. XIV, pag. 185, cap. VI, pag. 187, cap. VIII, pag. 189, cap. IX, pag. 191, cap. X, pag. 191, cap. XII, pag. 193, cap. XV, pag. 196, ubi Florinum Presbyterum Romæ aliquando ſub Commodo fuiſſe ſcribit. At ſi auctoritas Epiſcoporum, & Presbyterorum par erat, cur Florinum in cenſum Epiſcoporum non retulit? Et cap. XX, p. 205, cap. XXII, pag. 209, cap. XXIV, pag. 211, ſeq. lib. VI, cap. X, pag. 232, cap. XXI, pag. 248, cap. XXVI, & XXVII, pag. 254, cap. XXIX, pag. 255, cap. XXXV, pag. 259, cap. XL, pag. 262 ſeq. cap. XLIII, pag. 269, &c.

Conſule S. Hieronymum lib. de Script. Eccl. pag. 107, tom. IV Opp. edit. Martian. Pariſ. & S. Auguſtinum ep. LIII, al. CLXV, p. 120, edit. Pariſ. Monach S. Mauri, tom. II, vetuſtiſſimum Catalogum Liberianum, quem Bucherius edidit, apud Blanchinum tom. II, Anaſtaſii de Vit. Pontif. pag. VII, edit. Romanæ an. 1723, & reliquos Catalogos, quos idem ibid. pag. XIV, ſeq. & Joſephus Blanchinus ejus fratris Filius tom. IV, Anaſtaſ. p. I, ſeq. & Schelestratius Antiq. Eccl. tom. I, pag. 519, ſeq. & Bollandiani Propyl. p. II, ſeq. ediderunt.

Digitized by Google

„ liquiſſent. Ut itaque hæreticos,
„ quorum hoc argumentum, confun-
„ derent, oppoſuerunt eis *Eccleſias*
„ *Apoſtolicas ab Apoſtolis ipſis fun-*
„ *datas, & quod hujuſmodi traditio-*
„ *nes iis incognitæ eſſent, inde colli-*
„ *gebant, eas inanes eſſe*. Hoc ut
„ plenius demonſtrarent, neceſſe eſſe
„ exiſtimarunt, ut Presbyteri harum
„ Eccleſiarum in teſtes vocarentur.
„ Quia vero hi ipſi vario mortis ge-
„ nere multati erant, cœperunt *ſucceſ-*
„ *ſionem Presbyterorum* certam ador-
„ nare ſecundum Sedem primam hoc
„ modo, ut inquirerent quinam ab
„ Apoſtolorum ævo *Sedem primam*
„ tenuerint & qui eis in hac Sede
„ ſucceſſiſſent, quia ita manifeſtum
„ fieri poſſe credebant, per *ſucceſſio-*
„ *nem* hanc doctrinam illibatam ubi-
„ que manſiſſe. Sic Iræneus Lib. III
„ adverſ. hæreſ. cap. 3, Tertullian.
„ de Præſcrip. cap. 32, Epiphanius
„ hær. VII, & XXVII, &c. " (*c*)

Nullam igitur vim habent hi Catalogi ad Iſotimitarum os obſtruendum. Quantulumcumque diſcrimen ſatis eſt, ut hiſce, quos profers, Catalogis locus eſſe potuerit. Quamvis noſtrarum Eccleſiarum Canonici Presbyterali tantum poteſtate præditi ſint, tamen eorum Canonicorum, qui primam inter ſuos æquales dignitatem, locumque tenuere, ſeriem contexi, ac Catalogum edi poſſe, nemo non videt. Neque vero Presbyteriani omnes adeo frontem perfricuerunt (*d*) ut nullum omnino in-

(c) Jo. Franciſcus Buddeus in Præfat. ad Tom. I Bigh. O. E. pag. 15. De Irenæo hæc equidem porro auctor doctiſſimus ſubjicit: *Favens igitur huic hypotheſi, epiſcoporum ſucceſſionem eorumque originem ubique ab apoſtolis deducit. Ut quando Hyginum nonum locum epiſcopatus per ſucceſſionem ab apoſtolis habuiſſe dicis. Et alio loco, exhibens nobis accuratum catalogum duodecim Epiſcoporum Romanorum, qui uſque ad ipſius ætatem ſucceſſive iſti ſedi præfuerunt, de Lino eorum omnium primo, dicit, eum ab ipſis apoſtolis, eccleſia primum fundata, epiſcopum eſſe ordinatum; & de eorum poſtremo Eleutherio, eum duodecimo loco epiſcopatum ab apoſtolis habuiſſe*. Exhibet deinceps §. IV, *pag.* 60, *ſeq. indicem ſeu catalogum Epiſcoporum primum ab Apoſtolis ordinatorum*. Sed nec hæc noſtram evertere aut labefactare poſſunt ſententiam. Cum enim concedamus, immo lubentes profiteamur, a Paulo aliiſque apoſtolis hinc inde presbyteros in eccleſiis a ſe plantatis conſtitutos fuiſſe; & vero, aut circa finem ævi apoſtolici, aut ſtatim poſt illud, primo præcipuoque presbyterorum; ubi plures erant, nomen epiſcopi, quod omnibus antea commune fuit, κατ᾽ ἐξοχὴν, hæſerit: nihil obſtat, quo minus in quibuſdam Eccleſiis ſucceſſio epiſcoporum ab uno quodam, ab ipſis apoſtolis conſtituto, repetatur.

(d) Petrus Molinæus inſignis profeſſor Eccleſiæ Gallicæ, ſcripſit Apologiam pro confeſſione fidei contra Arnoldum Jeſuitam, in qua judicium ſuum in eamdem ſententiam his verbis declarat: *Quod ad politiam eccleſiaſticam attinet, non dubitamus eas pro puris, & veris Eccleſiis agnoſcere, in quibus miniſtrorum æqualitas non obſervatur; quia hunc ordinem non exiſtimamus eſſe caput fidei nec doctrinam ad ſalutem ſpectantem. Vivimus (Deo ſit laus) in fraterna concordia cum vicinis Eccleſiis, quæ aliam formam obſervant, & ubi Epiſcopi primatum quemdam habent.*

Novi, ſub hoc obtentu, quod Eccleſia Anglicana aliam diſciplinæ formam habet quam noſtra eſt, adverſarios noſtros (pontificios) nobis objectare, noſtram religionem eſſe diverſam. Experientia autem hanc incuſationem confutat. Nam nos coimus cum Anglis in Eccleſiis eorum cum participamus ſimul ſacram Domini noſtri cœnam. Doctrina confeſſionis eorum cum noſtra prorſus congruit. Excellentiſſimi ſervi

inter Epiſcopos & Presbyteros diſcri- men interceſſiſſe velint. Horum ſen- tentiam juvat expiſcari in libello de Regimine Eccleſiaſtico trium prio- tum

---

vi Deï in Eccleſiie noſtris, Petrus Martyr, Joannes Calvinus, Hieronymus Zanchius, Theodorus Beza, cæteri, ſæpiſſime ad præſules Anglicanos litteras reverentiæ, & amoris plenas ſcripſerunt.

Longe fallitur opinione, qui vocabulum Epiſcopi, in ſacra ſcriptura obvium, in Eccleſiis noſtris odioſum eſſe exiſtimat. Et adverſarii noſtri injuſte nos criminantur tamquam ordinis Epiſcopalis inimicos. Prorſus rudes & hoſpites in hiſtoria nos eſſe oporteret, ſi ignoraremus, veteres de hoc gradu honorifice loqui. Euſebius in chronico ſuo, Jacobum Domini noſtri fratrem, proximo ab adſcenſione Domini anno Epiſcopum Hieroſolymis conſtitutum, & decem annis poſt Evodium Antiochiæ Epiſcopum creatum fuiſſe, Jacobo autem Simonem in ſede Hieroſolymitana ſucceſſiſſe teſtatur, unde Epiſcoporum ſucceſſio Hieroſolymis deſcenderit. Hieronymus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis Polycarpum, diſcipulum Joannis, ab hoc Apoſtolo Epiſcopum Smyrnæ factum dicit. Eodem libro, Paulum Timotheum Epiſcopum Epheſi, & Titum Epiſcopum Cretæ conſtituiſſe auctor eſt. Et Tertullianus capite triceſimo ſecundo libri de præſcriptionibus adverſus hæreticos, illas Eccleſias vocat Apoſtolicas, & Apoſtolici ſeminis traduces, quarum Epiſcopi per Apoſtolos eſſent conſtituti.

Multis præterea in eamdem ſententiam, interjectis ſic tandem concludit: *Hæc omnia quæ adduxi, eo tendunt, ut oſtendam, non obſtante politiæ Eccleſiaſticæ diverſitate, duas particulares Eccleſias ſub unius fidei, & religionis vinculo pacate, & concorditer poſſe vivere, & ſi nonnumquam contra auctoritatem loquamur Epiſcoporum, nos non damnare ordinem Epiſcopalem in ſe; ſed loqui tantum de corruptione, quam in eum invexit Eccleſia Romana.*

Calvinus de neceſſit. reform. Eccl. Tom. VIII, pag. 60. *Talem ſi nobis exhibeant hierarchiam, in qua ſic emineant Epiſcopi, ut Chriſto ſubeſſe non recuſent, . . . ut ab illo, tamquam unico capite, pendeant & ad ipſum referantur, . . . tum nullo non anathemate dignos fateor, ſi qui erunt, qui non eam reverenter ſummaque obedientia obſervent.*

Idem l. 4 Inſt. c. 4. *Quibus docendi munus injunctum erat, eos omnes nominabant Presbyteros. Illi ex ſuo numero in ſingulis civitatibus unum eligebant, cui ſpecialiter dabant titulum Epiſcopi, ne ex æqualitate, ut fieri ſolet, diſſidia naſcerentur. Neque tamen ſic honore, & dignitate ſuperior erat Epiſcopus, ut dominium in collegas haberet, ſed quas partes habet conſul in ſenatu, ut referat de negotiis, conſulendo, monendo, hortando, aliis præeat, auctoritate ſua notam actionem regat, & quod decretum communi conſilio fuerit, exequatur. Id muneris ſuſtinebat Epiſcopus in Presbyterorum cœtu; atque idipſum pro temporum neceſſitate fuiſſe humano conſenſu inductum, fatentur ipſi veteres.*

Dallæus in Lib. *Replique a Meſſieurs* Adam, & Cotiby part. III, cap. XX, pag. 261. *Ipſe Calvinus omnes honorabat Epiſcopos, qui Pontifici Romano non eſſent ſubjecti, & puram ac ſinceram Apoſtolorum doctrinam docerent, ab humanarum traditionum fermento repurgatam; cujuſmodi fuerunt præſules Anglicani, Thomas Cranmerus Archiepiſcopus Cantuarienſis, Joannes Hopperus Epiſcopus Vigornenſis & alii. Nos ipſi ſemper tuiti ſumus & adhuc tuemur eamdem chriſtianam communionem in fide & charitate cum ſucceſſoribus eorum, non obſtante diverſa eccleſiaſtici regiminis ratione inter illos, & nos . . . , fatemur, fundamentum muneris eorum bonum & legitimum eſſe, per Apoſtolos ex mandato Chriſti ſtabilitum in Eccleſiis, quas fundarunt.* Atque hanc dicit eſſe differentiam inter Epiſcopos, Papam, & Monachos. *Quod poſteriores neque a Jeſu Chriſto neque ab Apoſtolis illius inſtituti fuerit: nec ullum veſtigium ordinis eorum vel in verbo Dei vel genuinis vetuſtæ Eccleſiæ monumentis reperiatur.*

Inſcriptio capitis eadem verba habet:

M a.

eum Sæculorum, quem neſcio quis Calvini de grege ſcriptor Anglice conſcripſit, quemque Jenkinus Thomaſius latinitate donavit, atque ad

Hel-

Magna eſt differentia inter Epiſcopos, Papam, & Monachos. Quod Epiſcopatus inſtitutus ſit a Deo, Papæ vero, & Monachi ſint inventum hominum, & Auctores confuſionis atque abuſuum.

Rivetus Cathol. orthod. Tract. II, Quæſt. XXII, n. 6. *Aerius audax fuit, & ſchiſmaticus, ſi ob inferiorum ac ſuperiorum diſtinctionem, fidei non contrariam, ac æquis de cauſſis humana inſtitutione introductam, ſe ab Eccleſia ſeparavit.*

Moshemius Inſt. Hiſt. Chriſt. Sæc. XVI, Sect. III, Part. II, §. 12. Zuinglius non impediverat, quominus gradus quidam inter doctores conſtituerentur, & perpetuus antiſtes ſacrorum miniſtris præficeretur.

Mosh. ibid. §. 18. Nil quidem impediebant Puritani, quominus aliquis Epiſcopi nomine ornatus, collegio fratrum, ordinis ſervandi cauſa præſideret, at hunc veteri Epiſcoporum jure uti nolebant.

Joach. Hildebrand. Comm. de Epiſcopis, & juribus Epiſcop. §. 27. Aerius hæreticus diſcrimen inter Epiſcopum, & Presbyterum negavit, at longe alia ratione, quam qua Sancti Patres, & noſtra Eccleſia. Is enim, teſte Auguſtino de hæret. odio Euſtathii, qui ipſi in Epiſcopatu antelatus erat, docuit, nulla differentia ab Epiſcopo Presbyterum diſcerni debere, quum jure divino hoc eſſet prohibitum. Quam ſententiam, ut falſam, vetus Eccleſia merito eſt execrata. Noſtra vero Eccleſia, etſi jure divino diſcrimen illud inſtitutum eſſe, cum SS. Patribus recte negat, recte tamen jure humano & Eccleſiaſtico in ſchiſmatis remedium eſſe introductum, affirmat. Vel hinc ſatis clarum eſt, quam inique Bellarminus, Medina, Petavius omneſque Pontificiæ Hierarchiæ defenſores hæreſeos Aerianæ Eccleſiam noſtram ream faciant. Vid. Walonis Meſſalini, vel qui ſub hoc nomine latet, Salmaſii de Epiſc. & Presbyr. differtatio; Davidis Blondelli Apologia pro ſententia Hieronymi de Epiſc. & Presbyr. Et Excell. Domini Præſidis de hæreſi Aerii, ejuſdemque de Eccleſia Diſputationes. Firmum igitur *Jus Epiſcopale.*

ſit, Apoſtolico, i. e. aureo illo Eccleſiæ ſæculo inter Epiſcopos & Presbyteros nullum fuiſſe diſcrimen. At vero cum fieri non poſſit, ut ſine primo aliquo ſeu directore conſtet collegium, Primum ejuſmodi in Presbyterorum collegiis fuiſſe, cui data ſit προεδρία, non inficiamur: quemadmodum in collegio Ἀρχόντων qui Athenis quondam dominabantur, primus quidam ſolus anno nomen dabat, quo tamen cæteros nemo dixerit inferiores. Ejuſmodi primi in Presbyterorum collegiis fuiſſe videntur ſeptem illi Angeli Eccleſiarum Epheſinæ, Smyrnenſis, Pergamenæ, Thyatirenſis, Sardianæ, Philadelphenſis & Laodicenæ, ad quos ſcribere Chriſtus Joannem jubet Apocal. I, & II. Quanquam ſcio eſſe alios, qui per Angelos urbium deſignari velint cœleſtes Angelos, Eccleſiis cuſtodes, ſeu Epiſcopos inviſibiles præpoſitos, in quam ſententiam Origenes, Ambroſius, Hieronymus, Andreas Cæſarienſis aliique iviſſe leguntur, alios vero, inter quos Salmaſius, Vir celeberrimi nominis, qui Aretham, Scholiaſten Græcum Apocalypſeos, ſequuti, per Angelos urbium ipſas Eccleſias, quæ in illis urbibus erant, deſignari augurantur. Arethas in Apoc. p. 893. Salmaſ. ſeu Walo Meſſalinus diſſ. de Epiſc. & Presbyt. cap. IV, & B. Calixtus noſter in Appar. Theol. Sect. de Pontif. ſeu Epiſc. Rom. pag. 219, & ſeq.

Franciſcus Buddeus in Præfat. ad Bingh. antiq. Tom. I. Accedimus ad id, quod caput cauſſæ eſt, & de quo vel maxime inter Epiſcopalis poteſtatis propugnatores, & eos qui eidem adverſantur, diſceptari ſolet, originem Epiſcoporum, & eorumdem a Presbyteris diſtinctionem, de qua auctor lib. II, cap. I, verba facit: *Talem*, inquit, *diſtinctionem in Eccleſia ſemper fuiſſe obſervatam, liquet ex plerorumque veterum ſcriptorum teſtimoniis, qui de Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis, tamquam diſtinctis in Eccleſia gradibus, & de duobus quidem poſterioribus, ut primo ſubordinatis, loquuntur.* Lubens fateor, ſtatim poſt Apoſtolorum tempora diſtinctionem

hanc

Helveticarum Eccleſiarum uſum adornavit. *Quemadmodum* (hæc habet cap. IV, §. 1, pag. 39, edit. Baſil. 1709.) *Vicarius eamdem miſſionem ac facultatem habet, quam ipſe Miniſter, cujus vicem implet, attamen ſine venia ab iſtius Eccleſiæ Miniſtro ei conceſſa ſuo miniſterio fungi nequit; pari modo Presbyter eumdem tenet ordinem, eamdem poteſtatem, quam ipſe habet Epiſcopus, quem in ſuo munere adjuvat; tamen cum non ſit iſtius Eccleſiæ Epiſcopus vel Miniſter, nullo Paſtorali officio ibi fungi poteſt, niſi cum venia Epiſcopi illius loci; ita ut illi quos appellamus Epiſcopos, Sacerdotes & Diaconos, commodius intelligerentur, ſi nominarentur Rectores, Vicarii, & Diaconi, per Rectorem intelligentes Epiſcopum, per Vicarios Presbyteros, unus horum præpoſitus Eccleſiæ, alter ei pro re nata ſuccurrens, gradu diſpares, ordine autem æquales*. Hæc ibi; ex quibus intelligis, ad Presbyterianorum vires contundendas non ſatis nobis eſſe, ſi primævæ Eccleſiæ Epiſcopos ac Presbyteros qualicumque diſcrimine ſeparemus, ſed neceſse eſse, ut evincamus, quantum inter Epiſcopos & Presbyteros intereſt noſtris hiſce Sæculis, tantum etiam Apoſtolicis interceſſiſse temporibus.

§. IV. Non igitur in ſubſelliorum gradu, non in ſuffragiorum prærogativa, non in altiore officii ac muneris loco, quo etiam Presbyteri Pres-

hanc inter Epiſcopos & Presbyteros exortam eſſe, adeoque longe eſſe antiquiſſimam. Cum enim quibuſdam in locis plures eſſent Presbyteri, & vero inter hoſce ordo aliquis obſervandus eſſet, non poterat non qui primus inter eos erat, ἐξοχὴν quamdam præ reliquis obtinere. Quæ quidem ἐξοχὴ cum ſola virtutis, integritatis, ſanctitatisque præſtantia niteretur, ut ab imperio & auctoritate poteſtateque magiſtratui propria quam longiſſime aberat, ita veneratio quædam equidem, minime autem obſequium, vel etiam munerum aut præſtationum diverſitas illi ex parte reliquorum Presbyterorum reſpondebat. Præterea cum illi, quibus Eccleſiæ ſalus curæ cordique erat, perſpicerent, hanc unius Presbyteri præ reliquis ἐξοχὴν ad concordiam conſervandam funeſtaſque evitandas diſſenſiones valere plurimum, eam non adprobarunt ſolum, ſed commendarunt vehementer, eoſque, qui ei ſe opponerent, objurgarunt. Nec erat, quod ea in re reprehendi poterat, ſi intra primos limites ſubſtitiſſet. Hos vero cum migrarent, quibus honoris commodorumque ſuorum potior cura erat, quam ſalutis Eccleſiæ; mirum non eſt, brevi temporis ſpatio Epiſcopalem auctoritatem tantum cœpiſſe incrementum, ut non modo Presbyteris multum ſe ſuperiores eſſe contenderent, ſed præſtationes quaſdam, functioneſque ita ſibi vindicarent, ut, Presbyteris eaſdem obire, fas eſſe negarent diſerte. Jam ad veterum teſtimonia quod attinet, ejuſmodi diſtinctionem, quam proxima poſt Apoſtolos ætate inter Epiſcopos & Presbyteros fuiſſe diximus, omnino confirmant, plura inde non elicias. *Teſtimonia Ignatii*, ita auctor eruditiſſimus pergit, *huc facientia tam firma ſunt atque luculenta, ut nihil unquam adverſus ea adferri potuerit, niſi quod non ſint genuinæ antiqui iſtius auctoris reliquiæ; ad quod vero a viris doctis toties reſponſum fuit, ut iſti opinioni cum ratione nemo amplius inhærere poſſit*. Veriſſimum utique eſt, Ignatii tam luculenta eſſe teſtimonia, ut iis refragari non liceat. Nec hodie quiſquam harum rerum peritus temere invenietur, qui Epiſtolas iſtas pro ſpuriis minuſque genuinis habeat. Nec tamen aliud quid inde condiſcas, quam tempore Ignatii jam diſcrimen aliquod inter Epiſcopos & Presbyteros obtinuiſſe, ejuſmodi videlicet, quale ſtatim poſt Apoſtolorum tempora, aut forte circa extremam illorum ætatem, exortum, antea docuimus. Atque hoc modo reliqua etiam, quæ auctor adfert, teſtimonia recte ſe ſe habent.

Digitized by Google

Presbyteris, noſtris hiſce temporibus ſupereminent, quoque etiam Epiſcopos primitivæ Eccleſiæ inter illorum temporum Presbyteros eminuiſse haud gravate concedunt hæterodoxi, Epiſcoporum Presbyterorumque quærendum diſcrimen eſt, ſed in auctiore, amplioreque Sacerdotii vi, ac exaggeratione, ſed in Sacerdotum creandorum poteſtate, ſed in Epiſcopalis Ordinis charactere Epiſcoporum Animæ indito, atque ab ipſis Dei digitis inſculpto. Hæc ſunt ea diſcrimina, quæ Epiſcopos a Presbyteris permagno intervallo ſemper diſtinxere, diſtinguuntque etiam nunc, atque Ævum in omne diſtinguent. Hæc ſunt ea diſcrimina, quæ ſorbere, devorare, concoquere nullo modo poſsunt Proteſtantes omnes, Lutherani, Calviniani, Presbyteriani, atque etiam ipſi Epiſcopales. Hæc ſunt, in quæ genuinum & acutum frangunt, bilem ſuam evomunt, virus acerbitatis ſuæ effundunt. Hæc igitur ſunt ea diſcrimina, quorum defenſio, atque tuitio Catholicorum animos excitare atque inflammare debet. Hæc premenda etiam atque etiam ſunt diſcrimina, in hiſce omnes ingenii vires impendendæ, omnis labor, atque induſtria inſumenda. Poſito divino hoc charactere, confirmataque Sacerdotum pariendorum vi Epiſcopis divinitus inſita, quis non videt, cætera Epiſcoporum ornamenta ac decora, quibus Epiſcopi Presbyteris ſupereminent, ac præſtant, indidem ſua ſponte oriri?

§. V. Acturi igitur de Juribus Epiſcoporum, orationem auſpicemur ab charactere Epiſcopali, ab iiſque juribus exordium capiamus, quæ divini hujuſce characteris ſunt conſectaria, quæque proinde ab ipſo Deo in Epiſcopos profecta ſunt, nec cum Presbyteris communia, ſed unorum Epiſcoporum propria; deinde de iis Epiſcoporum juribus dicemus quæ cum Epiſcopali charactere conjuncta minime ſunt, ac ſine ipſo conſiſtere poſſunt, quæ ab Eccleſia in Epiſcopos ſunt derivata, quorumque Presbyteri participes ſunt, ſocii, atque conſortes. Jurium igitur quibus fulgent Epiſcopi duo ſunt genera. Alia ſunt mere Epiſcopalia; alia mere Diœceſana; Divino illa & ſatu & ortu generata, hæc, divino licet conſilio, humano tamen & ſemine & partu ſunt procreata. Sed jam ad alteram hujuſce Libri partem accedamus, quæ tota erit de Juribus mere Epiſcopalibus. Tertia vero pars Jura dabit mere Diœceſana.

Digitized by Google

JURIS EPISCOPALIS ET DIŒCESANI

PARS II.

DE JURIBUS MERE EPISCOPALIBUS.

Digitized by Google

JURIS EPISCOPALIS ET DIŒCESANI PARS II.

DE JURIBUS MERE EPISCOPALIBUS.

QU. I.

Primum Epiſcopale Jus quodnam eſt?

Quid habes de charactere Ordinis Epiſcopalis?

§. I. HActenus de ſingularium ſeu Diœceſanorum Epiſcoporum origine, & inſtitutione; nunc de eorum juribus. Sed cum in Diœceſanis Epiſcopis duæ ſimul perſonæ permixtæ hæreant, altera Epiſcopi, altera Diœceſani, utraque ſuis juribus prædita, ideo ut utriuſque jura diſtincte, ac ſeparatim internoſcere poſſimus, neceſſe eſt, ut haſce duas perſonas! momento temporis unam ab altera ſegregemus, videamuſque, quænam ad earum unamquamque, ſi ſejunctæ eſſent, jura pertinerent.

§. II. I Principio, antequam Apoſtoli dividerentur, & diverſi abirent, Eccleſia univerſa communibus Apoſtolorum (qui uni primo veri erant Epiſcopi) conſiliis curiſque, Petro auſpice, & duce, gubernata fuit. (Vid. ſup. Lib. II, Qu. XII, §. 1, Lib. I, Qu. V, §. 5, Lib. IV, Qu. I, §. 2.) II Poſtquam Apoſtoli diſtributas ſibi terrarum partes ſortiti fuerunt, & ad ſuas ſinguli gentes ac nationes profecti, tunc unaquæque terrarum pars in ſingulorum Apoſtolorum curam, ac tutelam conceſſit. (Vid. ſup. Lib. II, Qu. VIII, Qu. XII, §. 2, 3, 4.) III Cum vero viderent Apoſtoli, diſtributas ſibi Regiones longe lateque fuſas eſſe, ac Fidelium numerum in dies magis augeri, ſeptuaginta Chriſti Diſcipulos, ſuoſque prӕterea Diſcipulos Epiſcopatus Ordine initiarunt, qui in fundandis Eccleſiis, Chriſtique doctrina ubique diſſeminanda ſibi eſſent adjutores, atque Vicarii. (Vid. ſup. Lib. III, Qu. IV, §. 3, Qu. V, §. 6, 7, 8.) IV Verum cum meſſi ſe ſe uberius effundenti, ac ſuccreſcenti hi etiam impares eſſent, eæque quæ jam fundatæ erant Eccleſiæ, majoribus præſidiis indigerent, ſingulis ſinguli Epiſcopi dati fuerunt, qui eas regerent,

rent, & ab iis omnem gliſcentis jam diſſenſionis flammam prohiberent. (Vid. ſup. Qu. VII, §. 3, & ſeq.)

§. III. Primo illo tempore, ſi Petrum excipias, cujus Epiſcopatus cum Pontificia dignitate colligatus erat, in aliis Apoſtolis habemus Epiſcopi perſonam ſolitariam ac ſimplicem cum nulla alia conjunctam, atque connexam (*a*). Secundo tempore Apoſtoli Patriarchali perſona adaucti. (Vid. ſup. Lib. II, in Præf.) ſe ſe nobis in conſpectum dant. Tertio tempore Chriſti, Apoſtolorumque Diſcipuli obvios ſe ſe ferunt duabus induti perſonis Epiſcopali & Metropolitica. (Vid. ſup. Lib. III, in Præf.) Quarto denique tempore adſunt nobis in ſingulis Eccleſiis, qui duplicem Epiſcopi ſimul & Diœceſani perſonam gerunt.

§. IV. Quæ ſint jura Pontificis, quæque Patriarcharum, atque Metropolitarum, ſatis ſuperque in ſuperioribus libris dictum a nobis eſt dicturis modo etiam de Diœceſanorum Epiſcoporum Juribus. Sed antequam in hunc campum vomeres, ligoneſque inferamus, juverit Epiſcopos non ſolum Patriarchali, ac Metropolitana, ſed etiam Diœceſana poteſtate ſpoliare, ac videre, quæ tandem eſſent Epiſcoporum decora & ornamenta, ſi Diœceſanorum perſona illis non inſideret, ſique omnia Diœceſana jura atque inſignia iis detraherentur.

§. V. Catholicorum omnium una vox eſt, illum qui Epiſcopali Ordine initiatur, etiamſi nulli Diœceſi ne in partibus quidem Infidelium ſitæ alligetur, tamen ſacro Spiritu divinitus afflari, atque indelebili charactere (*b*) inſtingui. Apoſtoli certè primi Chriſtianæ Reipublicæ Epiſcopi nulli certæ Eccleſiæ, Provinciæ, Diœceſi initio ſtatim adſtricti fuerant, & tamen Epiſcopali ordine ac

(a) Æneas Sylvius l. 1 Actor. Concil. Baſilienſ. Dum iſtos repellunt Epiſcopos ſine Diœceſi, ipſos quoque damnant Apoſtolos, quos diu ſine plebe fuiſſe conſtat.

(b) Encyclopedie V. Caractere. Ce terme en Théologie ſignifie une marque ſpirituele & ineffaçable que Dieu imprime dans l'âme d'un Chrétien par quelques-uns des Sacremens. Il n'y en a que trois qui operent cet effet, le Baptême, la Confirmation, & l'Ordre, auſſi ne les réitere t'on jamaïs, même aux hérétiques, pourvu qu'en les adminiſtrant l'on n'ait rien manqué d'eſſentiel dans la matiere, ni dans la forme.

Quant à la nature du *caractere* dont nous parlons, les Théologiens ne ſont pas d'acord pour l'expliquer. Comme le mot *caractere* ſignifie litteralement une *gravure*, il ne peut être appliqué à notre âme que par métaphore.

Durand, *in quartum*, diſt. 4, q. 1, dit que le *caractere* n'eſt point une ſimple dénomination exterieure, par laquelle l'homme baptiſé, confirmé, ou ordoné eſt diſpoſé par la ſeule volonté de Dieu & rendu propre à exercer ſoit paſſivement, ſoit activement, quelques fonctions. Si quelqu'un peut comprendre ce verbiage, il faut l'en féliciter.

D'autres ſoutienent que le *caractere* eſt une qualité réelle & abſolue, une puiſſance d'exercer ou de recevoir des choſes ſaintes, qui réſide dans l'entendement comme dans ſon ſujet immediat, Tournely de Sacram. in gen. quæſt. 4, art. 2. Quand nous ſaurions lequel de ces deux ſentimens eſt le plus vrai, nous n'en ſerions pas plus inſtruits. Il faut ſe borner à croire ce que l'égliſe enſeigne, renoncer à l'ambition de comprendre ce qui eſt incomprehenſible, & d'expliquer ce qui eſt inexplicable.

Digitized by Google

charactere (Vid. ſup. Lib. I, Qu. III, pag. 69.) præditi erant. Illi præterea *Epiſcopi gentium*, (Vid. Franciſc. Blanchinum Tom. II Anaſt. in Not. ad vitam S. Eleutherii pag. 142, & Benedict. XIV de Synod. Diœceſ. L. II, cap. VII, §. 1.) qui primis Eccleſiæ Sæculis ab Summis Pontificibus inaugurabantur, ut, ubivis terrarum res, & neceſſitas tuliſſet, ablegari poſſent ad Epiſcopalia munia ineunda, inter quos non ultimum locum tenet Cajus Romani Presbyterii alumnus, qui ſecundo floruit Sæculo; ii, inquam, *Epiſcopi Gentium* haud ulli certe Eccleſiæ deſponſi erant, & nihilominus ſacris notis Epiſcopalique charactere compuncti erant (c). Miſſos facio Epiſcopos illos *honorarios*, qui memorantur a Nicephoro Calliſto (Lib. IX, cap. 40, & a Sozomeno Hiſt. Eccl. Lib. IV, cap. 24, hiſce verbis: *Adde his Barſen & Eulogium, qui ambo poſt creabantur Epiſcopi, non Urbis alicujus, ſed honoris cauſa, qui veluti vitæ pie ante actæ compenſatio illis in propriis Monaſteriis deferebatur*. Vid. Chriſtian. Lupum in Comment. ad Can. 6 Conc. Chalcedon. & Benedict. XIV de Synod. Diœc. Lib. XIII, cap. 8, §. 12. Ex hiſce omnibus elucet, Epiſcopos creari potuiſſe, Epiſcopaliſque ordinis vi, ac charactere infici, quin ulla illis Eccleſia attribueretur. (*)

§. VI. At quam lubentes Ordinis vim, ac characterem cunctis Epiſcopis largiuntur Catholici, tam perfracte illis omnibus ea denegant noſtrorum temporum Hæterodoxi. Contendunt enim Epiſcopos ne intelligi quidem poſſe, qui ad nullam Eccleſiam ſint alligati; Epiſcoporum ordinationem ea fieri verborum formula, qua alicui Eccleſiæ addicuntur; *Chirotoniam*, ſeu *manuum impoſitionem* nil aliud eſſe, quam ſolemnem quamdam Cæremoniam, quæ tantum declarat, Epiſcopum ad ſuæ Eccleſiæ Miniſterium rite recteque lectum fuiſſe, ac proinde minime neceſſariam (d); Ordinis denique vim atque cha-

racte-

(c) Vide Photium cod. XLVIII, pag. 38 Biblioth. edit. an. 1653. Quamobrem Guillelmus Caveus hiſt. litt. vol. 1, pag. 47, edit. an. 1693: „ Cajus, vel G:jus Romanæ Eccleſiæ Presbyter, & *Gentium Epiſcopus* ordinatus, ideſt ſi recte interpreter, ad id Epiſcopus factus, ut Gentiles in ſolo barbarico conſtitutos ad fidem Chriſti converteret, Eccleſiiſque inibi fundatis præeſſet “.

(*) Gerſonius Tom. I, pag. 190. Status Epiſcopalis poteſt eſſe in aliquo ſine plebe, ſine uſu, & ſine exercitio.

(d) Boeh. J. E. P. Lib. 1, Tit. XI, §. 18. *Ordinatio nihil aliud eſt, quam ſolemnis quædam declaratio, quod legitime vocato poteſtas, & functio ſacra collata ſit.*

Lutherus. *Non refert ſi quis habere non Jus Epiſcopale, poſſit conſecratum ab Epiſcopis, ſive unctum, ſive tonſum, ſufficere, ſi vocatus ſit.*

Zieglerus. *Etſi actus ordinationis non ſit abſolute neceſſarius, nec de eſſentia inſtituendi paſtoris, poſſitque aliquis ſine tali ritu miniſter Eccleſiæ verus eſſe, docere verbum Dei, & adminiſtrare ſacramenta, nec poteſtas Eccleſiaſtica ab hoc ritu dependeat, retinendus tamen ille eſt, neque extra neceſſitatis caſum omittendus, tum propter Eccleſiæ Apoſtolicæ conſuetudinem, in qua Presbyterium miniſtros ab Eccleſia electos per preces & impoſitionem manuum ordinabat, & Deo quaſi conſecrabat, tum ut fiat per hunc actum publica & ſolemnis teſtificatio vocationem ejus perſonæ, quæ ordinatur in conſpectu Dei & nomine ipſius, eſſe legitimam, ſanctam*

K &

racterem eſſe figmentum humanum, & inanem verborum ſonitum ab Scholaſticis nuper adinventum, atque excogitatum. (*e*) (Seckendorff. Hiſtor. Luth. Lib. III, §. 43, addit. in fin. Sperner. in Conſtit. German. Tom. IV, cap. 7, art. 4, Sect. 23, Ziegler. in tract. de Superin. cap. XIV, §. 13, Burman. de Apoſt. Diſſ. III, §. 32.) Ain' igitur, Ordinis vim, atque characterem Scholaſticorum eſſe commentum? At doceas oportet, quo tempore, quave occaſione, & a quo hæc *ordinis* ac *characteris* doctrina in Eccleſiam invecta ſit, alias ſine nos uſurpare illam Auguſtini vocem: *Quod univerſa tenet Eccleſia, nec a Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nonniſi auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſime creditur*. Age ſis. Quiſnam fuit hujuſce dogmatis inventor, atque incœptor? Euge ad te inquam. Si Innocentium III dicis, ego longe antiquiores hujuſce Sacramenti atque Characteris teſtes proferam. Audi Sæculo IV Auguſtinum Lib. 2 de Bono Conjug. cap. 24. *Si fiat Ordinatio Cleri ad plebem congregandam, etiamſi plebis congregatio non ſequatur, MANET TAMEN IN ILLIS ORDINATIS SACRAMENTUM ORDINATIONIS; & ſi aliqua culpa quiſque ab officio removetur, Sacramento Domini ſemel impoſito non carebit*. Et Lib. I contra Epiſtolam Parmeniani, cap. 13. *Utrumque SACRAMENTUM eſt, & quadam CONSECRATIONE DATUR; illud cum baptizatur, iſtud cum ORDINATUR. Ideo in Eccleſia Catholica utrumque non licet iterare .... Sed ſi nos male facimus, ipſi explicent quomodo Sacramentum Baptizati non poſſit amitti, & SACRAMENTUM ORDINATI POSSIT AMITTI .... Si enim utrumque SACRAMENTUM eſt, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur & iſtud AMITTITUR? Neutri SACRAMENTO injuria facienda eſt*. Audi Sæculo III Sermonem de Ablut. ped. apud S. Cyprianum. *Nemo Sacros Ordines iterum renovet*. Audi Sæculo ſecundo Auctorem Canonis Apoſtolici 67. *Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus ſecundam Ordinationem ſuſceperit, deponatur & ipſe qui ordinavit* (Vid. ſup. Lib. III, Qu. I, §. 2.) Opinio igitur Sacramenti Ordinis, & characteris indelebilis viguit etiam primis Eccleſiæ Sæculis. Quando igitur ea cœpit? Aut illius initium invenias neceſſe eſt, aut una cum Eccleſia ortam eſſe nobiſcum fatearis.

§. VII. At inquis: Laudati teſtes indelebilis characteris nullibi meminerunt; id tantum monent, eos, qui ſacris ſemel initiati ſunt, non indigere, ut iterum initientur, ne tum quidem, cum Epiſcopale cingulum exuerint, & poſtea rurſus ſibi illud velint induere. (Bingh. Tom. XI, p. 260, §. 2, & ſeqq.) Peto igitur abs te,

& divinam, tum ut ipſe etiam ordinatus de officio ſuo ſolemniter & graviter admoneatur, quatenus id ſuſtinere debeat in parochianorum ſuorum ſalutem.

(*e*) Joannes Calvinus Antid. Conc. Trid. ſeſſ. VII, can. 9. Quod de charactere indelebili fabulantur, ex eadem prodiit officina, h. e. ex indoctorum Monachorum ſchola: nam veteribus hoc totum ignotum fuit, & magis conſentaneum eſt incantationibus magicis, quam ſacræ Evangelii doctrinæ. Eadem ergo facilitate repudiabitur, qua excogitatum fuit.

Digitized by Google

te. Si in iis, qui ſacras Infulas poſuerunt, nulla characteris vis reliqua eſt, quid prohibet, eos rurſus poſſe inaugurari? Cur vero ſine nova conſecratione eas reſumunt? Si quidquid Sacramenti eſt, abdicatio penitus tollit, cur Auguſtinus ait? *& ſi aliqua culpa quiſque ab officio removetur, cum Sacramento Domini ſemel IMPOSITO NON CARERE*. (loc. cit.) Quid enim aliud ſibi volunt hæc verba, quam Ordinis vim nunquam deleri, ejuſque Characterem ſemper remanere? Deſunt ſane vocabula *indelebilis Characteris*; ſed dum rem habemus, quid de nomine laboramus?

§. VIII. Neque vero *Character* hic *indelebilis* inanis eſt verborum ſonitus, nec res eſt, quæ ſuis viribus careat. Nam in iis etiam, qui omni Eccleſiæ jure, gradu, locoque exciderunt, ſemen ſuum adhuc retinet, fetuſque ſuos adhuc gignit, haud quidem juſtos & legitimos, ſed tamen gignit. Finge enim Epiſcopum exauctoratum, & ſi vis etiam anathematizatum, in ſuis obeundis muneribus contra jus, faſque adhuc perſtare, neque ab Sacerdotibus creandis ſeſe abſtinere. Hoſce tu Sacerdotes ita creatos illegitimos, ſpurios, nothos dixeris per me licet, ſed ſemper Sacerdotes. Nec ſi alioquin ſacris aris illos dignos deputaveris, novo Sacerdotio eos imbuendos fore, unquam dijudicabis. Quid? Nonne Dioſcorus, Acacius, Neſtorius, Photius, aliique ſedibus ſuis exturbati, atque Epiſcopatu ſpoliati, quamplurimos nihilominus Epiſcopos conſecrarunt? Eas Conſecrationes injuſtas, nefarias, vitioſas, diras dixit Eccleſia, irritas autem infectaſque nunquam dixit. (f) Jam vero ſi in iis, qui

(f) Juven. Diſſ. VIII de Sacram. Ord. Qu. VI, cap. 3, pag. 537. Concluſio I. Ordinatio extra Eccleſiam ſecundum ritum a Chriſto inſtitutum ab hæreticis nondum Concilii alicujus decreto damnatis, valuit quovis fæculo, ac proinde characterem impreſſit recipientibus.

Probatur variis exemplis. 1 Valuit ordinatio Anatolii, quem impius Dioſcorus nondum in aliqua Synodo damnatus, poſt iniquam S. Flaviani mortem conſecravit Epiſcopum Conſtantinopolitanum: nullibi enim legitur quod alia manuum impoſitione donatus ſit ab ea quam acceperat a Dioſcoro. 2 Maximus in Latrocinio, ſeu in Conciliabulo Epheſino, poſt depoſitionem Domini creatus eſt Epiſcopus Antiochenus: illius tamen ordinationem Concilium Chalcedonenſe probavit actione x. 3 Acacii Patriarchæ Conſtantinopolitani ordinationes probarunt tum Gelaſius, tum Anaſtaſius Pontifices maximi, quamvis Romana Sedes cum eo communicare detrectaſſet. Quondam igitur ſolebant Majores noſtri ordinationes admittere, quas celebraſſent tum Hæretici, tum Schiſmatici qui nondum publico Eccleſiæ decreto damnati fuiſſent.

Concluſio 2. Nuſquam Eccleſia iteravit ordinationes, quas hæretici, etiam publice damnati & nominatim ejecti ex fidelium cœtu celebraſſent.

Probatur primo, in Neſtorianorum cauſa: hæc nimium de eis habet Gregorius Magnus lib. 9, Indict. 4, Epiſt. 61. *Neſtorium cum omnibus ſequacibus ſuis & reliquas hæreſes anathematizent; venerandas quoque Synodos, quas univerſalis Eccleſia recipit, ſe recipere & venerari promittant, & abſque ulla dubitatione eos Sanctitas veſtra ſervatis eis propriis ordinibus in cœtu recipiat*. Ordinum quos Neſtoriani contuliſſent non ſubſtantiam tantum, ſeu characterem, admitti vult Gregorius, ſed etiam indulget eorum executionem iis qui ex animo in Eccleſiæ Catholicæ ſinum redierint. Scribebat vero Gregorius anno prope 170 poſt ſolemnem Neſtorii ab Eccleſia exciſionem: ac proinde loco mox relato loquitur de Clericis qui in hæreſi Neſtoriana expreſſe damnata conſecrati fuiſſent

qui exauctorati ſunt, Epiſcopis, omnis Sacramenti Character penitus deletus eſt, omne Sacerdotii ſemen radicitus emortuum, omnis Ordinis vis prorſus extincta, ſi nihil omnino amplius in iis ineſt, quod eos a Laicis ſecernat, qui fit, ut Laicorum Ordinationes viribus omnibus careant, valeant autem exauctoratorum Epiſcoporum? Cur conſecrati a Laicis iterum ſunt conſecrandi, conſecrati autem ab exauctoratis Epiſcopis nulla amplius egent conſecratione?

§. IX. Quid mihi formulas omnes recinis, quibus in exauctorandis, abdicandis, exterminandis Epiſcopis uſi ſunt antiquorum Conciliorum Patres? (Binghan. Diſſ. 77, Tomo XI, a pag. 185 uſque ad pag. 250.) Hæc ego omnia uno Mucrone reſolvo; ajoque eorum Conciliorum ſententiis Meletianos, Arianos, Macedonianos, Apollinariſtas, Neſtorianos, Eutychianos, Dioſcorianos, Monothelitas fuiſſe quidem omni Sacerdotii honore & jure privatos, at Sacerdotio ipſo mi-

ni-

Idem in Pelagianorum cauſa ſervandum definiit Leo Magnus Epiſt. 86.

Probatur 2 exemplo Monothelitarom, de quibus hæc habet Tharaſius ad calcem primæ actionis, ſeptimæ generalis Synodi. *Tharaſius beatiſſimus Patriarcha dixit: Sane & plurimi qui in ſexta Synodo præſides fuerunt, a Sergio, Pyrrho, Paulo & Petro Doctoribus (inquam) hæreſeos Monothelitarum fuere creati; ſed & hi viciſſim Conſtantinopolitanas Sedes inter Clerum diſtribuerunt, & ab eodem extremo Doctore Petro uſque ad Sextam Synodum anni non pauciores quam quindecim interceſſerunt, qui vere intermediis temporibus fuerunt, Thomas ſcilicet, Joannes, & Conſtantinus ab hæreticis fuere ordinati; Verum ea de cauſa non ſunt reprobati; circiter enim quinquaginta annos hæreſis illa viguit. Et tamen in ſexta Synodo Patres quatuor illos prænominatos tantum damnarunt, cæteros cum ordinibus ſuſceperunt*. Eadem ſeptima Synodus Œcumenica Majorum, ſaltem qui poſt quartum ſæculum floruerant, veſtigiis inhærens, non Monothelitarum tantum, ſed aliorum omnium hæreticorum ordioationes probavit.

Probatur 3 concluſio noſtra ex diſciplina quam Eccleſia in Donatiſtas ſervavit: hiſce vero verbis refertur ab Auguſtino Epiſt. 50. *Hoc erga illos ab initio ſervavit Africa Catholica ex Epiſcoporum ſententia qui in Eccleſia Romana inter Cæcilium & partem Donati judicaverunt, damnatoque quodam uno Donato qui auctor ſchiſmatis fuiſſe manifeſtatus eſt, cæteros correctos, etiamſi extra Eccleſiam Ordinati eſſent, in ſuis ordinibus ſuſcipiendos eſſe cenſuerunt*. Idem aſſerit S. Doctor Epiſt. 162, ubi plurimum commendat Melchiadis Papæ indulgentiam, *Qui Donato ſolo, quem totius mali principem invenerat maxime culpato, ſanitatis recuperandæ optionem liberam cæteris fecit, paratus communicatorias litteras mittere etiam iis quos a Majorino ordinatos eſſe conſtaret: ita ut quibuſcumque locis duo eſſent Epiſcopi quos diſſenſio geminaſſet, eum confirmari vellet, qui fuiſſet ordinatus prior, alteri autem eorum plebs alia regenda provideretur*.

Probatur 4 terminis indefinitis ac generalibus quibus Patres otuntur iis locis ubi meminerunt ordinationum quas hæretici celebraſſent. Gregorius Magnus ad Joannem Ravennæ Epiſcopum ſcribit non magis iterari debere hæreticorum Ordinationem quam datum ab iis Baptiſma. *Illud autem* (inquit) *quod dicitis, ut is qui ordinatus eſt, iterum ordinetur, valde ridiculum eſt, & ab ingenii veſtri conſideratione extraneum... Abſit a Fraternitate veſtra ſic ſapere: Sicut autem baptizatus ſemel iterum baptizari non debet, ita conſecratus ſemel, in eodem ordine iterum non valet conſecrari*. Ex ea ſancti Pontificis ſententia patet, velle eum, ut idem judicium de Ordinatione feratur, ac de Baptiſmo. Ergo cenſuit quod, quemadmodum valet Baptiſma a quocumque & ubicumque, ſecondum ritum a Chriſto inſtitutum confeſatur, valet & Ordinatio a quocumque E-

piſ-

nime ſpoliatos; ramos circumciſos, truncumque ipſum amputatum, ſoloque æquatum dixeris, at fundum relictum, radicem, ſtirpemque minime evulſam. Negas? eoſque omni prorſus Sacerdotio nudatos fuiſse contendis? Palam igitur fac, Ordinationes a Meletio, Neſtorio, Dioſcoro habitas viribus omnibus caruiſse, factoſque ab iis Epiſcopos nova ordinatione indiguiſse. Aut enim oſtendas neceſse eſt, eas Ordinationes prorſus irritas, ac pro infectis habendas, proindeque iterandas fuiſse integrandaſque, aut ſi non prorſus irritæ, infectæque, ab aliquá certe, quæ in illis exauctoratis Epiſcopis adhuc ſupererat, Ordinis vi ac charactere profectas fuiſse fatearis oportet.

§. X. Non me latet, a quibuſdam male feriatis Scriptoribus etiam Catholicis in eam ſententiam itum fuiſſe, ut Meletianorum, Novatianorum, Photianorum, Conſtantini Pſeudopapæ, & Formoſi Papæ Ordinationes & irritas, & iteratas fuiſse defenderent. Verum doctiſſimorum virorum oratione (g) victi ſubactique receptui jam cecinerunt: Et ſi quis etiam nunc eſt,

---

piſcopo ſive intra, ſive extra Eccleſiam celebrata fuerit.

(g) Juen. Diſſ. VIII De Sacram. Ord. Qu. VI, pag. 538. Objicies. Hæc de Novatianis haber octavus Canon prioris Concilii Nicæni. *De his qui ſe nominant Catharos, ideſt, mundos, ſi aliquando venerint ad Eccleſiam Catholicam, placuit ſancto & magno Concilio ut impoſitionem manus accipientes ſic in Clero permaneant.* Per eam vero manuum impoſitionem non poteſt intelligi 1 Sacramentum Pœnitentiæ: nam Canon præſcribit aliquid erga Novatianos quod in cæterorum hæreticorum admiſſione non ſervaretur: at Pœnitentiæ Sacramentum omnibus omnino hæreticis, cum redibant, aut publice, aut privatim impendebatur, ut de Confirmatione agentes oſtendimus. 2 Ea manuum impoſitio non poteſt explicari de impoſitione manuum in Spiritum Sanctum, ſeu de Sacramento Confirmationis, eo quod Orientales (ut erant Patres Nicæni) nuſquam, aut ſaltem raro Confirmationem expreſſerint nomine impoſitionis manuum: uſi ſunt nempe nomine unctionis, per quam admittebat hæreticos qui extra Eccleſiam Catholicam valide baptizati fuiſſent, ut patet ex ſeptimo canone prioris Concilii Conſtantinopolitani, ubi Novatiani expreſſe deſignantur. Supereſt ergo ut ea manuum impoſitio de qua loquitur Synodus Nicæna, intelligatur de nova ordinatione quam Novatiani reciperent in Eccleſia Catholica, antequam in ea aut Epiſcopos aut Presbyteros agerent.

Confirmatur argumentum 1 ex Theophilo Alexandrino Patriarcha, Sancto Hieronymo æquali. Is enim exponens octavum Canonem prioris Concilii Nicæni ſic reſpondet Tom. II Conciliorum Labbæi fol. 1801. *Declaravit mihi tua pietas quod quidam eorum qui ſe Catharos nominant, volunt ad Eccleſiam accedere. Quoniam ergo magna Synodus Nicææ habita ſtatuit ut ordinentur qui accedunt juxta hanc formam, eos qui ad Eccleſiam accedent, ordina: ſi quidem vita eorum recta eſt & nihil eis adverſatur.*

Confirmatur ſecundo ex Epiſtola ejuſdem prioris Concilii Nicæni ad Alexandrinos, quam Tom. II Labbæanæ editionis fol. 250, legere eſt: hæc autem habet de Meletianis: *Illi vero qui ab eo in ſacrum ordinem lecti ſunt, ſimul atque ſanctiore ordinatione confirmati fuerint, ad Communionem poſt hæc admittantur illis quidem honoribus frui, & ſacris muneribus fungi.*

Reſp. 1. Per manuum impoſitionem cujus fit mentio in octavo canone prioris Concilii Nicæni, non intelligi Sacramentum Pœnitentiæ: Siquidem Concilium ritum recenſet, ad quem alii hæretici paſſim non reciperetur in Eccleſiam: At per Pœnitentiæ Sacramentum vel privatim, vel ſolemniter omnes admittebantur, ut ſuo loco ſuperius oſtenſum eſt. Secundo. Non deb[illegible] in-

eſt, qui totam antiquitatem eruit, ut hujuſcemodi Ordinationum iteratatum exempla congerat, næ is ſudans nitendo ſaxum verſat, nec proficit hilum.

§. XI. Cum igitur Sacramenti Chara-

ra-

---

intelligi *Ordinatio*: cur enim celebratas a Novatianis ordinationes rejeciſſet ſacra Synodus quæ admiſit datas ab Arianis qui præcipuum religionis caput impugnabant; cur cum Arianis (quorum ordinationes aliquando iteratas fuiſſe nullo poreſt exemplo demonſtrari) diſpenſaſſent Nicæni Patres potius quam cum Novatianis? Dicendum eſt igitur, per eam manuum impoſitionem de qua Concilium loquitur, intelligi manuum impoſitionem in Spiritum Sanctum, ſeu Sacramentum Confirmationis: quod quidem ideo Novatianis ad unitatem redeuntibus conferebatur, quod (ut agentes de Confirmatione oſtendimus) apud ſuos eo donari non ſolerent.

Nec mox datæ ſolutioni obſtat expoſitio canonis Nicæni, quæ probata eſt ex Theophilo Alexandrino: nec enim Theophilus agit de Clericis Novatianis redeuntibus, ſed de Laicis ad quos ſic extendit privilegium de quo Synodus, ut velit eos Clero adſcribi poſſe ſi alio quam ſchiſmatis crimine non impediantur: *Siquidem* (inquit) *vita eorum recta eſt & nihil eis adverſatur*: Quod tamen canones vetabant circa alios hæreticos, prohibebant nempe ne paucis poſt annis a ſuo in Eccleſiam reditu, Clericatu donarentur.

Non obeſt quoque quod objectum eſt ex Epiſtola Nicæni Concilii ad Alexandrinos. Nam hi termini, *Sanctiore ordinatione*, qua uſi ſunt Patres Nicæni agentes de Clericis quos Meletius conſecrarat, non ſignificant iterationem ordinationis quam Meletiani in ſuo ſchiſmate recepiſſent, ſed novam inſtitutionem, ſeu aliam a legitimis Paſtoribus miſſionem, novam Juriſdictionem ab Epiſcopis Catholicis obtinendam, antequam in Eccleſia Catholica ſuorum ordinum muneribus fungerentur: id nimirum indicant quæ in laudata ad Alexandrinos Epiſtola ſubjunguntur: *Quin etiam nulla poteſtas eis ſit vel deſignandi quos velint, vel omnino quidquam faciendi abſque conſenſu Epiſcoporum Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ qui ſub Alexandro ſunt ſanctiſſimo collega noſtro.*

Objicies. In octava Synodo Œcumenica, Actione decima, Canone V, hocce decretum latum eſt in Photium, qui ejecto ſanctiſſimo Patriarcha Ignatio, Neophytus Sedem Conſtantinopolitanam invaſerat: *Amorem principatus, utpote quamdam malam radicem exortorum in Eccleſiam ſcandalorum, radicitus excindentes, eum qui temere & prævaricatorie ac irregulariter, veluti quidam gravis lupus, in Chriſti ovile inſiliit, Photium ſcilicet, qui mille tumultibus & perturbationibus orbem terræ replevit, juſto decreto damnamus, promulgantes numquam fuiſſe prius aut nunc eſſe Epiſcopum; nec eos qui in aliquo Sacerdotali gradu ab eo conſecrati, vel promoti ſunt, manere in eo ad quod provecti ſunt: inſuper & eos qui ab illo conſuetas orationes ad præpoſituræ promotionem ſuſceperunt, ab hujuſmodi patrocinio coercemus. Sed & Eccleſias, quas, ut putatur, tam Photius, quam ii qui ab ipſo conſecrati ſunt, dedicaverunt, vel ſi commotas menſas ſtabilierunt, rurſus dedicari & inthronizari atque ſtabiliri decernimus; omnibus maxime quæ in ipſo & ab ipſo ad Sacerdotalis gradus acceptionem vel donationem acta ſunt, in interitum ductis.* In eum vero canonem hæc obſervare neceſſe eſt, primo ſacram Synodum clarioribus verbis non potuiſſe exprimere Photium vera ordinatione, etiam quoad ſubſtantiam ſumpta, nuſquam donatum fuiſſe: *Numquam fuiſſe prius aut nunc eſſe Epiſcopum*. Obſervare eſt ſecundo eamdem Synodum alium uſurpaſſe loquendi modum, cum ipſi fuit propoſitum exprimere ordinationem validam, cujus tamen executio illicita eſſet: de iis nimirum Clericis quos S. Ignatius ordinarat, quique Photio pertinaciter adhærebant, hæc ait: *Depoſiti ſunt & omni Sacerdotali operatione privati*. Obſervare eſt tertio, actione III ejuſdem Concilii referri Adriani Papæ Epiſtolam ſanctiſſimo viro Ignatio inſcriptam, in ea autem Epiſtola hæc habentur de Clericis qui ſive dolo, ſive vi, ſive ſponte ierant in Photii partes: *Porro cæteris-*

que

racter, atque Ordinis vis non ex rata in Eccleſiæ miniſterium lectione, uti volunt juniores hæretici, ſed ex ſola conſecratione oriatur, Catholicorum rationibus valde congruere, atque expedire videretur, ſi Pontifex

Ma-

---

qui ex conſecratione fraternitatis tuæ ſunt, & ſive ſponte, ſive vi, ſe ad Photium contulerunt ſub ſatisfactione libelli, cujus exemplar miſſis noſtris commiſimus, ad te remeaverint, quamvis contra profeſſionem, vel ſubſcriptionem ſuam egerint, ac multipliciter adverſus Sacerdotium tuum & in contemptum Sedis Apoſtolicæ exarſerint, eos generaliter in ſuis gradibus confirmantes, ignoſcendum decrevimus. De Photio autem ac de Clericis quos conſecraverat, hæc ibidem leguntur: *Præ omnibus & ſuper omnia Gregorium Syracuſanum, & Photium tyrannum, & quos idem Photius in gradu qualibet ordinaſſe putatus eſt, ab Epiſcoporum numero vel dignitate, quam uſurpative ac ficte dedit, merito ſequeſtrantes*. Hanc autem lati judicii tum a ſe tum a Niculao deceſſore ſuo Adrianus Papa rationem reddit. *Photius vir Forenſis, Curialis, Neophitus, invaſor atque adulter, necnon & anathemati condemnatus exiſtens, nihil habuit quod ſe ſequentibus propinaverit*. Ex iis locis ſic argumentum confici poteſt. Non eſt dubium quin Photius a Gregorio Syracuſano conſecratus ſit ſecundum ritum a Chriſto inſtitutum, ſeu cum impoſitione manuum & oratione qua Spiritus Sanctus invocaretur. Certum eſt quoque quod idem Photius adhibito eodem ritu, quandiu Conſtantinopoli ſedit, & Epiſcopos, & Presbyteros, & Diaconos ordinaverit. Non valuit tamen, etiam quoad ſubſtantiam, ejuſdem Photii conſecratio, cum octava Synodus definiat, *Ipſum putatum fuiſſe quidem Epiſcopum, ſed nuſquam vere fuiſſe; Ipſum nihil habuiſſe ex Gregorii Syracuſani conſecratione*: Non valuit quoque collata a Photio ordinatio, cum definiente ſacra Synodo, ii quos conſecrare *viſus eſt, nihil ab eo acceperint* cum eadem Synodo teſte, *non vere ſed ficte conſecrati ſint, cum omnia, quæ ad Sacerdotalis gradus aut acceptionem aut donationem a Photio acta ſunt*, octava Synodus *in interitum* ducenda eſſe ſanciverit, cum judicarit Eccleſias, quas tum ipſe Photius, tum ii quibus manum impoſuit, conſecrarunt, iterum conſecrari debere. Fingamus id octavæ Synodi Patribus propoſitum fuiſſe; ut declararent irritam eſſe, etiam quoad ſubſtantiam, tum Photii tum Clericorum quos ordinavit, conſecrationem; aliis ſane terminis ab iis quibus uſi ſunt, mentem ſuam exprimere non potuiſſent. Ergo &c.

Reſp. ea quæ objecta ſunt octavæ Synodi verba intelligi debere de juriſdictione, non autem de ordine, quem aut Photius a Gregorio Syracuſano acceperat, aut Clerici Conſtantinopolitani a Photio.

Confirmatur ea reſponſio primo ex eo quod in litteris Adriani Papæ ad S. Ignatium lectis tertia in actione octavæ Synodi Gregorius Syracuſanus, qui Photio manus impoſuerat, ſeu qui ipſum ordinarat, extorris denunciatur *a numero & a dignitate Epiſcoporum*: qua quidem loquendi ratione non ſignificatur Gregorium charactere Epiſcopali ſecundum ſubſtantiam ſumoto fuiſſe ſpoliatum: neque enim (ut fatentur etiam adverſarii) per ſubſequens ſcelus amitti poteſt ordinis character quo quis ſemel inſignitus fuerit, ut revera inſignitus fuerat Gregorius Syracuſanus, antequam Photii partibus adhæreret. Verba igitur ſacræ Synodi hoc unum ſignificant, nempe Gregorium qualibet auctoritate Pontificia ſeu qualibet juriſdictione fuiſſe deſtitutum. Ergo a pari, cum Photius dicitur numquam fuiſſe Epiſcopum, eum nihil habuiſſe, ſenſus eſt eum nulla unquam donatum fuiſſe auctoritate Epiſcopali, nulla potitum fuiſſe juriſdictione Eccleſiaſtica: ac proinde nullum ipſi jus fuiſſe quo Conſtantinopolitanis Clericis manus imponeret, quo Eccleſias conſecraret, obiretque cætera Epiſcopalis gradus officia.

Confirmatur 2 eadem reſponſio ex conditione ſub qua Photius ad communionem tum Catholicam tum Epiſcopalem admiſſus eſt a Joanne Papa VIII, anno 879. Non poſtulavit Romanus ille Pontifex, cui alioquin perſpecta erant acta octavæ generalis Synodi, ut Photius, conſecratique ab eo Presbyteri iterum ordinarentur antequam il-

le

Digitized by Google

Maximus eos Epiſcopos, quorum vicaria opera in ſuæ Eccleſiæ regimine ipſe utitur, quoſque aliis Antiſtitibus ætate grandævis, ſenio confectis, morbo præpeditis adjutores dare ſolet, eos nulli Eccleſiæ in Infide-

---

le Epiſcopalia, iſti vero Sacerdotalia munera obirent. Id quoque non poſtularunt legati Sedis Apoſtolicæ Conſtantinopolim a Joanne VIII miſſi: non exegerunt pariter Patriarchæ, nec alii Epiſcopi Orientales qui ſubſcripſerant octavæ generali Synodo, in qua de Photio dicitur quod numquam vere fuerit Epiſcopus. Nullam aliam conditionem Joannes Papa præſcripſit tum Photio, tum miniſtris quibus manus impoſuerat, quam libelli ſatisfactionem, ſeu, hoc unum Joanni ſatis fuit, ut demonſtrata facti pœnitentia, & Photius & ordinati ab eo Clerici communione tum Catholica tum Eccleſiaſtica donarentur. *Nos itaque* (inquit Joannes Papa VIII in Epiſtola quam ad Baſilium & filios Imperatores reddidit ubi ab Imperatore accepiſſet legationem) *aliis Patriarchis, Alexandrino videlicet & Antiocheno & Jeroſolymitano, atque omnibus Archiepiſcopis, Metropolitis, Epiſcopis & Sacerdotibus, cunctoque Clero Conſtantinopolitanæ Sedis qui de ordinatione beati Methodii & Ignatii Reverendiſſimorum Patriarcharum exiſtunt, una voluntate, parique voto conſentientibus eumdem Photium, ſatisfaciendo, miſericordiam coram Synodo ſecundum conſuetudinem poſtulantem in vera dilectione fratrem, in Pontificali officio comminiſtrum, atque coram Synodo miſericordiam quærendo, in Paſtorali magiſterio conſacerdotem, pro Eccleſiæ Dei pace & utilitate, amodo Chriſto favente, recipimus & habemus.*

Nec alicujus eſt momenti quod adverſarii objiciunt ex loquendi ratione, qua Patres octavæ Synodi uſi ſunt loquentes de Clericis quos S. Methodius & S. Ignatius conſecrarant: *Depoſiti ſunt & omni Sacerdotali operatione privati.* Non enim iis terminis aliud ſignificatur, quam ſuſpenſio & depoſitio tollendæ aliquando, ubi nempe Clericos illos qui Photio adhæſiſſent, facti pœnituiſſet. E contra ideo Clerici quos Photius ordinarat, dicuntur permanere non poſſe in eo Sacerdotii gradu ad quem promoti fuerant, quod nec Nicolaus Papa I, nec Adrianus, vellent indulgere Sacerdotalis aut alterius Clericalis gradus officia, quamvis poſtea reſipiſcerent, præteritique facti illos pœnituiſſet.

Objicies. Plures e veteribus Scholaſticis dubitarunt an valerent ordines quos hæretici, etiam ſecundum debitam materiam, debitamque formam contuliſſent, Petrus Lombardus lib. IV Sent. Diſt. XXV, ea in cauſa dubios fuiſſe ſui ſæculi auctores his verbis tradit. *Solet etiam quæri: Si hæretici ab Eccleſia præciſi & damnati poſſint tradere ſacros ordines: & ſi ab eis ordinati redeuntes ad Eccleſiæ unitatem, debeant reordinari. Hanc quæſtionem perplexam ac pene inſolubilem faciunt Doctorum verba, qui plurimum diſſentire videntur. Videntur enim quidam tradere hæreticos ſacros ordines dare non poſſe, nec illos qui ab eis ordinari videntur, gratiam recipere ... Contra autem alii ſentire videntur quod ab hæreticis etiam præciſis, ſacri Ordines, ſicut & Baptiſmus tradi valeant, nec ab hæreticis redeuntes qui illic ordinati ſunt & baptizati, iterum ordinandi ſunt, ſicut nec baptizandi.* In priorum ſententiam propendet idem Lombardus. In eam pariter abiit Gratianus: nam 1, quæſt. 1, poſt canonem ſeptimum ſic loquitur: *Degradatus Epiſcopus poteſtatem largiendi ſacros Ordines non habet; facultatem tamen baptizandi non amittit.* Poſt canonem 4 clarius ſic mentem aperit ſuam: *Patet ergo illud Auguſtini, Sacramenta videlicet Chriſti per hæreticos miniſtrata ſuo non carere effectu, non de omnibus intelligi generaliter, ſed de Sacramento Baptiſmi.* Duodecimo igitur ſæculo quo auctores illi ſcribebant, ferebat traditio irritos eſſe, etiam quoad ſubſtantiam, ordines quos hæretici ab Eccleſia nominatim præciſi contuliſſent.

Reſp. antiquos quoſdam Scholaſticos in eam quidem, quæ objicitur, opinionem propendiſſe; ſed eorum pace dixerim illos eo in capite præcedentis traditionis mentem non fuiſſe aſſecutos. Unde qui eos proxime ſubſe-

Digitized by Google

delium partibus ſitæ aſcriberet, ſed omnis tituli expertes, omniſque Diœceſis exortes conſecraret. Ita adverſus Novatores ſolemne, atque perenne

ſecuti ſunt alii primi nominis Scholaſtici, S. Thomas, S. Bonaventura, Scotus, cæterique omnes ad unum, docuere ordines quoad ſubſtantiam valere, ubicumque & a quocumque ſecundum ritum a Chriſto inſtitutum collati fuerint. Quod autem & Lombardus & Gratianus a veteribus receſſerint ex eo colligitur, quod ubi Patres contra Cyprianum, Novatianos, Donatiſtas, alioſque rebaptizantes argumentati ſunt, iis uſi ſint principiis quæ (ut agentes de miniſtro Baptiſmatis diximus) non pro Baptiſmate tantum valent, ſed etiam pro aliis omnibus Sacramentis quæ ad ſui collationem, juriſdictionem in conferente non prærequirunt. Præterea antiqui Patres (ut videre eſt in Auguſtino contra Donatiſtas agente) conceptis terminis aſſeruerunt valere Ordinationem & Euchariſtiam licet extra Eccleſiam ab hæreticis confectæ fuerint. S. Doctoris, aliorumque veterum loca hujuſce capitis initio deſcripta ſunt: ad ea haud dubie non attenderat Gratianus, cum hæc ſcripſit: *Patet ergo, illud Auguſtini, Sacramenta videlicet Chriſti per hæreticos miniſtrata ſuo non carere effectu, non de omnibus intelligi generaliter, ſed de Sacramento Baptiſmi.*

Objicies. Stephanus Papa IV in Concilio quod anno 669 Romæ habitum eſt, cui præ cæteris aderant duodecim Epiſcopi Galli, irritam ac nullam declaravit ordinationem Conſtantini, qui fratrum divitiis & viribus fretus, poſt Pauli Papæ I mortem Romanam Sedem invaſerat: igni quoque tradidit acta Synodi quæ illius conſecrationem probaverat. *Tunc* (inquit Anaſtaſius Bibliothecarius) *combuſtis omnibus ejus actionum geſtis, ſimul & Concilium illud quod in ſcriptis de ejus quaſi confirmatione editum fuerat, combuſſere in medio Presbyterii ipſius Eccleſiæ.* Declaravit rurſus idem Stephanus in mox laudato Concilio, Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos quos Conſtantinus conſecraſſet eo anno, quo Romæ ſedit, eo tantum honoris gradu frui debere quo ante ſuam a Conſtantino ordinationem potiebantur: *De Epiſcopis vero atque Presbyteris & Diaconibus quos ipſe Conſtantinus conſecraverat* (verba ſunt Anaſtaſii) *ita in eodem Concilio promulgatum eſt, ut qui Epiſcopi ex Presbyteris ſive Diaconibus ab eo ordinati fuerant, in priſtinum honoris ſui gradum reverterentur.* Ne quis vero decretum illud non de ipſa ordinis a Conſtantino recepti ſubſtantia, ſed de honore qui ordinem illum ſubſequi ſolet, interpretetur, obſtant, quæ addit idem Anaſtaſius, ſancitum nimirum fuiſſe ut iterata a populis Epiſcoporum electione, iteraretur & conſecratio. *Etſi* (inquit) *placabile fuiſſet omni populo civitatis ſuæ, denuo facto decreto electionis more ſolito, cum Clero & plebe ad Apoſtolicam veniſſent ſedem, ab eodem ſanctiſſimo Stephano Papa benedictionis ſuſciperent conſecrationem*: Quod quidem poſtea fuiſſe peractum laudatus auctor his verbis enarrat: *Illico Epiſcopi illi qui ab eodem Conſtantino ordinati ſunt, revertentes juxta ejuſdem Pontificis ſententiam in priſtinos honoris gradus, electi denuo a Clero, & plebe cum ſolito decreto ad Sedem Apoſtolicam properantes ab eodem SS. Papa conſecrati ſunt.* Eam Concilii in Epiſcopos indulgentiam Stephanus detractavit extendere ad Preſbyteros, Diaconos, cæteroſque Clericos quos Coſtantinus ordinarat: ſancivit nempe ut remanerent in gradu in quo ſtabant ante receptam a Conſtantino impoſitionem manuum: *Ipſe vero antefatus beatiſſimus Stephanus Papa coram omni Sacerdotali collegio clara voce clamavit dicens, Nullo modo ſe mittere aut penitus declinare in eorumdem Presbyterorum & Diaconorum conſecrationem. De Laicis vero qui ab eodem Conſtantino Presbyteri & Diaconi conſecrati ſunt, ita promulgatum eſt ut in religioſo habitu cunctis diebus eorum vitæ, ſive in propriis domibus, vel ubi fuiſſent, permanere deberent.* Stephani votis annuiſſe Concilium ſcribit idem Anaſtaſius. *Presbyteri* (inquit) *& Diaconi illi uſque ad mortem Pontificis ſic remanentes, numquam ſunt ab eo conſecrati.* Addit idem Auctor, uno excepto Baptiſmate, & Chriſmate ſancto, irrita ac nulla declarata fuiſſe Sacramenta quæ Conſtantinus confice-

Jus Epiſcopale. L re

ne extaret monumentum, Epiſcopos eſſe poſſe abſque Diœceſi, *Epiſcopatum unum eſſe, cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur*, (S. Cyprian. de Unit.

re tentaſſet: *Ita enim in eodem Concilio ſtatutum eſt: ut omnia quæ idem Conſtantinus in Eccleſiaſticis Sacramentis, ac divino cultu egit, iterari debuiſſent, præter ſacrum Baptiſma ac ſanctum Chriſma.* Ex iis quæ hucuſque dicta ſunt ſic argumentantur adverſarii: Certum eſt Ordinationes Conſtantini peractas fuiſſe in Eccleſia Catholica: neque enim Conſtantinus laborabat hæreſi, nec ab hæreticis conſecratus fuerat: Illi nempe manus impoſuerant Epiſcopi Præneſtinus, Albanenſis & Portuenſis: Id unum ipſi verſum eſt crimini quod non ſervatis quæ canones præſcripſerant, temporum interſtitiis, quod armis & fratrum anctoritate fretus, inauguratus fuiſſet Romanus Epiſcopus: quippe quod nihil aliud ipſi objectum ſit in Concilio ad quod a Stephano vocatus fuit. *Præſidente eodem beatiſſimo Stephano Papa, conſidentibus etiam pariter cum eo iiſdem omnibus Epiſcopis.* (verba ſunt Anaſtaſii) *deductus eſt Conſtantinus Apoſtolicæ ſedis invaſor, jam excæcatus oculis* (*a militibus nempe qui eum detruſerant in carcerem*). *Et ſubtiliter exquiſitus eſt, cur præſumpſiſſet, Apoſtolicam ſedem laicus exiſtens invadere, & talem iniquæ novitatis errorem perpetrare?* Certum eſt iterum quod licet Conſtantinus Catholicus eſſet, licet ſecundum receptum in Eccleſia ritum ſacros contuliſſet Ordines, irriti tamen habiti ſint ac iterati a Stephano Papa, quod contra canones ſeu ab Epiſcopo contra regulas conſecrato celebrati fuiſſent. Perſuaſum igitur fuit tum Stephano Papæ IV, tum Epiſcopis qui Concilio aderant a quo Conſtantinus damnatus eſt, irritas eſſe, ac proinde characterem non imprimere Ordinationes, quæ eo ſæculo in Eccleſia quidem, ſed contra canones tentatæ fuiſſent.

Reſpondet his verbis Baronius ad annum 769: *At quod ad Epiſcopos ſpectat, ne eos exiſtimes iterum conſecratos, ſed accepiſſe dumtaxat, more majorum, benedictionis myſterium, quod auctor nominat benedictionis Sacramentum*, ſeu ritum qui in reconciliatione tum Hæreticorum, tum Schiſmaticorum, tum eorum qui fuiſſent inique dejecti, adhiberi ſoleret: is autem ritus (una excepta manuum impoſitione) cuncta complectebatur quæ in Ordinum collatione ſervabantur, ut videre eſt in quarto Concilio Toletano quod anno 633 habitum eſt: *Epiſcopus*, (inquit Can. 28.) *Presbyter, aut Diaconus, ſi a gradu ſuo injuſte dejectus, in ſecunda Synodo innocens reperiatur, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altario de manu Epiſcopi, Orarium, Annulum & Baculum. Si Presbyter, Orarium & Planetam: Si Diaconus, Orarium & Albam: Si Subdiaconus, Patenam, & Calicem: ſic & reliqui gradus ea in reparationem ſui recipiant, quæ cum ordinarentur, perceperunt.*

Objicies. Factum Stephani Papæ VII in Formoſum Papam demonſtrare videtur nono ſæculo irritas, etiam quoad ſubſtantiam, habitas fuiſſe ordinationes quæ contra canones aut datæ, aut receptæ fuiſſent. Formoſus ex Epiſcopatu Portuenſi anno 891 ad Epiſcopatum Romanum convolarat; multoſque Romæ ſedens conſecraverat Eccleſiæ miniſtros. Illi mortuo ſucceſſit Stephanus VII, vel ut vulgo dicitur VI. Is anno 897, quo Pontificatum adeptus eſt, exhumatum Formoſi corpus, abſciſſis tribus digitis quibus populo ſolitus erat benedicere, in Tyberim projici juſſit, declaravitque cum Synodo cui præerat, irritas eſſe quas celebrarat, ordinationes, non quoad effectum tantum, ſed etiam quoad ſubſtantiam; unde conſecratos a Formoſo ipſe iterum conſecravit. *Formoſum* (inquit Luitprandus Stephano coætaneus ſcriptor) *e ſepulchro extrahere, atque, in Sedem Romani Pontificatus Sacerdotalibus indumentis indutum collocare præcepit..... Digitiſque mox abſciſſis, quibus benedicere moris eſt, in Tyberim jactare præcipit, cunctoſque quos ipſe ordinaverat, gradu proprio depoſitos iterum ordinavit.* Atqui ſic ſe Stephanus geſſit quod crederet Formoſum ſedem, Canonibus Epiſcoporum tranſlationes vetantibus, mutaſſe: unde eum extractum e tumulo, vocatum ad judicium, multis Epiſcopis præſentibus ſic allocutus eſt: *Cum Portuenſis eſſes Epiſcopus, cur ambitionis ſpiritu Romanam univerſalem*

Se-

Unit. Eccleſiæ) ad hujuſce Epiſcopatus Univerſitatem, etiam ſine partium diſtributione, Epiſcopos poſſe inaugurari, totque harum Catholicarum doctrinarum teſtes eſſent, quot ſine titulo Epiſcopi. Neque vero is ego ſum, qui morem creandorum Epiſcoporum ad titulum earum Eccleſiarum, quæ teterrima Barbarorum illuvie obrutæ jamdiu decubuerant, velim, aut auſim improbare. Quiſnam hoc tam præclarum non approbet, ac magnopere laudet inſtitutum, quod & memoriam earum nobiliſſimarum, & Apoſtolicarum Eccleſiarum renovat, & ſtudium earum ad priſtinam for-

---

Sedem uſurpaſti? Ratum igitur fuit Stephano & Epiſcopis illi adhærentibus irritas eſſe, etiam quoad ſubſtantiam, ordinationes, quæ contra canones tentatæ fuiſſent.

Reſpondent nonnulli Stephanum eo ſenſu iterum ordinaſſe conſecratos a Formoſo, quod poſt depoſitionis ſententiam eos priſtinis gradibus reſtituerit cum eo ferme ritu qui in ipſa ordinatione adhiberi ſoleret. Verum 1 Luitprandus & Auxilius qui tunc ſcribebant, ritum illum appellarunt iteratam ordinationem. 2 Iteratio rituum ex quibus Sacramentum eſſentialiter conſtat, ſeu applicatio formæ ſupra materiam, eſt ipſiuſmet Sacramenti, etiam quoad ſubſtantiam, iteratio: eo nimirum argumento utimur quo probemus Donatiſtas olim iterum baptizaſſe baptizatos a Catholicis. 3 Stephani decretum in Formoſum Papam celebrataſque ab ipſo ordinationes, orbis Epiſcopos inter ſe commiſit: affirmabant nonnulli eas valere etiamſi Formoſus contra Canones in Sedem Romanam convolaſſet: unde qui ab eo conſecrati fuerant, proteſtabantur ſe nolle alteri, ut tamen Stephanus edixerat, conſecrationi ſubjicere. *Aſſeris* (inquit Auxilius ad Leonem Nolanum Epiſcopum ſcribens) *te violentius pati oppreſſiones, ut Epiſcopale Sacerdotium quod olim a Papa Formoſo ſuſcepiſti, quaſi nihil ſit, irritum faciat.* Negabant vero cæteri Epiſcopi valere ordinationes hujuſmodi: unde ordinatis a Formoſo auctores erant, ut alteri ordinationi ſe ſe ſubjicerent. Confirmatur ex eo quod dubium apud peritos illos Epiſcopos eſſe non poſſet, quin illicitum eſſet exercitium Ordinis quem Clericus recepiſſet ab Epiſcopo quem Concilium contra canones promotum declaraſſet. Confirmatur iterum ex eo quod Auxilius in laudata ad Leonem Epiſtola quæſtionis ſtatum iis terminis proponat qui probent actum tunc fuiſſe de Ordinis ſubſtantia, non autem de licito illius exercitio: *Quod Ordinatio* (inquit) *quam Papa Formoſus fecit, rata & legitima oſtendatur, etiamſi ipſe Formoſus (ut ajunt) non recte fuerit ordinatus.*

Reſpondet Baronius ad annum Chriſti 897, iniquum fuiſſe Stephanum quod ea tentarit quæ objiciuntur ab adverſariis. *Ita* (inquit laudatus auctor) *furore percitus homo non quod jure liceret, ſed quod exæſtuans rabies ſuaſit, implevit; non enim fuit error in fide, ſed violenta tyrannis in facto.* Sigebertus in chronico refert Stephanum Adelberti Tuſciæ Marchionis factionibus intruſum fuiſſe, & aperta vi invaſiſſe Romanam Sedem. Mirum igitur non eſt quod male parta auctoritate peſſime uſus, contra Eccleſiæ praxim novas ordinationes ſuperinduxerit vir ira furoreque percitus in Formoſum, cujus Adelbertus infenſiſſimus hoſtis extiterat.

Confirmatur Baronii reſponſio 1 ex Auxilio & Luitprando, qui teſtantur viros omnes frugi ita exhorruiſſe decretas a Stephano reordinationes, ut noluerint ſe ſe iteratæ manuum impoſitioni ſubjicere, quamvis id a præfato Stephano ſub depoſitionis, immo & excommunicationis pœna juberetur. 2 Scribit Luitprandus, facinus de quo agitur, & iniquum, de quo eſt quæſtio, decretum, ægre tuliſſe eos qui aderant: *Reclamantibus qui aderant.* 3 Joannes Papa IX, coacto Ravennæ 74 Epiſcoporum Concilio, anno 904, reſcidit quæ tum in Formoſum Papam, tum in Clericos ab eo ordinatos Romæ acta fuerant ſub Stephano. Capite VII hæc ſancita ſunt: *Epiſcopos, ſeu Presbyteros, atque Diaconos, nec non Subdiaconos, cæteroſque alterius ordinis ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, qui ab eodem venerando*

fortunam, dignitatemque revocandarum in Chriſtianorum animis exſuſcitat? Creentur ſane, atque utinam quamplures ad earum Eccleſiarum titulum crearentur Epiſcopi, ſed ii creentur, qui ad illas Infidelium terras Cœleſti lumine colluſtrandas mittendi ſunt; nec interim nobis alii deſint Epiſcopi ad nullius certæ Eccleſiæ titulum ordinati, qui ſuo facto ipſo teſtentur, Epiſcopalem Ordinem, & Diœceſanam dignitatem, licet ambæ in unas eaſdemque perſonas confluxerint, tamen non eſſe unam, eamdemque rem, ſed ſeparatim ſingulas & ſteтiſſe olim, (Vid. ſup. §. 5, & 6.) & ſtare nunc etiam poſſe. (*h*)

QU. II.

Papa Formoſo canonice conſecrati, pro quorumdam libitu temere dejecti ſunt, in proprios ordines & gradu communi ſanctæ Synodi conſultu reducimus, perpetuoque robore ac canonica cenſura ſtabilitos, Deo auctore decernimus. Capite VIII hæc habentur, quæ ſupponunt Stephanum alias revera quoad ſubſtantiam ordinationes decreviſſe: *Reordinationes, ſeu rebaptizationes & ſedium mutationes Sancti Patres in Africano Concilio congregati omnimode interdixerunt: quos ſecuti & nos interdicimus, &c.* Qui Romano Concilio quod ſub Stephano habitum eſt, adſuerant, Ravennæ confeſſi ſunt, ſe peccaſſe graviter, quod iniquis Stephani decretis reluctati non fuiſſent: *Epiſcopi & Presbyteri & reliquus Clerus qui eidem Synodo interfuerint,* (verba ſunt quæ in Concilii ſub Joanne habiti actis capite quinto leguntur) *quia ipſi veniam petentes, coacti ſe terroris metu ac formidine interfuiſſe confeſſi ſunt: prece ſanctæ Synodi eis indulſimus.*

Conſule Ludovicum Du Meſnil Tom. III Doctrinæ & Diſciplinæ Eccl. lib. 42, §. 1, Honoratum Tournely quæſt. 5, de Sacram. Ordinis, art. 1, Natalem Alexand. in Hiſt. Eccl. ſæc. IX, & X, cap. 1, art. 14.

(h) Fra Paolo lib. VIII del Concil. di Trent. Un Veſcovo Spagnolo. nel Concilio di Trento diſſe, che il Veſcovato ricerca una Dioceſi, e che il Veſcovo, e la Chieſa ſono correlativi, come il Marito, e la Moglie in maniera, che l' uno non può ſtar ſenza l'altro: che di queſta ordinazione non ſi vedeva pure un veſtigio in tutta l'Antichità, in cui i Veſcovi, che abbandonavano i loro Veſcovati, o che n'erano privati, non erano più conſiderati per tali; in quella guiſa appunto, che un Uomo, al quale ſia morta la Moglie, più non viene conſiderato per Marito. Replicò un Veſcovo Italiano, che i Veſcovi titolari, avendo ſolamente la podeſtà dell'Ordine, non era neceſſario che aveſsero una Chieſa: che ſe una volta non ſi ordinava alcun Veſcovo, ſenza aſsegnargliene una, ciò derivava, perchè non ſi ordinavano nè Preti, nè Diaconi ſenza titolo: che poſcia era ſtato riconoſciuto eſser coſa importante al ſervizio di Dio, che vi foſsero Preti ſenza titolo, ed in conſeguenza Veſcovi ſenza Dioceſi.

Digitized by Google

QU. II.

Alterum Epiſcopale jus quodnam eſt?

Sacerdotii dandi poteſtas eſt ne mera veraque Epiſcopalis?

§. I. CUM Ordinis Epiſcopalis character non ſit inanis verborum ſonitus, nec res ſine viribus, uti a nobis demonſtratum eſt, ſequitur ut videamus, quæ vis ac poteſtas cum hoc charactere colligata ſint atque cohæreant. Ac ne Diœceſani noſmet ex manu conſertos vocare poſſint, quod in eorum poſſeſſiones temere irruamus, Diœceſani perſonam, ſi qua noſtro Epiſcopo inſidet, ab eo ſegregemus, unamque Epiſcopalem excutiamus, quamque major ſit Diaconali ac Presbyterali, intueamur.

§. II. Si Diaconorum eſt hoſtias præbere ad Sacrificium, Presbyterorum Sacrificium facere, hoc amplius habent Epiſcopi, ut Diaconos, Presbyteros, Epiſcopoſque ipſos creare poſſint. Sacrorum igitur Miniſtrorum pariendorum poteſtas eſt illa, quæ Epiſcopum a cæteris omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus ſecernit, quæque illius adeo eſt propria, ut nullius alii poſſit eſſe communis. Hinc qui ab aliis, quam ab Epiſcopis Sacerdotio initiantur, perinde eſt, ac ſi initiati non fuiſſent. *Unde nobis* (præclare Concilii Alexandrini Patres in Ep. Synodica apud Athanaſium Apol. 3, pag. 134, Edit. Pariſ. Montfauc.) *Presbyter Iſchiras? a quo ordinatus? utrum a Colluthо? Hoc etiam reſtat. Atque Colluthus Presbyter cum eſſet, periit, & omnis ab illo facta manuum impoſitio eſt irrita; & omnes, qui per ipſum in ſchiſmate ordinati ſunt, laici facti ſunt, & ſic congregantur. Manifeſtum hoc eſt, & nemini dubium eſt.* Cum Alexandrinis Patribus concinunt Clerici Mareotici in relat. ad Curioſum, & Philagrium Præfect. Ægypti apud Athanaſium ibid. n. 75, p. 193. *Iſchyra dicente ſe ipſum Presbyterum qui non eſt Presbyter. A Colluthо enim Presbytero ordinatus eſt, & conſequenter omnes, qui a Colluthо ordinati fuerant, in eumdem locum redierunt, in quo & prius erant, quemadmodum & Iſchyras ipſe Laicus appellat.* Hanc eamdem ſententiam prætetulerunt Chryſoſtomus Hom. XI in Epiſt. ad Timot. 2, cap. 3, Tom. XI Opp. p. 604, edit. Pariſ. Monach. S. Mauri, ubi ait: *Impoſitione manuum ſuperiores erant Epiſcopi, & hoc uno videntur antecellere Presbyteris.* Et Hieronymus Ep. 101, atque 61, ad Evagrium, ubi inquit: *Quid enim facit excepta ordinatione Epiſcopus, quod Presbyter non faciat?* Damaſus in Ep. 3: *Vacuum eſt, & inane, quidquid ii* (Presbyteri) *in prædicto Sacerdotii ſummi egerunt miniſterio.* Concilium Antiochenum cap. 10, & Ancyranum can. 12, Epiphanius Hær. 75, Theodoretus, Theophylactus, & Œcumeni-

nius in 3 & 4 cap. I ad Timoth. denique S. Leo Ep. 88, hæc eadem docent, atque univerſa totius Eccleſiæ conſuetudo. Quandonam auditum eſt a Presbyteris aut Epiſcopos aut Presbyteros unquam fuiſſe ordinatos? Vid. ſup. Part. I, Qu. IV. (a)

§. III. Quamquam vero Epiſcopi una

(a) Bingham. O. E. Lib. II, cap. III, §. 7. Rationes quas hìc nonnulli urgeot in contrarium, huic noſtræ obſervationi oon derogant. Licet enim dicant, *Corepiſcopos* fuiſſe tantum presbyteros, & nihilo ſecius poteſtatem habuiſſe ordinandi: in hac certe opinione longe falluntut. Omnes enim *Chorepiſcopi* in veteri Eccleſia revera Epiſcopi erant, etiamſi aliis Epiſcopis ſubordinati; quemadmodum ſpecialirer demonſtrabo, ubi de eorum ordine loquuturus ſum.

Objicitur, Presbyteros civitatis, Epiſcopo quidem permittente, habuiſſe ordinandi poteſtatem; & hoc canone quodam in Concilio *Ancyrano* fuiſſe ſtabilitum. At vero hoc valde ambiguo ſenſu, ſi non corrupta lectione, iſtius canonis fundatur. Omnes enim antiqui interpretes alia prorſus ratione eum explicant, nimirum Presbyteros civitatis nihil ſine permiſſu & mandaro Epiſcopi in ulla parochiæ ſive Diœceſeos parte, quæ ad ejus juriſdictionem ſpectet, agere oportere. Quod cum eo coogruit, quod antea ex Concillo *Laodiceno* & diverſis aliis canonibus adlegavi, qui Presbyteros in ordinario functionis ſuæ exercitio ab Epiſcopis ſuis dependere ſtatuunt. (Vide ſis ſupra hujus capitis §. II.) Et græca quædam exemplaria id legunt, *ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ*, quod indicare videntur, quod Presbyteri in alia quadam Diœceſi ſacris operari, ſine ſui ipſorum Epiſcopi litteris dimiſſoriis, non debeant.

Porro urgetur, quod *Novatus* Presbyter *Carthaginenſis* ordinarit *Feliciſſimum* diaconum. Enim vero hoc nihil amplius videtur dicere, quam qood procutarit, ut ab Epiſcopo quodam ordinatus ſit. Cyprianus enim dicit, eum eodem modo *Novatianum* Epiſcopum *Romæ* feciſſe, quo *Feliciſſimum* Diaconum *Carthagine* fecerit. Jam vero certum eſt, illum non ordinaſſe *Novatianum*, ſed tantum effeciſſe, ut a tribus obſcuris *Italiæ* Epiſcopis ordinaretur. Et hoc ſenſu *Feliciſſimum* eriam ordinare potuit. Fac autem, aliter rem ſeſe habere, ſchiſmatici tantum erat actio, a *Cypriano*, & univerſa Eccleſia improbata.

Ex Joanne Caſſiaoo objicitur, *Paphnutium* Abbatem *Ægyptium* ordioaſſe quemdam *Danielem* Presbyterum. Quod ſi autem verba Caſſiani recte conſideraveris, non illud, ſed hoc tantum velle animadvertes, quod *Paphnutius* eo rem primum deduxerit, ut Diaconus factus ſit ante, quam multi alii ipſo quidem ſeniores, & quod cogitans ipſum ſibi ſucceſſorem conſtituere, ad Presbyterii etiam honorem provexerit. Quæ ad hoc munus promotio Epiſcopi ordinationem minime excludit. Scite quidem inde colligi poteſt, ab Abbate eum fuiſſe electum, quod pœnes ipſum ſteterit; at de ordinatione ab ipſo peracta noo æque commode intelligi poterit; quandoquidem id com legibus & praxi Eccleſiæ pugnabat. In primis ſi conſideremus, ubi & quando *Paphnutius* vixerit, nimirom in media *Ægypto* inter vel centum Epiſcopos, & quidem ſæculo quinto, probabile non eſt, eum in re tam plana canones Eccleſiæ migrare voluiſſe. Quare erudito cuidam viro adſentire non poſſum, qui nihil dicit eſſe planius, nihil evidentius, quam quod hic Presbyter Presbyterum ordinarit, quod non legamus a *Theophilo*, tunc temporis Epiſcopo Alexandriæ, vel ullo alio ejus ætatis irritum fuiſſe pronunciatum. Ego vero exiſtimo, de contrario ipſis potius conſtitiſſe, adeoque rationes defuiſſe, quamobrem id irritum declararent, quod iſtam ordinationem juſto ac legitimo modo factam eſſe ſcirent.

Unum tantum adhuc ex antiquis hiſtoriæ Eccleſiæ monumentis (quæ enim hodie objici ſolent, nihil moror) ſuccurrit, quod pro ordinatione Presbyterorum quodammodo videtur militare. Et huic ſatis eſt factum in reſponſo, quod *Leo* Papa dedit quæſtioni, quam ei *Ruſticus Narbonenſis* propoſuerat: An videlicet certorum hominom ordinatio, qui a quibusdam *Pſeudo-Epiſcopis*, munus ſuum haud legitime & canonico jure auſpica-

Digitized by Google

una cum Epiſcopali Charactere ordinandi poteſtatem divinitus accipiant, eam tamen habent tamquam incluſam in vagina, donec ejus uſuram ab Eccleſia obtineant. (Vid. infra Part. III, Qu. XI.) Apoſtoli licet ab ipſis Chriſti manibus Epiſcopalem poteſtatem tenuerint, tamen hac poteſtate uſi numquam fuerunt, niſi ubi ab Eccleſia juſſi ſunt. Hinc quamdiu Hieroſolymis ſimul una deſederunt, ſinguli ſingulis vicibus ab Univerſitatis, ejuſque Principis Petri nutu pependerunt. Cum vero in longinquas Regiones profecturi eſſent, nec amplius ſinguli ſingulis vicibus ſingula mandata ab Univerſitate poſſent recipere, quod ſæpius faciendum fuerat, ſemel factum fuit, ſingulique Apoſtoli cum perpetuis mandatis ab Apoſtolorum cœtu, ſeu ab Eccleſia longe lateque miſſi fuerunt. (Vid. ſup. Lib. II, Qu. XII.) Quod de Apoſtolis, id etiam de eorum Succeſſoribus Epiſcopis dicendum eſt. Etſi enim in Conſecratione Ordinis poteſtatem ab ipſo Chriſto cœlitus accipiant, tamen hujuſce poteſtatis exercendæ libertatem ab Eccleſia expectent neceſſe eſt, quam tum concedit, cum vel alicui Diœceſi eos alligat, vel aliud Epiſcopale munus obeundum eis tradit. Nec formula illa, qua quis alicui Diœceſi datur Epiſcopus, aliud eſt, quam conceſſio, ut is ea in Diœceſi poteſtatem ſibi divinitus traditam exercere poſſit.

§. IV. Nimium ſane ineptæ ſunt eæ voces, quæ paſſim a Decretaliſtis jactari ſolent, (*b*) nimirum Epiſcopos ſua-

catis, miniſterio eccleſiaſtico initiati erant, poſſet rata haberi? Cui ille reſpondit: Si iſta eorum ordinatio cum legitimorum Epiſcoporum iſtarum Eccleſiarum conſenſu facta eſſet; validam & ratam haberi eam poſſe; alioquin irritam eſſe declarandam. Sed hic notandum eſt, hos *Pſeudo-Epiſcopos* certo ſenſu fuiſſe Epiſcopos, utpote ad munus ſuum, etſi illegitimo modo, ordinatos. In aliorum enim locum tamquam ſchiſmatici ſeſe inſinuaſſe, aut ſaltem corruptis & iniquis viis munera ſua auſpicati eſſe videntur. Jam vero ejuſmodi Epiſcoporum actus non ſemper reſcindere aut abolere ſolebat Eccleſia, ſed libertate ſua utens ordinationes eorum vel irritas declarabat, vel etiam confirmabat & habebat ratas, prout ferebat occaſio. Hinc quamvis Concilium generale *Conſtantinopolitanum* eos omnes de officio dejiceret, quotquot a Maximo, qui in Gregorii Nazianzeni locum *Conſtantinopoli* ſeſe ipſe largitione intruſerat, eſſent Eccleſiæ miniſterio conſecrati; tamen Clerici *Novatiani* a Concilio *Niceno* admittebantur, ut ut ab Epiſcopo *Schiſmatico* ordinati; & Concilia *Africana* ordinationes Epiſcoporum *Donatiſtarum* approbabant, etiamſi diu in ſchiſmate perſtitiſſent, & alios itidem ſchiſmaticos ordinaſſent. Unde liquet, Eccleſiam primitivam diſcrimen aliquod adhibuiſſe inter ordines ab Epiſcopis ſchiſmaticis collatos, & inter eos, quos meri Presbyteri contulerant. Ego jam non inquiro in hujus rei fundamentum & cauſſas, ſed praxim & conſuetudinem tantum commemoro Eccleſiarum. Ex iis igitur, quæ de tota hac materia diximus, apparet, ſecundam differentiam Epiſcopos inter & Presbyteros in hoc conſtitiſſe, ut illi quidem ordinandi habuerint poteſtatem, hi autem nec poteſtatem, nec mandatum id faciendi umquam acceperint.

(b) Van-Eſpen J. E. U. Part. I, tit. XV, cap. 4, §. 5, pag. 113, edit. Lovan. 1732. De vinculo quaſi matrimoniali inter Eccleſiam, & Epiſcopum loquuntur Epiſtolæ Decretales ſub nomine Calixti, & Evariſti Pontificum, quarum fragmenta extant apud Gratian. *cauſa 7*, Qu. I, Can. II, & 39. Et quidem in Decretali Calixti in citato Can. 39 legitur: „ Apoſtolus ait: „ *Alligata eſt uxor legi quandiu vir ejus* „ *vivit, eo vero defuncto ſoluta eſt a lege* „ *viri: ſimiliter, & ſponſa Epiſcopi* (quia „ ſpon-

ſuarum Eccleſiarum eſſe maritos, Eccleſias ſuorum Epiſcoporum eſſe uxores, quaſi vero Univerſa Chriſti Eccleſia non eſſet una omnium ſponſa, ſed tot Sponſæ quot Eccleſiæ. Quæ ſane voces mirum quas præpoſteras opiniones in hominum animis genuerunt, quot ſchiſmata pepererunt, plura etiam pariturae, niſi Chriſtiani doceantur, unam tantum ſub Sole eſſe Chriſti Eccleſiam, atque unum tantum Epiſcopatum; nihilque omnino intereſſe inter Epiſcopum cum Diœceſi, & Epiſcopum ſine Diœceſi, niſi quod illi facta ſit conceſſio ſuæ poteſtatis exercendæ in loco fixo, ac terminis definito, huic autem, ubi Eccleſiæ juſſerit neceſſitas & utilitas.

QU.

„ ſponſa uxorque ejus dicitur Eccleſia) illo „ vivente ei eſt alligata, eo vero defuncto „ ſoluta eſt, & cui voluerit nubat, tantum „ in Domino, id eſt regulariter: ſi enim „ eo vivente alteri nupſerit, adultera judicabitor: ſimiliter & ille, ſi alteram ſponte „ duxerit, adulter exiſtimabitur, & com„ munione privabitur". Quin pœne a temporibus Apoſtolorom ſinguli Epiſcopi ſingulis Eccleſiis particularibus fuerint præpoſiti & alligati, dubitari nequit, ſed eum eſſe vinculi nexum, quo Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ vinculatur, ſive alligator, qualis eſt nexus matrimonialis inter ipſos conjuges, nequaquam apud antiquos legitur.

Unde, vel ex hoc capite hæ Epiſtolæ merito ſuppoſititiæ habentur, quantumvis plurimis aliis titulis uti apocryphæ, & his Pontificibus falſo adſcriptæ ab eruditis jampridem fuerint repudiatæ, atque inter alios monet Philippus Labbæus in nota marginali ad Epiſtolam Calixti I. „ Antonius Auguſtinus „ Archiepiſcopus Tarraconenſis, Dial. 4, lib. „ 2, de Emendatione Gratiani," teſtatur Ca„ lixti Epiſtolas rejectas fuiſſe a ſelectis vi„ ris qui Romæ operam navarunt Gratiano „ corrigendo; idem ſentiunt viri eruditi, & „ res ipſa clamat". Non minus fortiter vinculum inter Eccleſiam & Epiſcopum, comparatione facta ad vinculum carnalis matrimonii, expreſſum eſt in fragmento Epiſtolæ Decretalis Evariſti Papæ in citato Can. 39, & integra cum alia Epiſtola ejuſdem Pontificis extat Tom. I Conc. Generalium, atque priori harum hanc notam poſuit Labbæus: *Suppoſititia Antonio Cointio, aliiſque eruditis Catholicis*.

Interim non dubium quin hæ Epiſtolæ Decretales, præſertim poſtquam eas Gratianus in ſuum Decretum tranſtulit, occaſionem dederint, vinculum illud, quod intercedit inter Epiſcopum & Eccleſiam, coæquandi vinculo matrimonii inter conjuges intercedenti, prout in Decretalibus ſequentium Pontificum, ac notanter Innocentii III, hæc coæquatio ſæpius occurrit, qui & inde concludit vinculum hujus matrimonii ſpiritualis inter Epiſcopum & Eccleſiam *ſolius* Romani Pontificis auctoritate, tamquam *vices Dei in terris gerentis* ſolvendum.

Verum quidem eſt, ſub graviſſimis pœnis jampridem per ſacros Canones, ac notanter Sardicenſes vetitum fuiſſe Epiſcopis Eccleſiam, cui erant in ſua ordinatione adſcripti, deſerere, & ad aliam tranſire; ſed hanc ſuam indignationem contra has de una ad aliam Eccleſiam tranſitiones, non fundant Patres in violatione vinculi ſpiritualis matrimonii inter Epiſcopum & Eccleſiam, ſed in *avaritia* & *ambitione*, quæ ſolet Epiſcopos impellere ad tranſeundum de una ad aliam Eccleſiam.

QU. III.

Tertium Epiſcopale jus quodnam eſt?

Quid habes de Diaconorum ordinandorum poteſtate?

§. I. PRimos Eccleſiæ Diaconos ab ipſis Apoſtolis ſacro ritu initiatos fuiſſe ſacræ teſtantur Litteræ. Act. VI, *6. Hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum, & orantes impoſuerunt eis manus*. Apoſtolorum veſtigiis inhærentes Epiſcopi, utpote Apoſtolicæ Poteſtatis hæredes, uti Sacerdotes, ita etiam Diaconos ordinare ſuum eſſe duxerunt; quamquam Sacerdotum Ordinatio arctioribus clauſtris continetur quam Diaconorum. Neque enim Sacerdotum Ordinatio ullos alios pati unquam poteſt Miniſtros, quam Epiſcopos. Secus autem dicendum de Diaconis. Hi enim ab aliis quam ab Epiſcopis, nonnumquam potuere ordinari.

§. II. Ac primo quidem Subdiaconatus, Acolythatus, Lectoratus, aliorumque minorum Ordinum, quos jam Diaconatus particulas eſſe ac ſegmenta oſtenſum a nobis eſt, (Vid. ſup. Part. I, Qu. I. §. 1.) plura occurrunt exempla, quæ id quod dicimus, non omnino quidem, ſed magnam partem confirmant. Notiſſima eſt, atque celeberrima ea Epiſtola quam S. Gelaſius I, quinto vertente Sæculo, ad Lucaniæ & Brutiorum Epiſcopos dedit, in qua cautum eſt: *Ut Presbyteri meminerint, ſibi nulla ratione concedi, ſine Summo Pontifice, Subdiaconum, aut Acolythum jus habere faciendi*. Ep. IX, cap. *6*. Quæ verba ſane declarant, a Presbyteris Subdiaconos ordinandi poteſtatem & antea ab Epiſcopis factam fuiſſe, & poſtea ab Summo Pontifice fieri potuiſſe. Perſpectum, atque omnibus cognitum eſt, quod Nicæni Patres anno ſeptingenteſimo octogeſimo ſeptimo edixerunt Can. 14. *Lectoris autem manus impoſitionem licentia eſt unicuique Abbati in proprio Monaſterio ſolummodo faciendi, ſi dumtaxat Abbati manus impoſitio facta noſcatur ab Epiſcopo ſecundum morem præficiendorum Abbatum, dum conſtet illum eſſe Presbyterum*.

§. III. Quod ſi eorum Ordinum, qui Diaconatus magna pars ſunt, & Diaconatu continentur, dandorum poteſtas Presbyteris & facta olim fuerit, & fieri num etiam ſoleat (*a*), quid prohibet, quin etiam ipſius Dia-

(a) Lucius Ferraris V. *Ordo*. Abbates poſſunt de jure conferre Ordines Minores ſuis ſubditis, licet non ſint benedicti; c. *Quoniam* 1, diſt. *69*, c. *Cum contingat XI, de ætat & qualit. c. Abbates* 3, *de privileg. in* ſexto, cum ſimilibus, & ſic fuiſſe deciſum a Sacra Congreg. Concilii die 16 Februarii 1619, teſtantur Barboſa in Summa Apoſtolic. decis. verb. *Abbas* num. 19, & in Conc. Trident. ſeſſ. 23, c. 10, de reformat. num. 7, Sellius in Select. Canonic. cap. 19, numer. 9, Navarr. verb. *Ordo*, numer. 4.

Abbates, quamvis de Jure communi poſſent olim Ordines Minores conferre ſibi ſubditis, non ſolum Monachis, verum etiam & Laicis in quos ordinariam Eccleſiaſticam ha-

Diaconatus Ordinatio mandari Preſbyteris poſsit? Quid, quod, hujuſce etiam rei nobis non deſunt exempla? Ne te longo morer ſermone, id unum in

habebant juriſdictionem, ut probat textus in cap. Abbates 3, de privileg. in 6, & cum aliis advertit Barboſa in cit. ſeſſ. 23, cap. 10, num. 2, hodie tamen ipſi Abbates, & alii quicumque intra fines alicujus Diœceſis exiſtentes, etiamſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, non poſſunt amplius cuiquam, qui Regularis ſubditus non ſit, Tonſuram, vel Minores Ordines conferre. Sic expreſſe Concil. Trident. cit. ſeſſ. 23, de reform. cap. 10, & pluries decrevit Sacra Congr. Concilii, & ſignanter 26 Junii 1709, & 16 Decemb. 1713, Barboſ. in Trident. loc. cit. num. 2, Card. Petra tom. 5 Commentar. ad Conſtit. 4 Calliſti III, num. 68, & alii communiter.

Nec etiam ſi alii Regulares non ſubditi, & Clerici ſæculares afferant dimiſſorias ſuorum reſpective Superiorum.

Abbates Regulares non poſſunt promovere ad Ordines Minores neque ſuos Novitios.

Novitii reſpectu Minorum Ordinum ordinandi ſunt a proprio Epiſcopo.

Epiſcopus autem proprius eſt Epiſcopus loci Monaſterii, in quo Novitii agunt Novitiatum.

Cardinales Presbyteri, etiamſi Epiſcopi non ſint, poſſunt in ſuis Titulis conferre primam Tonſuram, & omnes Ordines Minores ſuis ſubditis, & Familiaribus. Barboſa p. 2, de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 3, num. 15, & lib. 1 Juris Eccleſiaſt. univerſ. c. 4, num. 40, cum plurimis ibi citatis, Roſignol. de Ordinib. in communi par. 1, qu. 2, art. 1, n. 12, & alii paſſim.

Benedict. XIV de Syn. Diœc. Lib. II, cap. XI, §. 8. A Concilio Tridentino ſeſs. 23, cap. 10, de reform. duo fuerunt ſancita: primum, ne Abbatibus, aliiſque quibuſcumque, quantumvis exemptis, liceat primam Tonſuram, vel minores Ordines cuiquam conferre, qui Regularis ſubditus ſibi non ſit: ſecundum, ne iidem Abbates, aliique exempti litteras dimiſſorias Clericis ſæcularibus, ut ab aliis ordinentur, concedere valeant.

Jam vero primam decreti partem expendenti ſtatim coercita apparet illimitata illa facultas, a jure antiquori quibuſdam Abbatibus data, omnibus indiſtincte & promiſcue conferendi primam Tonſuram & minores Ordines; & perſpicuum fit, ab iis, quantavis fruantur exemptione, hodie non poſſe initiari, niſi ſuos Subditos Regulares. Ut autem hac ipſa, qua nunc unice fruuntur, poteſtate uti valeant, non ſolum debent eſſe in Presbyteratus Ordine conſtituti, ſed debent inſuper benedictionem obtinuiſſe ab Epiſcopo, niſi Epiſcopus *tertio cum humilitate ac devotione, ſicut convenit, requiſitus, eos benedicere forte renuerit*, juxta textum *in cap. Statuimus de ſuppl. neglig. Prælator.* aut niſi alio peculiari fulciantur privilegio, quo eis poteſtas fiat, etiam non recepto benedictionis munere, omnia peragendi, quæ Abbatibus competunt, Epiſcopi benedictione quodammodo ſacratis, quæ omnia ſingillatim & diſtincte a nobis expoſita fuere in brevi quadam diſſertatione, quam exaravimus occaſione cujuſdam cauſæ *Wratiſlavien.* ſacræ Congregationi Concilii, cujus Secretarii officium gerebamus, propoſitæ die 12 Februarii 1724, & juxta noſtrum ſenſum deciſæ, uti videre eſt tom. 3 Theſaur. Reſolut. pag. 19, & pag. 23, & ſeq. a quibus propterea ulterius enucleandis, ne actum agamus, conſulto abſtinemus. Solum addimus, prædictis peculiaribus privilegiis, quorum mentio fit etiam a Suarez de Relig. tom. 4, lib. 2, cap. 29, & a Diana in edit. conrd. tom. 2, tract. 5, reſolut. 81, non fuiſſe derogatum per Conſtitutionem ſan. mem. Benedicti XIII, quæ incipit *Commiſſi nobis*, editam poſt noſtram memoratam diſſertationem, & impreſſam in Appendice ad Concilium Romanum, in qua præcipitur Abbatibus Regularibus perpetuis, ut intra annum, a die eorum electionis, Epiſcopalem ſuſcipiant benedictionem: in ea quippe §. *Quo vero ad Abbates* nihil innovatum legitur quoad Abbates, qui præfatis peculiaribus ſunt inſtructi privilegiis.

Quoniam autem Tridentinum Abbatibus, quovis modo exemptis, facultatem dumtaxat reliquit, primam Tonſuram minoreſque Ordines conferendi ſuis ſubditis Regularibus, & Abbates Sæculares, quantacumque gaudeant exemptione, Regularibus non præſunt: neceſſario inde conſequitur, eos non poſſe

Digitized by Google

in medium afferam, quod Innocentius VIII, anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo nono, quinta Idus Aprilis, Abbati indulſit Ciſtercienſi: *Ne Monachi*

poſſe ullum, quamquam ſuæ juriſdictioni ſubjectum, ad primam Tonſuram Ordineſque minores promovere, niſi hanc poteſtatem a Sede Apoſtolica poſt Tridentinum Concilium impetraverint. Concilium enim præcedentia privilegia abrogavit, ſed ab iiſdem in poſterum concedendis non potuit Apoſtolicam Sedem impedire, quemadmodum ad rem ponderat Fagnanus in Cap. *Statuimus* num. 14, & num. 53, & 54, de ſupplen. neglig. Prælator. Ejuſmodi privilegium ab Urbano VIII conceſſum Abbati Commendatario pro tempore B. Mariæ Farfenſis, & S. Salvatoris Majoris, liquet ex ejuſdem Apoſtolicis litteris, impreſſis poſt Synodum Diœceſanam Farfenſem, habitam a Carolo Cardinali Barberino pag. 997, idemque privilegium ab Alexandro VIII die 8 Aprilis 1690 datum Primicerio S. Marci Venetiarum quoad perſonas eidem inſervientes Eccleſiæ, refert Clericatus poſt deciſ. 15 de Sacram. Ordinis. Eamdem facultatem ibi pariter adſtruebat Abbas S. Barbaræ civitatis Mantuanæ, de cujus juribus plura nos in utramque partem adduximus, quæ extant citat. Theſaur. Reſolut. tom. 3, pag. 14, & ſeq. pag. 230, & ſeq. & pag. 293, & ſeq. quibus in locis concludenter etiam probavimus, neminem poſſe eam poteſtatem ſibi arrogare, niſi a Sede Apoſtolica ſibi poſt Tridentinum ſpeciatim atque expreſſe conceſſam oſtendat.

At duæ hac in re excitantur quæſtiones: prima ſcilicet, an Epiſcopi ſuis ſubditis, atque Regulares Prælati Religioſis ſibi ſubjectis litteras dimiſſorias concedere valeant, ut primam Tonſuram minoreſque Ordines recipiant aut ab Abbatibus Regularibus, qui, virtute ſuorum privilegiorum, jus habent ad eos promovendi ſuos ſubditos Regulares; aut etiam ab Abbatibus Sæcularibus, eodem ornatis privilegio, limitato tamen ad certum genus perſonarum, puta ad ſubditos in ſuo territorio commorantes, aliaſve certas, atque in privilegio deſignatas perſonas: ſecunda, an collatio Tonſuræ Ordinumque minorum, ab utriſque Abbatibus facta perſonis, in ſuis privilegiis minime comprehenſis, ſit tantum illicita, an etiam invalida. Sed ambæ iſtæ controverſiæ jamdiu diremptæ & definitæ ſunt a ſacra Congregatione Concilii.

Atque, quod primam ſpectat, etſi olim, anno videlicet 1572, eadem Congregatio cenſuiſſet, integrum eſſe Abbatibus, de quibus eſt ſermo, prima Tonſura minoribuſque Ordinibus initiare, quotquot hiſce initiandi forent a propriis Ordinariis ad eos dimiſſi, ex quo plane conficiebatur, etiam locorum Ordinariis licere ſuas litteras dimiſſoriales ad eoſdem Abbates dirigere: attamen, cum eadem quæſtio, jubente Clemente VIII fuerit ad trutinam revocata, atque in Rotæ Auditorio iterum diligenter diſcuſſa, ſacra Congregatio inhærens deciſioni, quæ a ſacra Rota emanavit, eſtque 995, *coram Seraſino*, a priori ſententia receſſit, ſtatuitque, non poſſe ad prædictos Abbates litteras dimiſſoriales dirigi, neque iiſdem fas eſſe perſonis, quæ in eorum privilegiis expreſſæ non ſunt, etſi cum ſuorum Prælatorum dimiſſorialibus litteris ad ſe acceſſerint, primam Tonſuram minoreſque Ordines conferre, ſub pœna ſuſpenſionis ab Ordinum collatione, tam ab Ordinantibus, quam ab Abbatibus, aliiſque Prælatis dimiſſoriales litteras concedentibus, incurrenda: atque hæc poſterior ſacræ Congregationis ſententia approbata fuit ab Urbano VIII, quæ omnia fuſe enarrantur a Fagnano in cap. Aqua a num. 8, uſque ad 19, de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. atque a Clericato deciſ. 15, de Sacram. Ordin. a num. 19 uſq. ad 33.

Quod autem ad alteram pertinet quæſtionem de Ordinationis validitate, jam plerique Doctores ſuſtineri docuerant primam Tonſuram, minoreſque Ordines a prædictis Abbatibus collatos aut Regularibus ſibi non ſubjectis, aut Sæcularibus in ſuis privilegiis non comprehenſis. Ita quippe diſerte aſſeruere Tamburin. de Jur. Abbatum tom. 2, diſp. 2, quæſt. 8, per tot. Suarez de Relig. tom. 4, tract. 8, lib. 2, cap. 29, num. 21, Peirin. Oper. tom. 2, qu. 3, cap. 7, num. 23, Fermoſin. in Cap. *Cum contingat* part. 2, num. 9, & ſeq. de ætat. & qualit. Fagnan. in Cap. *Statuimus* a num. 11 de ſuppl. neglig. Prælator. Huic vero ſententiæ calcu-

chi (inquit) *Ordinis Ciſtercienſis , pro ſuſcipiendis Subdiaconatus , & Diaconatus Ordinibus extra Clauſtrum diſcurrere cogantur; Tibi , & Succeſſoribus*

tuis

lum ſubinde adjecit ſacra Congregatio Concilii, quæ illicitam quidem habuit, ſed validam ſemper pronunciavit Ordinationem, de qua diſſerimus: etenim, cum in cauſa *Conimbricen.* 26 Junii 1655 quæſitum fuiſſet: *An Abbates Congregationis S. Bernardi , & S. Benedicti conferre potuerint Ordines minores Regularibus ſibi non ſubditis, necnon Sæcularibus etiam habentibus litteras dimiſſorias ſuorum Superiorum*: reſpondit ſane, id fieri nequaquam potuiſſe, ſed ſimul addidit: *Promotos ab illis non indigere alia collatione dictorum Ordinum, ſed abſolutione , & rehabilitatione a Sanctiſſimo obtinenda* : quod habetur lib. 19 decretor. pag. 484. Similiter in cauſa *Panormitana collationis Ordinum* , die 16 Martii 1647, diſputato articulo : *An Ordines minores per Abbatem Regularem non benedictum collati non ſuis ſubditis ſint validi, ſi Abbas habeat privilegium illos ſuis ſubditis conferendi*: prodiit deciſio alteri conformis , quæ antea emanaverat in cauſa *Catanien.* 23 Novembris 1641, cujus verba ſunt : *Collationem autem Ordinum ſupradictis non ſuis ſubditis, etiam Regularibus, factam, ſi fuerit de ordinibus etiam minoribus, & dictus Abbas non benedictus non habeat privilegium Apoſtolicum , Ordines collatos remanere invalidos, & ordinatos indigere alia ordinatione; ſi vero Abbas, non benedictus , habeat dictum privilegium , & Ordinee minores tantummodo contulerit ſuis non ſubditis , ordinatus non indigere alia Ordinatione, ſed ſolummodo abſolutione , & rehabilitatione a Sede Apoſtolica obtinenda* : uti habetur lib. 18 decretor. pag. 311. Denique , cum in cauſa *Lucana*, propoſita 16 Martii ·726 diſputaretur de privilegiis conceſſis Abbati S. Barbaræ Civitatis Mantuanæ, & ſpeciatim res eſſet de Clerico , ab eodem Abbate ad minores Ordines promoto , quamquam promotus non recenſeretur inter perſonas in Abbatis privilegio expreſſas , ſacra Congregatio ordinationem illicitam dixit, Clericumque minoribus initiatum, ſuſpenſione irretitum declaravit; non tamen Ordines eidem iterum conferendos juſſit , Theſaur. Reſolut. tom. 3, pag. 288, & 296. Quare , ut , quam verſamus , controverſiam paucis abſolvamus, aut Abbas nullo fruitur privilegio conferendi primam Tonſuram , & minores Ordines , aut privilegio potitur illos conferendi certo perſonarum generi. Si primum, nec licite , nec valide poteſt quemquam ad primam Tonsuram, minoreſque Ordines promovere . Si alterum , illicite profecto , attamen valide, primam Tonſuram, minoreſque Ordines etiam aliis confert, qui cæteroquin inter perſonas non numerantur in privilegio deſignatas .

Quæ hactenus diximus , omnes complectuntur Abbates , ſeu Prælatos inferiores, etiam tertiæ ſpeciei, habentes nimirum proprium territorium, a cujuslibet Epiſcopi Diœceſi avulſum & ſeparatum , cum Clero & populo , in quem pleno jure exercent juriſdictionem activam & quaſi Epiſcopalem ; nam etiam ejuſmodi Prælatis, virtute præfati decreti Tridentini, adempta eſt facultas ſi quam olim habuerant, conferendi primam Tonſuram , & Ordines minores ſuis ſubditis ſæcularibus; neque hanc poteſtatem poſſunt ſibi vindicare , niſi a Sede Apoſtòlica , poſt Tridentinum, & cum expreſſa Tridentini derogatione , eam iterum impetraverint ; ſed ſæcularium omnium , in prædicto territorio ſeparato degentium, ordinatio ſpectat ad Epiſcopum viciniorem : quemadmodum , ſi Abbatis territorium exemptum , ſitum ſit intra fines alicujus Diœceſis , ad ejuſdem Epiſcopum pertinet ordinatio ſæcularium inibi habitantium. Hæc omnia diſerte definita ſunt a ſacra Congregatione Concilii, ex cujus ſententia Fagnanus in Cap. *Significaſti, de offic. Archidiaconi* , ubi a num. 12 uſque ad fin. hanc verſit quæſtionem, ſub n. 24, ita demum concludit : *Nullus Prælatus inferior Regularis , aut Sæcularis hodie reperitur , cui liceat Tonſuram , & minores Ordines conferre perſonis ſæcularibus , tametſi omnimodum juriſdictionem ordinariam , & quaſi Epiſcopalem , ac etiam*

iam

Digitized by Google

tuis: ut quibuſcumque dicti Ordinis Monachis: aliis vero quatuor Abbatibus præfatis, ac eorum Succeſſoribus, ut ſuorum Monaſteriorum prædictorum Re-

---

iam temporalem habeant in Clerum & populum, excluſis Epiſcopis, & ſive illorum territorium ſit intra fines alicujus Diœceſes, ſive extra: & proſequitur Cardinalis Petra in comment. ad Conſtit. Apoſtol. t. 5, pag. 166, num. 66, & ſeq.

Aliquid nunc dicendum reſtat de ſecunda parte enunciati Tridentini decreti ſeſſ. 23, cap. 10, ubi decernitur: *Nec ipſi Abbates, & alii exempti, aut Collegia, vel Capitula quæcumque, etiam Eccleſiarum Cathedralium litteras dimiſſorias aliquibus Clericis ſæcularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant: ſed horum omnium Ordinatio, ſervatis omnibus, quæ in hujus ſanctæ Synodi decretis continentur, ad Epiſcopos, intra quorum Diœceſis fines exiſtunt, pertineat.* Sub hujus decreti cenſura comprehendi Abbates alioſque inferiores Prælatos primæ, & ſecundæ ſpeciei, nemo unquam potuit in quæſtionem adducere: at plerique Prælati tertiæ ſpeciei, ſe ab ejuſdem ſeveritate autumabant immunes, hac freti ratione, videlicet, quia ipſorum territorium in quod exercent jurisdictionem quaſi Epiſcopalem, non exiſtit intra fines alicujus Diœceſis, de quo tantum videtur loqui Tridentinum, ſed eſt a qualibet Diœceſi omnino ſejunctum & ſeparatum: ac propterea, etſi ab Ordinibus per ſemetipſos conferendis, juxta modo traditam doctrinam, abſtinerent; liberum nihilominus ſibi eſſe putabant, litteras dimiſſoriales, ad Ordines ſuſcipiendos, ſuis ſubditis sæcularibus impertiri. Verum alia fuit mens ſacræ Congregationis, Concilii Tridentini interpretis, ad quam unice ſpectat decretorum ejuſdem Concilii genuinum ſenſum aperire: ea ſiquidem probe conſiderans, in allegati capituli initio ſermonem eſſe, non ſolum de Abbatibus utcumque exemptis, verum etiam de illis, qui *Nullius Diœceſis eſſe dicuntur*, quales ſunt, habentes territorium ſeparatum; hoſce pariter in omni parte comprehenſos dixit, iiſdemque ablatam cenſuit facultatem concedendi ſuis ſubditis ſæcularibus litteras dimiſſoriales ad Ordines, quas proinde elargiri, ad viciniorem Epiſcopum unice pertinere declaravit. Ejuſmodi ſacræ Congregationis reſponſa congeſta ſunt a Fagnano, & Cardinali Petra cit. loc. quibus alia atteximus, quæ eo prodierunt tempore, quo nos ejuſdem Congregationis Secretarium agebamus. Eccleſia Collegiata B. Mariæ Virginis de Alba Regali, Diœceſis Veſprimien. ejuſque Præpoſitus, Canonici, cæterique eidem inſervientes Eccleſiæ, plenam obtinent exemptionem a juriſdictione Epiſcopi Veſprimienſis, atque a jure Metropolitico Archiepiſcopi Strigonienſis. Amplæ iſtius exemptionis obtentu, ſibi jus eſſe arbitrabatur Collegiatæ Præpoſitus concedendi litteras dimiſſorias ad Ordines, ſuæ Eccleſiæ Canonicis aliiſque miniſtris; ſed, cauſa delata ad ſacram Congregationem Concilii, hæc die 26 Martii, & denuo 17 Decembris 1718, contra Præpoſitum pronunciavit, tom. 1 Theſaur. Reſolut. pag. 31, & duabus ſeq. & pag. 141. Sed, quoniam (ut ingenue fateamur) ejuſmodi deciſio Prælatum tangit ſecundæ potius, quam tertiæ ſpeciei, aliam ſtatim proferimus, in qua ſine ulla dubitatione quæſtio erat de Prælato tertiæ ſpeciei. Lis vertebatur in Romanæ Rotæ Auditorio inter Epiſcopum Brictinorien. & Capitulum Baſilicæ S. Petri de Urbe, ſuper articulo, an Abbatia S. Rufilli, ſita in caſtro Fori Pompilii, eidem Capitulo perpetuo unita, haberet territorium omnino ſeparatum a Diœceſi Brictinorienſi. Interim vero Capitulum S. Petri, innixum immemorabili conſuetudine, ſeu quaſi poſſeſſione, concedendi litteras dimiſſoriales perſonis intra ſuæ Abbatiæ limites commorantibus, ne hac poſſeſſione exturbaretur, pendente adhuc controverſia ſuper Abbatiæ ſeparatione, eaſdem litteras concedere non dubitabat; at contradicente Epiſcopo Brictinorienſi, ac jure meritoque contendente, immemorabilem poſſeſſionem, utpote a Concilio Tridentino infractam, viribuſque deſtitutam, non ſuffragari Capitulo, etiamſi territorium ſeparatum evinceret, ad ejus inſtantiam, die 3 Decembris 1718, fuit in ſacra Congregatione Concilii diſceptatum; *An, etiamſi conſtaret de territorio ſeparato, poſſet Capitulum S. Petri*

con-

Digitized by Google

Religioſis, quos ad id idoneas reperietis, Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines hujuſmodi alias rite conferre.... auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcien-

---

concedere dimiſſorias: & die 21 Januarii 1719, unanimi omnium ſuffragio, reſponſum fuit *Negative*, tom. 1 Theſaur. Reſolut. p. 140, & 150.

Nihilominus tamen non deſunt etiam nunc Abbates tertiæ ſpeciei, hac peculiari præfulgentes prærogativa, ut ſuis ſubditis litteras dimiſſorias ad ordines nedum minores, ſed etiam ſacros ſuſcipiendos elargiri valeant, & re ipſa elargiantur, ita ut nulli Epiſcopo fas ſit, ſine ipſorum litteris, eorumdem ſubditos ordinare: at hæc prærogativa non eſt annexa qualitati *Nullius*, neque profluit ex territorio perfecte ſaparato, ſed unice derivatur ex ſpeciali privilegio, poſt Tridentinum obtento, quo Sedes Apoſtolica nonnullos cumulavit Abbates. Ejuſmodi privilegio ab Urbano VIII auctus eſt Abbas Nonantulanus, ita eidem Pontifici conſulente ſacra Congregatione Concilii die 10 Januarii 1636, cujus decretum refertur a Cardinali Petra cit. loc. pag 117. Idem indultum aſſequutus eſt Abbas Farfenſis, uti habetur in memorato Apoſtolico Brevi, impreſſo poſt Synodum Farfenſem pag. 996. Eamdemque poteſtatem a Sixto V Abbati Caſſinenſi, atque a Paulo V Abbati Cavenſi factam narrat Fagnanus in cit. Cap. *Significaſti de offic. Archidiac.* num. 25, & 26. Et, ne ſilentio prætereamus prædictam Abbatiam S. Rufilli, Capitulum S. Petri, cui, ex ſacræ Congregationis ſententia, denegatam diximus facultatem concedendi litteras dimiſſoriales perſonis incolentibus eamdem Abbatiam, ſibi perpetuo unitam: id juris ſibi fieri petiit a Sede Apoſtolica; ſed, cum adhuc in Rotæ Auditorio indeciſa penderet controverſia ſuper vera ſeparatione Abbatiæ, ejuſque territorii a Diœceſi Brictinorienſi, Capituli inſtantia rejecta fuit a ſacra Congregatione Concilii, ad quam Innocentius XIII eam remiſerat examinandam; verum, cum poſtea idem Capitulum cauſam obtinuerit in Rotæ tribunali, fueritque ei adjudicatum territorium omnino ſeparatum, ſuas preces inſtauravit apud ſan. mem. Benedictum XIII, votique compos effectum eſt, per Apoſtolicum Breve ab eodem Pontifice datum. Cæterorum Abbatum, qui eodem jure ab Apoſtolica Sede ſunt poſt Tridentinum donati, catalogum extare in Cancellaria Cardinalis Urbis Vicarii, teſtatur Romualdus Honorante.

Benedict. XIV Tom. XIV Opp. Nonnulli ſunt in Jure Canonico Textus ad expoſitam materiam pertinentes.

Primus eſt *in Canone quoniam diſt. 69*: ibi: *Lectoris autem manus impoſitionem licentia eſt Abbati ſolummodo in proprio Monaſterio faciendi ſi dumtaxat eidem Abbati manus impoſitio facta noſcatur ab Epiſcopo ſecundum morem præficiendorum Abbatum; dum conſtet illum eſſe Presbyterum.*

Secundum eſt *in cap. Cum contingat de ætate, & qualitate*, ubi reaſſumptis verbis Canoni ſupra allegati, decernitur, Abbatem Presbyterum, & benedictum primam Tonſuram ſuis Monachis conferre poſſe.

Tertius eſt *in cap. Statuimus de ſupplenda negligentia Prælatorum*, ubi dicitur, *ſi Epiſcopus tertio cum humilitate, ac devotione, ſicut convenit, requiſitus, ſubſtitutos Abbates veſtros benedicere forte renuerit, eiſdem Abbatibus liceat proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad Officium hujuſmodi pertinent, exercere, donec ipſi Epiſcopi ſuam duritiem recogitent, & Abbates benedicere non recuſent.*

Quartus eſt *in cap. Abbates de privilegiis* in 6, ubi legitur, *nec eis licitum ſit aliis, quam Monaſteriorum ſuorum Converſis, & qui ad illa convolaverint, & in quos Eccleſiaſticam, & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem obtinent, primam Clericalem conferre Tonſuram, niſi eis id competat ex pleno præfatæ Sedis Indulto.*

Ultimum denique deſumitur *ex cap. 10, ſeſſ. 23, de Refor.* ubi decernitur, *Abbatibus, ac aliis quibuſcumque quantumvis exemptis non liceat impoſterum intra fines alicujus Diœceſis, conſiſtentibus, etiam nullius Diœceſis, vel ſi exempti eſſe dicantur, cuiquam, qui Regularis ſubditus ſibi non ſit, Tonſuram, vel Minores Ordines conferre.*

Et ab his Juris Canonici Textibus infe-

runt

ſcientia, tenore præſentium de ſpeciali dono gratiæ indulgentes.

§. IV. Hinc igitur in Diaconorum creatione duo exiſtunt Epiſcoporum jurant communiter Doctores, duo eſſe neceſſaria ad effectum, ut Abbas Regularis conferre valeat ſuis ſubditis Regularibus Tonſuram, & Minores Ordines, quod videlicet ſit Presbyter, & ſolemniter ſit benedictus; licet enim in cit. Textu Sacri Concilii Tridentini prohibeatur Abbatibus conferre Ordines cuiquam, qui Regularis ſubditus non ſit, non valet tamen illatio a contrario ſenſu, ut videlicet cuilibet ſuo ſubdito Regulari Ordines minores conferre poſſit, cum hæc poteſtas ſic explicanda ſit, ut ſibi vindicet locum, quando concurrunt in Abbatibus qualitates a Sacris Canonibus requiſitæ, hoc eſt Presbyterii, & Benedictionis. *Fagnan. in cap. Quanto num. 21, & ſeq. de conſuetudine, Vanefpen. Juris Eccl. univerſ.* tom. 1, pat. 1, tit. 31, cap. 6, num. 16, & ſeq.

Quia vero hæc Abbatum benedictio, de qua fuſe in Pontificali Romano, quæque a nonnullis, licet improprie, dicitur conſecratio, non eſt abſolute, & ſimpliciter neceſſaria, ut Abbas ſuis ſubditis Regularibus conferre valeat primam Tonſuram, & minores Ordines, alias non bene decretum fuiſſet *in cap. Statuimus de ſupplenda negligentia Prælatorum*, quod Abbates primam Tonſuram conferant, & minores Ordines, ſi Epiſcopi ter requiſiti benedicere recuſaverint, uti ſupra viſum eſt, hinc emanavit ſubalterna quædam Doctorum propoſitio innixa tum prædictæ rationi, tum pleriſque privilegiis, quæ habentur in particularibus Bullariis Monachorum, quod concurrente videlicet Apoſtolico privilegio, in quo Abbatibus non benedictis concedatur, ut ea facere poſſint, quæ fiunt a cæteris Abbatibus benedictis, poſſint Abbates Regulares Presbyteri licet non benedicti, prout hodie fere nullus benedicitur, cum non ſint perpetui, ſed temporales, primam Tonſuram, & minores Ordines conferre ſuis ſubditis Regularibus, Tamburin. de Jure Abbatum t. 1, diſp. 11, qu. 3, num. 3, & ſeq. & eodem tom. 1, diſp. 11, qu. 13, & tom. 2, diſp. 2, qu. 3, per totam, Barboſa voto 87, num. 28, lib. 3, Pirhing ad primum librum Decretalium tom. 1, tit. 11, ſect. 1, §. 6, num. 43, Clericat. de Sacramento Ordinis deciſ. 15, n. 7, & pluribus ſeq.

Et conferunt reſolutiones Sacræ Concilii Congregationis, quæ decrevit licere *Abbatibus benedictis, vel quibus a Sede Apoſtolica conceſſum eſt privilegium, ut poſſint ea omnia facere, quæ poſſunt Abbates benedicti, Tonſuram, minoreſque Ordines ſuis ſubditis Regularibus tantum conferre, aliaque Pontificalia hujuſmodi Abbatibus competentia in ſui Ordinis Monaſteriorum Eccleſiis, & limitibus exercere, taliterque ordinatos, ſi quid aliud non obſtiterit, legitime poſſe a quibuſvis Ordinariis ad ulteriores Ordines promoveri*, quæ Sacræ Congregationis reſolutio fuit in forma ſpecifica confirmata in litteris Apoſtolicis Clementis Octavi impreſſis *inter privilegia Ciſtercienſium Pariſiis edita anno 1713*, pag. 194.

Hæc ſunt, quæ pertinent ad juris communis diſpoſitionem; nunc tranſeundo ad diſpoſitiones, & privilegia loquentia de Ciſtercienſibus, Textus ſupra allegatus *in cap. Statuimus de ſupplenda negligentia Prælatorum*, loquitur de Ciſtercienſibus, & eorum Abbatibus indulget, ut Tonſuram conferant, ſi Epiſcopi ter requiſiti noluerunt illis benedictionem impartiri, ut colligitur ex illius lectura, & bene adnotavit Manrique tom. 2. Annal. Ciſtercienſ. anno 1169, cap. 3, num. 4.

Ad eoſdem pertinet Ciſtercienſ. diſpoſitio Textus *in cap. Ne Dei Eccleſiam de Simonia*, ubi ponitur forma obedientiæ ab Abbatibus Ciſtercienſibus præſtandæ Epiſcopis.

Verum ſermonem inſtituendo de privilegiis hujus Ordinis extra corpus Juris Communis conſtitutis, ſolemniſſimum eſt illud Innocentii Octavi, de quo in ſupradicto privilegiorum lib. pag. 137, ubi Abbati Ciſtercii Diœceſis Cabilonenſis, & aliis quatuor inſignioribus Abbatibus, & eorum ſucceſſoribus datur facultas conferendi Subdiaconatum, & Diaconatum Monachis ſui Ordinis, *ac ne Monachi dicti Ordinis pro ſuſcipiendis Subdiaconatus, & Diaconatus Or-*

Digitized by Google

Ordinibus extra Clauſtrum hinc inde diſcurrere cogantur, tibi, & ſucceſſoribus tuis, uti quibuſcumque dicti Ordinis Monachis, aliis vero quatuor Abbatibus præfatis, ac eorum ſucceſſoribus, ut ſuorum Monaſteriorum prædictorum Religioſis, quos ad id idoneos reperietis, Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines hujuſmodi alias rite conferre poſſitis. Theologi modum, & rationes exquirunt, quomodo ſimplicibus Sacerdotibus potuerit dari facultas conferendi Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus; at quidquid ſit de hoc, certum eſſe videtur, huic privilegio fuiſſe a Concilio Tridentino derogatum ſeſſ. 23, cap. 10, & 12, uti late oſtendit Navar. conſil. 13, de privilegiis, & late proſequitur Suarez de Relig. tom. 4, lib. 2, cap. 29, num. 17, & num. 24, & 25.

Aliorum privilegiorum Eugenii Quarti, & Julii Secundi, quod Abbates triennales Ciſtercienſes Hiſpani, licet eis munus benedictionis non ſit impenſum, fruantur omnibus, & ſingulis honoribus, præeminentiis, privilegiis, & prærogativis, quibus alii fruuntur Abbates benedicti, mentio habetur *apud Suarez loc. cit.*, & latius *apud Dianam in edit. coord. tom. 2, tract. 5, reſolut.* 81.

Occaſione benedictionis, quam Abbates Ciſtercienſes ab Epiſcopis petebant, ſimultates, & jurgia exoriebantur; quocirca Innocentius Papa Octavus conceſſit Abbati Generali, ut Abbates, & Abbatiſſas ſui Ordinis benedicere poſſet, uti habetur in citato libro privilegiorum pag. 137, num. 5, *tibi, & ſucceſſoribus tuis prædictis dumtaxat, ut munus benedictionis hujuſmodi, quibuſcumque dicti Ordinis Abbatibus, & Abbatiſſis impendere, ac Abbatibus, & Abbatiſſis prædictis, ut dictum munus a te, & ſucceſſoribus tuis præfatis recipere libere, ac licite poſſitis, & poſſint, indulgemus.*

Clemens Octavus privilegium hoc confirmavit, & extendit ad Vicarios Abbates, qui ab Abbate Generali ſubdelegarentur pro reliquorum Abbatum, & Abbatiſſarum Ordinis benedictione, uti habetur in citato libro privilegiorum pag. 199, *tibi ac pro tempore exiſtenti Generali Abbati tui dicti Ordinis quandocumque opus fuerit, principalibus Vicariis tuis, qui Abbates exiſtunt, munus benedictionis cæteris Abbatibus & Abbatiſſis impendendi facultatem ſubdelegandi auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuam concedimus poteſtatem*: idemque Clemens Octavus iterum reaſſumpto tenore conceſſionis Innocentii Octavi, & ampliationis a ſe factæ, ad aliam ſubſequenter devenit ampliationem, extendendo facultatem Abbatis Generalis quoad ſubdelegandum ab Abbatibus Vicariis ad Præſidentes, & Reformatores, uti habetur in citato libro privilegiorum pag. 207, & inſtante pariter Abbate Generali per ſuas litteras Apoſtolicas in forma Brevis confirmavit reſolutionem hujus Sacræ Congregationis, uti ſupra dictum eſt, in qua firmatum fuit, poſſe Abbates conferre Tonſuram, & minores Ordines ſuis Subditis Regularibus, ſi ſint benedicti, vel habeant privilegium a Sede Apoſtolica ea omnia gerendi, & faciendi, quæ fiunt ab Abbatibus benedictis.

Acquiſita ab Abbate Generali facultate benedicendi per ſe, vel per ſuos Subdelegatos Abbates, & Abbatiſſas ſui Ordinis, cum Abbas Monaſterii S. Mariæ de Lande ejuſdem Ordinis Ciſtercienſis ſolemniter benedictus, Tonſuram, & minores Ordines contuliſſet Monachis ſui Monaſterii Diœceſis Tornacenſis, & Epiſcopus renueret, eoſdem promovere ad Ordines majores, ſub obtentu, quod in Indulto Pontificalium nulla fuerat mentio collationis minorum Ordinum, inſtante memorato Abbate Paulus Papa V, uti habetur in ſæpe allegato libro privilegiorum pag. 209, confirmavit ſequentem hujus ſacræ Congregationis reſolutionem, *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum cenſuit, ſi hujuſmodi Abbas, aliique ejus ſucceſſores pro tempore exiſtentes fuerint ſolemniter benedicti, & Presbyteri, potuiſſe, poſſeque conferre Regularibus ſuis Subditis primam Tonſuram, & Ordines minores, quamvis in Indulto Apoſtolico, quo conceditur uſus Mitræ, & Baculi, nulla hujuſmodi facultatis mentio habeatur, ideoque Epiſcopum Diœceſanum non debere recuſare, quin eos, niſi aliud obſtiterit, ad ſacros Ordines promoveat.*

Digitized by Google

jurā. Primo ; Jus illos ordinandi. Secundo, Jus illorum Ordinationem Presbyteris mandandi ; niſi tamen hoc alterum ſibi uni reſervatum velit Epiſcopus Romanus.

Digitized by Google

QU. IV.

Quartum Epiſcopale Jus quodnam eſt?

Quantam perſonam cum excellentia, ac præſtantia reliquorum omnium imponis Epiſcopis?

ſeu

Qui honos, quantaque Epiſcopis debetur reverentia?

§. I. QUantopere Epiſcopi alios omnes dignitate exſuperent, etiamſi ab iis Diœceſanam perſonam abſtraxeris, ex eorum Charactere, ac poteſtate æſtimari facile poteſt. (*a*) Nam ſi parentes obſervare, colere, ac magno in honore habere filii debent, quod ab illis in lucem editi, ſuſceptique ſint, etiam adverſus Epiſcopos magna eſt adhibenda reverentia, cultus, atque honos non ſolum ab Laicis, ſed etiam ab Clericis, & ab ipſis quoque Presbyteris, qui ab Epiſcopis non ſecus ac a Patribus filii procreantur propaganturque. (Vid. ſup. Qu. II.) Quantum igitur natura voluit Parentes filiis dignitate excellere, tantum etiam Chriſtus Dei filius Epiſcopos Presbyteris præſtare voluit, cum conſtituit, ut non Epiſcopi ab Presbyteris, ſed Presbyteri ab Epiſcopis progignerentur.

§. II. Hoc uno telo armatus S. Epiphanius, veſanos impetus fregit Aerii hæretici, qui Epiſcoporum, Presbyterorumque dignitatem auſus erat exæquare. *Epiſcoporum ordo*, ait ille Hæreſ. 75, *ad gignendos Patres præcipue pertinet; Hujus enim eſt Patrum in Eccleſia propagatio. Alter cum Patres non poſſit, filios Eccleſiæ regenerationis lotione producit, non tamen Patres, aut Magiſtros. Quonam modo vero fieri poteſt, ut is Presbyterum conſtituat, ad quem creandum manuum imponendarum jus nullum habeat? Aut quomodo Presbyter Epiſcopo dici poteſt æqualis?*

§. III. Ex hac porro patria poteſtate, ac dignitate, qua cæteris omnibus eminent Epiſcopi, profecti ſunt ii honores qui Epiſcopis ab omnibus Chriſtianis nunquam non habiti ſunt. Hinc omnes Epiſcopis genua flectere, eorum benedictioni caput ſubmi-

(a) Bened. XIV de Syn. Diœc. Lib. 1, cap. IV, n. 1. Duplex in Epiſcopis conſideratur poteſtas, Ordinis nimirum, & juriſdictionis. Poteſtatem Ordinis habent Epiſcopi immediate a Chriſto Domino, qui cum Hierarchiam in ſua Eccleſia eſſe voluerit, ita in ea Epiſcopos inſtituit, ut Ordinis prærogativa & gradu meris Presbyteris antecellerent, ac virtute ſolius characteris Epiſcopalis plura præſtare poſſent, quæ ſimplices Sacerdotes aut omnino nequeunt, aut virtute dumtaxat Ordinationis ſuæ facere non valent: quod contra Salmaſium, alioſque Hæreticos pluribus demonſtrat Petavius de Eccleſiaſt. Hierarch. Oper. tom. 3. Epiſcopus enim, ut loquitur Epiphanius adverſus Aerium hæreſ. 76, num. 4, fœcunditatem habet, qua Patres Eccleſiæ, hoc eſt Presbyteros,

mittere ſoliti ſemper fuerunt (*b*), eorum manus exoſculari (*c*); eorum adventum occurſationibus, plauſibus, gratulationibus, feſtiſque, ſolemnibuſ-

---

ros, alioſque Epiſcopos generare poteſt, ſimplices vero Presbyteri adeo infœcundi ſunt, ut in nullo rerum eventu, alios Presbyteros gignere, ſeu ordinare queant.

(b) *S. Hilarius adverſus Conſtantium pag.* 1245, *edit. Pariſ. Monach. S. Mauri*: „ Oſculo ſacerdotes excipis, quo & Chri„ ſtus eſt proditus: caput benedictioni ſub„ mittis, ut fidem calces.

S. Joannes Chryſoſtomus Homil. III *ad Populum Antiochenum* n. II, pag. 38, tom. II Opp. edit. Pariſ. Monachor. S. Mauri, de Flaviano Epiſcopo agens, qui Conſtantinopolim placandi Imperatoris Theodoſii cauſſa contendit, ait: ἄρχων ἐστὶ καὶ αὐτὸς καὶ ἄρχων ἐκείνου τιμιώτερος· καὶ γὰρ αὐτὴν τὴν βασιλικὴν κεφαλὴν οἱ ἱεροὶ νόμοι ταῖς τούτου φέροντες χερσὶν ὑπέταξαν. *Princeps & ipſe eſt, & Princeps illo* (Imperatore) *honoratior. Etenim ipſum regium caput ſacras leges ferentes hujus manibus ſubjecerunt.*

Theodoritus lib. IV, cap. VI, pag. 134, edit. Taurinenſis. „ Imperator, *inquit*, „ accerſitis Epiſcopis, ita locutus eſt: No„ ſtis utique, utpote divinis litteris innutriti, „ qualem oporteat eſſe eum, cui honor ſa„ cerdotis defertur, quodque non doctrina ſo„ lum, ſed etiam vita ſubditos informare „ debeat, ſeque illius velut exemplar om„ nium virtutum proponere, & bonam con„ verſationem doctrinæ ſuæ teſtem habere. „ Ejuſmodi igitur virum in Pontificali ca„ thedra nunc collocate, ut nos quoque, „ qui imperium adminiſtramus, ſincere, at„ que ex animo *caput ei ſubmittamus.* “

Ita quidem de hac re Valeſius in locum modo deſcriptum Theodoriti. „ Philoſtor„ gius in Hiſtoria Eccleſiaſtica ſcribit, Leon„ tium Tripoleos Epiſcopum, cum reliqui „ omnes Epiſcopi Euſebiam Auguſtam uxo„ rem Imperatoris Conſtantii adirent, eam„ que ex more adorarent, numquam addu„ ci potuiſſe, ut eam viſeret, niſi ea con„ ditione, ut Auguſta venienti ipſi aſſurge„ ret, & caput ſubmitteret, poſtulans, ut „ benediceretur. Verba Philoſtorgii refert „ Suidas in Leontio. Simile eſt, quod ſcri„ bit Marcus Diaconus in vita Porphirii „ Gazenſis Epiſcopi, Eudoxiam Auguſtam „ ipſis in Palatium venientibus non ſemel „ occurriſſe, & priorem ipſos ſalutaſſe, at„ que, ut ſederent, juſſiſſe, & inclinato ca„ pite poſtulaſſe, ut benedicerent. Idem „ quoque de eadem Auguſta teſtatur Sozo„ menus in Lib. VIII, cap. XIII, ubi de „ Ammonio loquitur, & fratribus Mona„ chis, qui Longi dicebantur. Palladius *in* „ *Dialogo de vita Joannis Chryſoſtomi*, „ ubi de eo loquitur in exilium proficiſcen„ te, ait illum Olympiadi, & Pentadiæ, „ ac Salvinæ dixiſſe, ut quicumque ſine am„ bitu eligeretur Epiſcopus, ei capita ſub„ mitterent, perinde ac ipſi... De eodem „ more loquitur Auctor vitæ S. Fulgentii: „ *Altercantibus omnibus, quis primo ſalu*„ *taret agnoſcendus, quis benedicenti ca*„ *put ſupponeret.* Denique incertus Auctor „ *quæſtionum veteris, & novi Teſtamenti*, „ *Quæſt.* CIX, *Noſtri autem ſacerdotes ſu*„ *per multos quotidie nomen Domini, &* „ *verba benedictionis imponunt. Sed in* „ *paucis effectus eſt. Eſt iterum, quando* „ *meliores ſe benedicunt. Quamvis enim* „ *quis ſanctus ſit, curvat tamen caput* „ *ad benedictionem ſumendam.* Poſtremo „ Honorius, & Valentinianus Auguſti de „ accuſatione Epiſcopi, & Presbyteri, vel „ Diaconi ita reſcribunt ad Verum Præfe„ ctum Prætorio. *Audemus quidem ſermo*„ *nem facere ſolito plus timore capti de* „ *ſanctis, & venerabilibus Sacerdotibus,* „ *& ſecundis Sacerdotibus, vel etiam Le*„ *vitis, & eos cum omni timore nominare,* „ *quibus omnis terra caput inclinat.* “

(c) Ambroſius de dignit. ſacerd. c. II. Quippe quum videas regum colla & principum ſubmitti genibus Sacerdotum, & exoſculatis eorum dexteris, orationibus eorum credant ſe communiri.

Nec Occidentales modo, ſed etiam Orientales ſcriptores ejuſdem conſuetudinis meminerunt. Paulinus in vita S. Ambroſii pag. II, in Append. tom. II Opp. ejuſd. S. Ambroſii. „ Cum adoleviſſet, & eſſet in urbe „ Roma conſtitutus cum matre vidua, & „ ſorore, quæ virginitatem jam fuerat pro„ feſſa, comite alia virgine, cujus virginis „ ſoror Candida, & ipſa ejuſdem profeſſio-

N 2 „ nis,

buſque pompis celebrare (*d*). Quæ ſane omnia argumento ſunt, Epiſcopos in parentum loco ſemper habitos fuiſſe, & habendos eſſe (*e*).

Q U.

„ nis, quæ nunc Carthagine degit jam annus, „ cum videret ſacerdotibus a domeſtica, ſo„ rore, vel matre *manus exoſculari*, ipſe „ ludens offerebat *dexteram*, dicens, & ſibi „ id ab ea fieri oportere, ſiquidem ſe *Epiſ*„ *copum futurum* eſſe memorabat. “ S. Joannes Chryſoſtomus tom. II Operum, Homil. de S Meletio pag. 521, edit. Pariſ. Monach. S. Mauri. „ Ubi ad Antiochenos „ venerit, univerſam civitatem ei obviam „ iviſſe, *ſcribit*, alios quidem, qui prope „ acceſſerint, & pedes ejus prehenſantes, & „ manus oſculantes &c. “ Confer etiam Sidonium Apollinarem lib. VIII, epiſt. XI, tom. 1 Opp. Sirmondi edit. Pariſ. pag. 1075, ubi hæc habet.

„ Perge ad Limina mox Epiſcopo„ rum
„ Sancti & Gallicini *manu oſculata*.

Adeundus Cangius *in Gloſſar. mediæ, & infimæ Latinitatis ad vocem Oſculum manuum*.

(d) Conſule ſermonem S. Joannis Chryſoſtomi ad Conſtantinopolitanos habitum de ſuo regreſſu ex Aſia, Tom. III Opp. pag. 411. edit. Pariſ. Monach. S. Mauri, ubi, „ Quid dicam, inquit, deſiderio veſtro, & „ favori, quem heſterno oſtendiſtis die, „ quomodo voces veſtræ cum gaudio cœ„ lum penetrarunt? Ipſum ſanctificantes ae„ rem, civitatem feciſtis Eccleſiam. Hono„ rabar ego, & Deus glorificabatur. “ Ex his intelligitur, hymnos, pſalmoſque canentes laudes Dei celebraſſe Conſtantinopolitanos, quod ſuum Paſtorem rediiſſe cernerent. Confer & ejuſdem *Sermonem* habitum ibidem poſt reditum ab Exilio. Tom. eod. pag. 429.

Evagrius Scholaſticus lib. II, cap. XVIII, pag. 285, edit. Taurin. Sed pleni ſunt hujuſmodi acclamationum Eccleſiaſtici libri, præcipue vero Græcorum.

Henricus Valeſius in Notationibus ad lib. II H. E. Euſeb. cap. XXIII, pag. 72, edit. Taurin. „ Veriſſimum eſt, *inquit*, quod ait „ Scaliger, eos, qui Oſanna acclamabant, „ palmas manibus geſtare debuiſſe: cujus rei „ illuſtre exemplum eſt in Itinerario Hiero„ ſolymitano Antonini Monachi pag. 36, „ ex quo diſcimus, morem olim fuiſſe Chri„ ſtianorum, ut Epiſcopis... advenientibus „ obviam procedentes, honoris cauſsa, ac„ clamarent Oſanna. “

(e) Appendicis loco hæc habe de Præcedentia, Sede, Celebratione, & Pontificalibus Epiſcoporum. Epiſcopi ubique gentium habent locum a Protonotariis Apoſtolicis, & quod in Epiſcopis ſancitum eſt, ad Eccleſiarum Cathedralium auctoritate Appoſtolica electos pariter, & confirmatos extendit Pius II, Conſtit. incip. *cum ſervare*. Epiſcopus licet Titularis, qui retinet Canonicatum, vel Dignitatem in aliqua Cathedrali, debet præcedere omnibus aliis Dignitatibus, & Canonicis etiam ipſo antiquioribus. *Sacr. Congreg. Rituum in Raguſina 22 Junii* 1594, *in Ruthenen. 24 Septembris* 1605, *in Compoſtellana 11 Julii* 1617, *in Calaguritana in Sardinia* 13 *Novembris* 1621. Epiſcopus prius promotus, ſeu electus ad Epiſcopatum debet præcedere alteri Epiſcopo poſt ipſum promoto, vel electo, etiamſi ſit ipſo dignior, & illuſtrior. *Sacr. Congr. Rit. in Segobia 21 Martii* 1609. Circa præcedentiam inter ſuffraganeos Epiſcopos Latinorum, & Epiſcopos Græcos cæteris paribus nulla alia ratio habenda eſt, quam temporis, ſeu promotionis ad Epiſcopatum. *Sacr. Congr. de Propaganda fide pro Polonia 16 Februarii* 1630. Epiſcopus Diœceſanus in ſua Eccleſia, & Diœceſi in functionibus Epiſcopalibus præferendus eſt omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, etiam ipſo antiquioribus, & dignioribus, Metropolitano ſuo tantum excepto. *Sacr. Congr. Rit. in Barchinonen. 10 Januarii* 1609: ſed ex urbanitate debet honorare in ſua Diœceſi alios Epiſcopos advenas, & extraneos. *Eadem Sacr. Congregat. Rit. in dict. Barchinon.* Præcedentia Epiſcoporum in Conciliis Provincialibus ſtatuenda eſt juxta tempus Ordinationis, non autem ſecundum dignitatem Eccleſiarum. *Sacr. Congr. Concilii 19 Aprilis* 1596. Epiſcopus debet habere pacis oſculum ante Præſidem, & Conſiliarios Regios, & omnes alios. *Sac.*

Con-

Congr. in Granaten. 9 Maii 1606. Et quod Epiſcopus præcedere debeat quoſcumque eriam Principes ſæculares in ſua Eccleſia & Diœceſi late, & ſolide probat Pignatell. *tom.* 1, *conſult.* 7, *per tot.* adducens plura jura, & Concilia, & præſertim Concil. Trident. ſeſſ. 25, cap. 17, de reform. & varia Sacratum Congregar. decreta. Epiſcopus in Eccleſia debet in ſublimiori loco ſedere, *cap. Epiſcopus* 10, *diſt.* 95. Epiſcopus in omnibus ſuæ Diœceſis Eccleſiis, quantumvis exemptis & privilegiatis eſt honorandus, eique in Choro, in Capitulo, in proceſſionibus, ac in aliis actibus publicis primus locus, & prima ſedes, quam ipſe elegerit, danda eſt. *Sac. Congreg. Rit. in Tullen. 7 Decembris* 1613. Epiſcopus debet habere ſedem pulchriotem, & majorem, quam Gubernator Civitatis, non tamen coloris rubei. *Sacr. Congr. Rit. in Peruſina 3 Octobris* 1615. Epiſcopi ſedes debet eſſe fixa, & immobilis. *Sacr. Congr. Rit. in Colimbrien. 23 Maii* 1603. Epiſcopi ſedes ſemper eſt ornanda. *Sac. Congr. Rit. in dict. Colimbrien. 23 Maii* 1603, *&* *in Elven. 10 Januar.* 1605. Epiſcopi Sedes apud parietem contra Alrare conſtituenda, & locanda eſt cum decenti ornamento, & apud ſedem Epiſcopi hinc inde ſedes, ſeu ſtalla pro Dignitatibus, & Canonicis deponi debent. *Sacr. Cong. Rit. in Trojana 9 Octobris* 1610. Poteſt ramen Epiſcopus ſibi ſedem in Eccleſia extra Chorum ubicumque voluerit parare, dummodo etiam pro Canonicis locus paretur. *Sacr. Congr. Rit. in Granaten. 9 Maii* 1606. Epiſcopus ad Matutinum in nocte Nativitatis poteſt ſedere vel in Sede Chori, vel in Sede Epiſcopali a cornu Evangelii prout melius ſibi videbitur, & magis populo ſatisfecerit. *Sacr. Congr. Rit. in Alexandrina 25 Martii* 1605, *ad* 15. Sedes Epiſcopi in Eccleſia exempta, ubi Abbas uſum Mitræ habens etiam ſedem tenet, quando illuc accedit, eſt in cornu dextero chori, ſive Eccleſiæ collocanda, uno gradu eminentiori, cum ornatu congruo, & ſitu aliquatenus ſuperiori reſpectu Sedis Abbatis, quæ in ſiniſtro ponenda eſt uno gradu humilior abſque ornatu, & loco aliquatenus inferiori, adeo ut non ſit oppoſita Sedi Epiſcopali. *Sacr. Congr. Rit. in Alexandrina S. Petri in Borgolio 7 Februarii* 1603, *&* *in Decreto generali circa uſum Pontificalium in reſponſion. ad* 15 *edit. 27 Septembris* 1659, & declarat. ab *ead. Sacr. Congr. 20 Julii* 1660. Epiſcopus tantum, & non alius, dum private celebrat, poteſt accipere paramenta in ipſo Altari, & duos habere Miniſtros ſuperpelliceis indutos, præter alium Miniſtrum Clericum, ſive Laicum communi veſte indutum. *Sac. Congr. Rit. in Cremonen. 7 Julii* 1608. Epiſcopus poteſt de jure in omnibus Eccleſiis ſuæ Diœceſis quantumvis exemptis, & privilegiatis Miſſas, & Divina Officia cum aſſiſtentia ſuorum Canonicorum eriam in Pontificalibus celebrare, ſive ab aliis, ſine tamen Pontificalibus, celebrari facere, & in eis habere circulos, contradictores per cenſuras cogendo. *Sac. Congr. Rit. in Ferrarien. 26 Julii* 1600, *&* *in Tullen. 6 Decembris* 1613. Epiſcopus extra ſuam Cathedralem etiam in Eccleſiis exemptis, & Sanctæ Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectis, intra fines tamen ſuæ Diœceſis exiſtentibus, dum ibi celebrat, aut Miſſæ, ſeu Veſperis ſolemnibus, quacumque ex cauſa intereſt, poteſt ſibi aſſumere ſuos Canonicos, & ibi habere cum eis circulum ad gloriam, & ad ipſum pertinet confeſſionem facere cum Sacerdote, incenſum ponere, & benedicere, ac benedictionem poſt Veſperas, vel poſt Miſſam dare. *Sacr. Cong. Rit. in Alexandrina S. Petri in Borgolio 7 Februarii* 1604, in dict. Decreto generali circa uſum Pontificalium *in reſponſ. ad* 15. Unde Regulares tenentur in propriis Eccleſiis erigere Baldachinum Epiſcopo volenti ibi Pontificales functiones exercere. *Sac. Cong. Epiſ. & Regul.* 10 *Junii* 1603, & expreſſo mandato Clementis VIII, & pœnis & Cenſuris ad id, vel ſtatim ac impediat, quin Epiſcopus ipſe illud attollere faciat, compelli poſſunt, ut apparet ex verbis ipſius Decreti. Non poſſunt tamen Epiſcopi in Regularium Eccleſiis invitis ipſis Regularibus exercere illas functiones Epiſcopales, quæ habent mixtam conſiderationem honoris, & juriſdictionis, ut ordinare, degradare, chriſmare, vel ſimilia facere, quia hæc in litteris non exprimuntur. Pignatell. *tom.* 10, *conſult.* 106, *n.* 21, ubi dicit: Immo nec fortaſſe prædicare; Diana *part.* 3, *tract.* 2, *reſolut.* 109, Fagnan. *lib.* 1 *Decretal. in cap. Quia nos* 7, *de auct. & uſu pallii num.* 6, *&* 167,

Donat.

Donat. *in praxi Regul. tom. 1. part. 2, tract. 13, de Exemption. Religioſ. qu. 74, num. 9*, Tambur. *de Jure Abbat. tom. 1, diſp. 15, qu. 15, n.* 10, Mattheucci *Officialis Curiæ cap. 19, num. 36*, & alii. Monacelli tamen *tom. 4 ſupplement. ad 2 tom. n. 362, ex Ventriglia in praxi part. 2, annot. 26, §. unico, num. 6, verſ. His præmiſſis*, tenet tamquam verius, quod Epiſcopus poſſit etiam ſupradicta omnia facere in Eccleſiis Regularium, & exemptis, quia eſt in ſua Diœceſi. Hoc autem certum eſt, ſi Eccleſia Regularis, & exempta, ſit Parochialis, quia, ut refert Pignatell. *loc. cit. num. 21*, cum quæreretur in Sac. Congr. Concilii: *An Eminentiſſimus Epiſcopus Brixienſis in Eccleſia Parochiali Monachorum exemptorum poſſit adminiſtrare Sacramentum Confirmationis invitis ipſis Regularibus, & quatenus poſſit, an contra eoſdem Regulares impedientes dictam adminiſtrationem valeat cenſuris procedere, Sac. Congregatio re pluries propoſita, & mature examinata, utraque parte informante, affirmative ad utramque dubitationem reſpondit 9 Junii 1657, arg. cap. Reſponſo 43, de ſent. excom.* Sicut enim Epiſcopus tamquam primus Parochus poteſt procul dubio baptizare in Eccleſiis Parochialibus Regularium, ita etiam ibi Chriſma conferre, illudque miniſtrare; *arg. c. Quoniam, de ſent. excom. in 6.* Supradicta autem non debent extendi ad Vicarios Epiſcoporum etiam abſente Epiſcopo, ex declaratione *Sac. Rit. Congr. die 10 Julii 1621*, quæ declaravit, *non poſſe hujuſmodi Vicarios, invitis Regularibus, erigere Baldachinum in eorum Eccleſiis*. Nec etiam ſupradicta extendi debent ad Epiſcopum Titularem ſuffraganeum. Si enim accederet ad Regularium Eccleſiam Epiſcopus Titularis ſuffraganeus ad celebranda Pontificalia, non deberent ei erigere Baldachinum, nam talis uſus, & honorificentia, nec in Eccleſiis ſuis, nec in exemptis Diœceſis, nec extra Diœceſim illi competit, quamvis accederet de licentia Ordinariorum, ut reſpondit Sac. Congr. Rit. Epiſcopo Titulari ſuffraganeo Hildeſimen. *6 Martii 1706.* Epiſcopus, qui celebrat tempore quadrageſimæ ſingulis diebus, quando non celebrat ſolemniter, debet uti habitu quotidiano cum Stola. *Sac. Congr. Rit. in Spoletan. 23 Novembris 1612.* Epiſcopum celebrantem non decet, ut Prælatos, Canonicos, & alios quoſcumque thurificet, & aqua benedicta aſpergat. *Sac. Congr. Rit. in Wadislavien. 2 Martii 1613.* Epiſcopo celebranti, ſive faciat Ordinationes, ſive non, tenentur aſſiſtere quinque Perſonæ juxta formam libri Pontificalis. *Sacr. Congr. Rit. in Jacen. 5 Januarii 1606, & in Barbaſtren. 17 Junii 1606.* Epiſcopo celebranti debet aſſiſtere prima Dignitas in Ordine Presbyterali conſtituta quocumque nomine appelletur. *Sac. Cong. Rit. in Vercellen. 7 Auguſti 1610.* Epiſcopus volens exercere Pontificalia extra Eccleſiam Cathedralem, poteſt ſecum aliquos de Capitulo ducere, qui ſibi aſſiſtant, & adminiſtrent. *Sac. Congr. Rit. in Egitanien. 3 Auguſti 1602, in reſponſ. ad dub. 4.* Epiſcopo Pontificaliter celebranti in Eccleſia collegiata, vel Parochiali aſſiſtere ſpectat ad Canonicos Cathedralis, ſi adſint, non ad Canonicos Collegiatæ. *Sacr. Congr. Rit. in Brunduſina 15 Julii 1617.* Epiſcopus debet habere aſſiſtentes digniores, & honoratiores, & ſi aliquas functiones exerceat in Eccleſia non Cathedrali, nec Collegiata, debent ei aſſiſtere Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ, etiamſi in illis Eccleſiis ſufficiens ſit alioquin numerus Presbyterorum. *Sacr. Congr. Rit. in Calaguritana 1 Junii 1601.* Epiſcopus, ſi in die Palmarum, una cum Capitulo, & Clero perſonaliter ad Monaſterium Regularium accedere teneatur, debet ipſe benedicere Palmas privative quoad Abbatem. *Sacr. Congr. Rit. in Faven. 11 Aprilis 1601.* Epiſcopus non debet cum Cappa Veſperas celebrare. *Sacr. Congr. Rit. in Alexandrina 23 Martii 1608, in reſponſ. ad dub. 8.* Epiſcopus aſſiſtens Divinis Officiis cum Cappa non debet ſingulos Canonicos ante ipſum ſalutare detegendo caput, ſed ſatis eſt illis manu benedicere. *Sac. Congr. Rit. in Fluen. 10 Januarii 1604, in reſponſ. ad dub. 5.* Epiſcopo aſſiſtenti Divinis Officiis cum Cappa non debent Canonici ponere, & deponere biretum in ejus capite, nec illo caſu ei aſſiſtere. *Sacr. Congr. Rit. in Theleſina 22 Decembris 1609.* Epiſcopus, qui nullum habet Epiſcopatum, non poteſt in Eccleſia ſua Juriſdictionali, veluti ſi eſſet Præpoſitus, Chriſma conferre, nec alia Pontificalia exercere, niſi de expreſſa licentia Epiſco-

piſcopi, intra cujus Diœceſis fines Præpoſitura exiſtit. *Sacr. Congr. Concil.* quam refert Aldan. *in compend. canon. reſol. lib.* 3, *tit.* 24, *num.* 87. Epiſcopus non poteſt miniſtrare Chriſma ſine licentia Ordinarii loci, etiam vocatus ab inferiore intra fines Diœceſis exiſtente, etiamſi ille inferior prætenderet ratione Exemptionis vocare Epiſcopum, quem maluerit, ad miniſtrandum Confirmationis Sacramentum. Si vero locus talis Exempti non ſit intra fines Diœceſis, ſed nullius, tunc poteſt. *Sacr. Congr. Concilii apud Aldan. loc. cit. tit.* 24, *n.* 88. Epiſcopus poteſt Olea Sacra Catechumenorum, & infirmorum, ſi a Cathedrali abfuerit, in alia Eccleſia conſecrare, & benedicere. *Sacr. Congr. Rit. in Oriolen.* 17 *Novembris* 1600. Epiſcopus ex cauſa neceſſitatis poteſt conficere Olea Sacra cum minori numero miniſtrorum, quam præſcribatur in libro Pontificali. *Sacr. Congr. Rit. in Curien.* 21 *Auguſti* 1604, *apud Aldan. loc. cit. num.* 86.

QU. V.

Quintum Epiſcopale jus quodnam eſt?

Quænam eſt Juriſdictio pura puta Epiſcopalis?

§. I. QUI de Epiſcoporum juribus hactenus ſcripſerunt, non tam ea, quæ Epiſcoporum, quam quæ Diœceſanorum propria ſunt, in medium eduxerunt. Juverit igitur, noſmet Epiſcopalem juriſdictionem ab Diœceſana ſejungere, quæque Epiſcopali perſonæ unice inhæret, in lucem modo proferre, ſuam poſtea etiam Diœceſanæ perſonæ dieculam ſuo loco daturos.

§ II. Licet Chriſtus Dominus ante mortem in ultima cœna Ordinis poteſtatem Apoſtolis tradiderit, (Vid. ſup. Qu. I, §. 1, 2.) tamen nonniſi poſt ſuam Reſurrectionem, paulo ante aſcenſum in Cœlos Juriſdictione eos adauxit, (Joan. XX.) cum hoc diſcrimine, quod illam ſingulis, hanc nonniſi Univerſis invicem cum ſuo Capite conjunctis conceſſam voluerit. (Vid. ſup. Lib. I. Qu. V, §. 1.) Suprema igitur Eccleſiæ Juriſdictio in Apoſtolis una & eorum Principe Petro a Chriſto Dei filio fuit collocata, eaque ad Apoſtolorum Succeſſores & hæredes ex aſſe Epiſcopos una cum Summo Pontifice colligatos tota pervenit.

§. III. En igitur tibi ea Juriſdictio, qua Epiſcopi potiuntur, non uti Diœceſani, ſed uti mere Epiſcopi, cujus plures quidem alii participes fieri poſſunt, conſortes autem eſſe nulli alii poſſunt. Hujuſce Juriſdictionis vi Epiſcopi habent Jus ſubſellii in ſupremo Eccleſiæ Senatu (a) atque Comitiis, jus ferendi ſuffragiis, jus ſen-

---

(a) Bellarm. de Concil. & Eccl. Lib. I, cap. XV, Tom. 2. Catholicorum ſententia eſt, ſolos Prælatos majores eoſque omnes, ideſt, Epiſcopos in Conciliis generalibus & provincialibus habere jus ſuffragii deciſivi ordinarie, ex privilegio autem & conſuetudine, etiam Cardinales, Abbates, & Generales Ordinum, licet Epiſcopi non ſint; ex Presbyteris autem & aliis Clericis minoribus tantum vocari aliquos viros doctos, qui juvent in diſputando, vel aliis miniſteriis; Principes autem vocari, tum ut Concilium defendant, tum ut teſtes & conſcii decretorum Concilii, poſtea transgreſſores & contumaces pœnis corporalibus puniant. Denique, ex privatis Laicis tantum vocari aliquos, qui videantur utiles, vel neceſſarii ad aliquod miniſterium Concilii. Hanc ſententiam eſſe Catholicorum, patet; tum ex perſonis, quæ interfuerunt Concilio Tridentino, tum ex Joanne de Turrecremata lib. 3, cap. 12, & 15, & aliis catholicis Auctoribus.

Theodoſius junior in Epiſt. ad Epheſinam Synodum, quæ extat in 1 tomo ejus Concilii cap. 32, *Illicitum eſt*, inquit, *eum, qui non ſit in ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum, Eccleſiaſticis immiſceri tractatibus.* Pulcheria quoque Imperatrix in Epiſt. ad Strategum Bithyniæ, quæ habetur ante Concilium Chalcedonenſe, juſſit, ut Clerici, Mo-

ſententiæ dicendæ, jusque una cum aliis Epiſcopis ſuo Capiti junctis fidei, morum, ac Diſciplinæ Canones toti Eccleſiæ deſcribendi (*b*).

Præ-

Monachi, & Laici, etiam vi repellerentur a Concilio, exceptis paucis illis, quos Epiſcopi ſecum duxerant. In Concilio Chalcedonenſi, act. 1, cum ad Martinum Archimandritam mitteretur, ut ſubſcriberet, reſpondit, non eſſe ſuum, ſed Epiſcoporum tantum ſubſcribere. Et in eodem Concilio cum pro Dioſcoro Monachi & Laici ingreſſi eſſent, ſæpius Patres clamarunt: *Mitte foras ſuperfluos, Concilium Epiſcoporum eſt*.

(b) Melchior Canus de auct. Concil. L. V, cap. V, edit. Patav. 1720. Scrupulus hic exiſtit qui male quoſdam habet. Nam ſi omnes Epiſcopi ſunt judices, ſummus nimirum Pontifex tenebitur in ferenda ſententia majorem partem judicum ſequi, eorumque doctrinam approbare. In omni enim recto, & bene inſtituto tribunali is, qui præſidet, plurium judicium confirmare debet, paucorum negligere. Hac ſolvenda quæſtione Cardinalis Turrecremata lib. 3 ſummæ Eccleſiæ, capite ſexageſimo quarto, & ſexageſimo quinto, juriſperitos ipſe ſequens multa dicit: quæ mihi non probantur omnia. Nec eſt animus tamen ſingula perſequi, & cujusque opiniones refutare. Acute enim diſputantis, ut Cicero tradit, illud eſt, non quid quiſque dicat, ſed quid cuique dicendum ſit, videre. Quod igitur aſſumptum eſt, Patres concilii non modo conſiliarios eſſe verum etiam judices, id inficias ire nec poſſumus, nec debemus. Nam Patres Nicænæ ſynodi a Sylveſtro contendunt, ut quidquid conſtituerunt, confirmet. Et Leo, quæ a Concilio Chalcedonenſi de fide ſtatuta ſunt, ea dicit ſe probare. Et Concilium ipſum ad Leonem: Decretis, inquit, tuis, noſtrum honora judicium. Et ſexta Synodus, actione decima octava, Anathematizamus, inquit, Theodorum, Sergium, Cyrum &c. & paulo poſt: His omnibus, ait, a ſancto hoc concilio conſtitutis, & per ſubſcriptionem noſtræ fortitudinis confirmatis, ſancimus, ut nullus aliud quicquam de fide ſatagat, &c. Num verba hæc conſulentis ſunt? An potius judicantis? Atque in cæteris Patres non ut conſiliarii, ſed ut judices loquuntur. Caput enim tertium Nicænæ ſynodi ſic habet: *Interdixit per omnia magna ſynodus &c*. Scrupulum vero, qui nunc opponitur, facile eximo. Nego enim, cum de fide agitur, ſequi plurimorum judicium oportere. Nec hic, ut in humanis vel electionibus, vel judiciis, ex numero ſuffragiorum ſententiam metimur. Scimus frequenter uſu venire ut major pars vincat meliorem: ſcimus non ea ſemper eſſe optima, quæ placent pluribus: ſcimus in rebus quæ ad doctrinam pertinent, ſapientum ſenſum eſſe præferendum. Et ſapientes pauciſſimi ſunt, cum ſtultorum infinitus ſit numerus. Quadringenti Prophetæ Achab mentiti ſunt: ex ore vero Michææ ſolius quidem & contemptibilis veritas egreſſa eſt. Non ſunt igitur divina judicia humanis rationibus moderanda. In paucis aliquando citius, quam in multis ſalvat Dominus. Major quippe pars Epheſini concilii ſecundi in Dioſcoris ſententiam venit, nec legati tamen plurium judicio ſubſcripſere. Quocirca ſummus Pontifex majoris partis ſententiam non tenetur amplecti. Immo ſive pauci, ſive plures ad errorem deflexerint, munus eſt apoſtolici Antiſtitis ad veram eos fidem revocare: juxta illud, quod Petro dixit Chriſtus: Ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua, & tu, non unum, & item alterum, ſed ſive paucos, ſeu multos, confirma fratres tuos. Ita Damaſus ſcribens ad Epiſcopos per Illyricum conſtitutos, numerum Concilii Ariminenſis magna libertate contempſit, illique tantæ multitudini unum Vincentium, & alios paucos oppoſuit, qui contra illius Concilii ſententiam dixerunt. Et Leo, cum Anatolius decretum Chalcedonenſis ſynodi de Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ primatu, ſexcentorum triginta patrum conſenſione præferret, quaſi, inquit, refutari nequeat, quod illicite voluerit multitudo. Nulla ſibimet de multiplicatione congregationis concilia blandiantur: nec trecentis illis decem atque octo copioſior numerus ſacerdotum comparare ſe audeat, vel præferre, cum tanto divinitus privilegio Nicæna ſit Synodus conſecrata, ut

Jus Epiſcopale. O

Præterea jus habent extra Comitia accedendi, vel intercedendi Summo Pontifici aut definienti (*c*), aut docenti, aut jubenti, aut vetanti, quorum interceſſiones ſi & numero plurimæ, & pondere maximæ ſint, tantam vim habent, ut rem omnem in ſuſpenſo relinquant. (Vid. ſup. Lib. I, Qu. V, VI, VII, VIII, IX.)

§. IV. Cum de fide ſarta tecta tuenda agitur, de moribus Chriſtianorum regendis, de Diſciplina Eccleſiæ univerſæ ſancienda, tunc Univerſus Orbis una tantum eſt Diœceſis, tunc unuſquiſque Epiſcopus una cum Epiſcopis Summo Pontifici adhæreſcentibus Univerſæ Eccleſiæ Paſtor eſt, unuſquiſque totius Mundi Epiſcopus, unuſquiſque Chriſtianorum omnium curam gerit. Huc ſpectabat Auguſtinus cum ad Bonifacium Papam ſcripſit: *Communis eſt nobis omnibus, qui fungimur Epiſcopatus officio (quamquam ipſe in eo celſiore faſtigio præemineas) ſpecula paſtoralis*. Contra Epiſt. Pelagii in Præfat. Huc Sanctus Cyprianus Epiſt. *68*, al. *67*, cum ad Stephanum Romanum Pontificem ſcribens hæc ait: *Copioſum eſt Corpus Sacerdotum concordiæ mutuæ glutine atque unitatis vinculo copulatum, ut ſi quis in Collegio noſtro hæreſim facere, & gregem Chriſti lacerare, & vaſtare tentaverit, ſubveniant cæteri. Nam etſi Paſtores multi ſumus, unum tantum gregem paſcimus, & oves univerſas, quas Chriſtus ſanguine ſuo & paſſione quæſivit, colligere, & fovere debemus*. Huc S. Gregorius Nazianzenus in Oratione XVII, cum Sanctum Cyprianum *Epiſcopum Univerſalem* vocavit, cumque in Oratione XXI Divum Athanaſium *Univerſi Terrarum Orbis Epiſcopum* appellavit. Huc denique Baſilius, (Ep. 52, edit. Pariſ. *1636*, pag. *79*.) cum ſcriptum reliquit, S. Athanaſium omnium Eccleſiarum curam geſſiſſe.

§. V. Atque hæc quidem Epiſcoporum Juriſdictio eſt pura puta Epiſcopalis, diverſa ab illa, quam iidem ipſi Epiſcopi in ſuis Diœceſibus exercent, quamque uti Diœceſani poſſident. Illam ipſimet Chriſto Dei filio, (Joan. XX.) hanc Eccleſiæ ac-

---

ut ſive per pauciores, ſive per plures Eccleſiaſtica judicia celebrentur, omni pœnitus auctoritate ſit vacuum, quidquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum. Hactenus Leo.

Non itaque, quod in humanis Conſeſſibus ſit, plurium apud nos ſententia prævalet. Quod ſi ſemel fidei cauſam ad humanas conjecturas, prudentiamque deducimus, reverendum eſt ſane, ne Eccleſiæ negotium ex divino humanum faciamus. Quin etiam certum eſt, qui probabili multorum judicio nituntur, eos fidei noſtræ firmitudinem labefactare. Secundum quippe Concilium generale centum quinquaginta patrum numero conſtitit, quartum vero patres habuit ſexcentos triginta: utrumque tamen pari veneratione ſuſcepit Eccleſia. Non enim numero hæc judicantur, ſed pondere. Pondus autem Conciliis dat ſummi Pontificis & gravitas, & auctoritas: quæ ſi adſit, centum patres ſatis ſunt: ſin deſit, nulli sunt ſatis, ſint quamlibet plurimi. Nec ſi major pars patrum vere ſentiat, ſummus Eccleſiæ Pontifex repugnabit. Id enim ad peculiarem Chriſti procurationem pertinet, ne Eccleſia in factiones duas dividatur. Nec Romanus unquam Epiſcopus, ſi exemplum queritur, contra patres concilii vere ſentientes dixit.

(c) Intellige, dum conduntur definitiones, aut dogmata, aut decreta, non poſtquam condita ſunt.

acceptam referre debent. (Vid. infra Part. III, Quæſt. I, §. 1, 2, Qu. III, §. 1, 2, 3, 4.) Qui in Tridentino Concilio Epiſcoporum juriſdictionem divinitus partam propugnabant, quique impugnabant, utrique pro modulo ſuo vera loquebantur. Toti huic controverſiæ, quæ Tridentinos Patres (Vid. Pallav. Hiſt. Conc. Trid. Lib. 18, c. 14, & Lib. 21, cap. 11, 13.) adeo ſuſpenſos tenuit, finem is facile attuliſſet, qui illos duplici perſona indutos, duplicique proinde juriſdictione, Epiſcopali, & Diœceſana ornatos eſſe monuiſſet, illam a Deo unice proficiſci, hanc ab Eccleſia derivari, eos docuiſſet.

Digitized by Google

QU. VI.

Sextum Epiſcopale jus quodnam eſt?

Ecquod ſingulare Epiſcoporum inſigne?

§. I. MItra, ſeu Cidarim, ſeu Coronam vocare mavis. Inter Epiſcoporum inſignia numerantur etiam Pedum, Crux, Annulus, Chirothecæ, & Ocreæ Pontificales. Verum hæc omnia non ſunt adeo antiquiora (a), ut affirmare tuto poſſimus, ea eſſe propria, naturalia, ac ſingularia inſignia Epiſcoporum. Mitra autem jam inde uſque ab Apoſtolis originem ſuam repetens Epiſcopalis dignitatis comes ſemper fuit, ac ſocia. Quid enim aliud erat aurea illa lamina, quam in fronte geſtavit tum Joannes, ut ex Policrate Epheſiorum Epiſcopo refert Euſebius Lib.

(a) Thomaſs. de V. & N. E. D. Part. I, Lib, II, cap. 58, n. 2. Ad Græcos progredior, quos inter Balſamon ſolis Patriarchis videtur baculos permittere. Hæc quippe ille recenſet Patriarchalia ornamenta: *Quoniam vero baculus, & ſaccus, & polyſtaurium, & ſticharium cum litteris gamma, Patriarchalem ſanctitatem ſolum nobilitant, &c.* Addit ex baculo illam exhiberi aruodinem, quæ geſtanda Chriſto data eſt, paulo poſt paſſuro, ut ea veluti conſignaret confirmaretque ſalutis noſtræ fœdera: *Baculi ſignificant arundinem illam, quæ ſalutem humani generis egregie depinxit teſtis in cœlo fidelis*. Hinc prona eſt conjectura, ejuſmodi baculos, ſeu Regum, ſeu Epiſcoporum manu geſtarentur, vere baculos illos ipſos fuiſſe, quibus gradum fulciebant, ubi longum emetiendum erat iter; ideoque nec materiæ ejus pretium, nec formæ artem curæ magnopere fuiſſe: poſt varias temporum vices myſticas eis additas fuiſſe ſignificationes: ita & opulentiam eis acceſſiſſe, quæ inſignia jam eſſent ſummæ poteſtatis, ſive Regiæ, ſive Sacerdotalis. Neminem fugit aureum illud Apoſtolici quondam Præſulis dictum, aureos olim Epiſcopos ligneis baculis uti ſolitos fuiſſe, nunc aureis uti baculis Epiſcopos ligneos. Nec ille, quem circumgeſtabat ſanctus Severinus Colonienſis Epiſcopus, alius erat, quam oſitatus baculus, quo fulciret nutantem greſſum. Quanquam eo deinceps Inſigni, & Archidiaconi alicubi, & alii Capitulorum dignitatibus radiantes ornari ſe ab aliiſque Canonicis ſecerni voluerint. Conſule, ſi vacat, Gregorium Turonenſem .... Cum nec Germanus Patriarcha, nec Alcuinus, nec alius quiſquam eorum qui ornatus ſacros ad altare adhiberi ſolitos pertractarunt, tam in Oriente, quam in Occidente, ad earum ſignificationes myſticas enucleandas, cum nemo horum, inquam, pectoralem attigerit crucem, argumento id eſt, nulla tunc eam lege vel conſuetudine generali uſurpatam fuiſſe. Cæteroqui enim libero, & peculiari inſtinctu id genus cruces vel appenſas pectori, vel appreſſas geſtavere ſemper pleríque, non Pontifices tantum, ſed & Clerici, Laicique. Chryſoſtomus faceſſere juſſis ſuperſtitionibus quibuſcumque ad puerorum ægritudines depellendas adhiberi tum ſæpe ſolitis, hortabatur fideles, ut ad crucem potius recurrerent, eamque ad infantium cuſtodiam adhiberent: *Cum infanti nihil ſit aliud adhibendum, quam crux ad cuſtodiam* [illegible]. Et hæc utique origo eſt vocis hujus, *phylacteria*, quæ poſtea in hanc deſcivit, *philateria*, *filateria*, quod hæ Reliquarum thecæ ad cuſtodiam & tutamen eas geſtantium conferre non parum exiſtimarentur. Leontius Epiſcopus Neapolitanus in Inſula Cypro docet,

Lib. V Hiſt. cap. 24, tum Jacobus frater Domini, ut ex Clemente Alexandrino narrat Epiphanius hær. 29, §. 4, tum Marcus Evangeliſta, ut ex MS.

---

cet, Zachariam Joannis Eleemoſynarii veſtigiis inſiſtentem, ut qui ſub eo tyrocinium poſuiſſet, cum nihil ſupereſſet quod egeno daret, exoiſſe crucem argenteam quam gerebat appenſam, eamque pauperi donaſſe: *Abſtulit a ſe cruciculam argenteam quam gerebat, & dat ei*. Epiphanius ipſe agnovit per phylacteria ſæpe intelligi *Amuleta* antiquorum illa, quibus morbi propulſabantur. Conſentiunt & Gloſſæ veteres, atque Iſidori. Advertit Poſſinus in notis ad Michaelem Palæologum Pachymeris, jurare ſolitos Græcos per cruces ad pectus pendentes, quas τεϊμαυτα, ἐγκόλπια vocabant. Narrat ibidem Pachymeres ipſe Sultanum, ut infucatam ſuam & ſinceram in Chriſtum fidem Imperatori teſtatam faceret, unom ex his phylacteriis ab eo poſtulaſſe, atque ita ſignificaſſe a ſe ſacras etiam imagines religioſe coli. Illud quoque memorat Nicephorus Gregoras, Andronicum ſeniorem Imperatorem, cum animam jamjam eſſet exhalaturus, nec haberet a quo Euchariſtia portigererur, *Dei Genitricis imaginem, quam in ſinu geſtabat*, loco divinorum Myſteriorum in os inſeruiſſe. Si tam religioſe croces, Reliquiarumque ſacrarum thecas laici & ſinu geſtabant, & appendebant collo, & venerabantur: an Clericorum Epiſcoporum pietas ea in re ceſſabat omnino? nemo ſanus ita cenſebit. Et hæc quidem de Græcis. Jam de Latinis ut dicam: eandem phylacteriorum vocis originem ſuo ſuffragio confirmat Hieronymus, cum ait eo nomine indigitari in Evangelio veſtium fimbrias, & extremas oras, quibos inſcribebantur monita aliqua pia ex Scripturis decerpta, quod ita eſſet omnibus perſuaſum, certiſſima hæc eſſe munumenta adverſus dæmonum aſſultus: *Pittaciola illa Decalogi Phylacteria vocabant, quod quicumque habuiſſet ea, quaſi ob cuſtodiam, & munimentum ſui haberet*. Sanctus Germanus Altiſiodorenſis Epiſcopus appenſas ſemper ad collum geſtabat Reliquiarum capſas: *Redimitus loro ſemper, & capſula ſanctorum Reliquias continente*. Is ipſe Genoveſam Virginum ſacrarum incomparabile decus ærea effigie donavit, cui inſculptum erat crucis ſignum, vetoitque ne unquam collo deponeret: *Æreum nummum impreſſione crucis exculptum muneris loco Genoveſæ tradidit, atque ſemper cello ſuſpenſum ob ſui memoriam ferre præcepit*. Cum denique ſanctiſſimum virum in Italia iter facientem mors intercepiſſet, Placidia Imperatrix ambiit, & tandem impetravit hanc ejus ſacrorum pignorum capſam. *Solius benedictionis hæres, capſulam cum ſanctis Reliquiis Regina ſuſcepit*. Beda vero aoctor eſt, Germanum eundem in majorem Britanniam profectum puellæ oculos viſumque reſtituiſſe, impoſita oculis Reliquiarum capſula: *Adhærentem lateri ſuo capſulam cum Sanctorum Reliquiis collo avulſam, manibus comprehendit, eamque in conſpectu omnium oculis puellæ applicuit*. Gregorius Epiſcopus Turonenſis, is ipſe qui hiſtoriam ſcripſit, ingruentem ſedavit tempeſtatem, fulmina, procellaſque compoſuit, objecta tantum Reliquiarum theca, quam in ſinu ſemper gerebat. *Reliquias, has enim indeſinenter collo ferebat, de ſinu protrahit, & minacibus conſtanter nubibus opponit*. Sanctus Perpetuus Turonenſis Epiſcopus in teſtamento ſuo legavit thecam argenteam Reliquiarum, & *crucem parvam auream ex emblaſmate, in qua ſunt de Reliquiis Domini*, id eſt, ubi Crucis Dominicæ fragminula incluſa erant. Ad conſulta Bulgarorom reſcribens Nicolaus I Papa, vehementer commendat religioſam eorum pietatem, qui crucem aliquam circumgeſtabant ſemper, ut & memoriam refricarent ſibi, & amorem illum crucis alerent, quo præpoſteræ cupiditates debellantur: cum corpore geſtatur, ut & mente geſteri debeat, facilius admonetur. Ex his omnibus, qoibus attexi poſſent & complura alia ejuſdem generis, illod certe elicitur, gerendæ crucis & ſacris pignoribus gravidæ thecæ conſuetudinem inter laicos fideles pervagatiſſimam primo fuiſſe. Epiſcopos cæteris frequentios in hoc edendo pietatis documento inclaruiſſe: Romanos Pontifices quod liberæ pietatis ante fuerat, primos ad Altaris & ſacrificii ritus ornatuſque tranſtuliſſe, crucemque ſuperpoſuiſſe Pontificalibus aliis omnibus indumentis, ut ab exemplo mani-

ſe-

MS. Auctor. paſſion. S. Marci colligit Valeſius not. in Euſeb. Lib. V, cap. 24, niſi illa ipſa Mitra, quam omnibus retro temporibus, & nunc etiam in capite gerunt Epiſcopi, cum magna incidunt myſteria?

§. II. Hugonem Menardum, qui in not. ad Lib. Sacramentar. S. Gregorii pag. 362, Mitræ uſum poſt annum milleſimum in Eccleſiam invectum fuiſſe, negantibus concludit argumentis, ajentia refellunt teſtimonia, ac Monumenta. Amianus Marcellinus ethnicarum partium homo, Epiſcopalique dignitati maxime infenſus Lib. 29 fatetur, Maſcizelium Afrorum tyrannum ab Theodoſio bello devictum *militaria inſignia, & coronam Sacerdotalem cum cæteris, quæ intereeperat, nihil cunctatum reſtituiſſe*. Quid? Nonne Ennodius in Epigram. Divi Ambroſii *Coronam* Fulgentibus gemmis radiatam verſibus ſuis illuminavit? *Sacra redimitus geſtabat lucida fronte, diſtincta gemmis*. Nonne Euſebius Lib. X, cap. 4, in ea quam Tyri in Encæniis habuit oratione, illos Epiſcopos omnes nobis exhibet coronis Epiſcopalibus redimitos? *Amici Dei, & Sacerdotes, qui ſacra tunica talari induti, & Cœleſti gloriæ Corona decorati, & Sacerdotali Sancti Spiritus veſte amicti eſtis*. Nonne & Gregorius Nazianzenus, ubi de ſua Conſecratione narrat, Coronæ meminit Epiſcopalis? *Idcirco me Pontificem cingis ac pondere cingis, capitique Cidarim imponis*. Hæc locupletiſſimorum, atque antiquiſſimorum exemplorum copia teſtimonium graviſſimum dicunt in eos, qui Epiſcopalis Mitræ uſum Sæculo decimo juniorem eſſe contendunt.

§. III. Ex hoc porro Mitræ ſeu Coronæ uſu manavit illa Epiſcopos ſalutandi, atque adjurandi formula: *Precor Coronam: Per Coronam veſtram: Auctoritas Coronæ veſtræ: Miſeratio Coronæ veſtræ*: (*b*) quæ apud veteres loquendi formulæ vulgares erant, quoti-

---

ſeſtatum eſt Gregorii Magni, & ex Innocentii III ſcriptis: denique Epiſcopos omnes alios in primæ Sedis æmulationem exarſiſſe, & cruce ipſos quoque inter ſacra ſe ſe communiiſse,

Quod ad annulum attinet, illum Latinis tantum tribuit jus Orientale, faleturque idoneum cum primis id eſſe ſymbolum, quo Epiſcopi ſe Eccleſiarum ſponſos eſſe palam profiteantur: *Quemadmodum enim Chriſtus Eccleſiæ, mundarumque, & virginearum Eccleſiarum ſponſus eſt: ſic qui ubique ſunt ſanctarum Eccleſiarum Præſules, ſponſi appellantur, accepto Spiritus ſigillo, ut annulo*. Ita enim Latinis verbis vertenda ſunt Græca, non autem, *annulo accepto, ut Spiritus ſigillo*. Non ergo Græci Epiſcopi dum ordinarentur, alio muniebantur annulo, quam Spiritu Sancto. Videtur autem Optatus Milevitanus his verbis alludere ad Epiſcopalem annulum. *Ut heretici omnes nec claves habeant, quas ſolus Petrus accepit, nec annulum, quo legitur fons eſſe ſignatus*. Et infra ibidem: *Bene revocaſti claves ad Petrum, bene ſubduxiſti annulum iis, quibus aperire non licet ad fontem*. Ubi Epiſcopatus teſſeras hæreticis aufert. Annuli quoque Epiſcopalis mentio apud Iſidorum, qui & myſticas ejus indigitat ſignificationes: *Datur & annulus propter ſignum Pontificalis honoris, vel ſignaculum ſecretorum, ne indignis Sacramenta Dei aperiantur*.

Chirothecarum uſum Apoſtolicæ traditionis eſſe aſſerit Honorius Auguſtodunenſis in Gemma animæ, lib. I, cap. 215, ubi ait: *Chirothecarum uſus ab Apoſtolis eſt traditus*. Sed (ait Cardinalis Bona, lib. I rerum Liturg. cap. 24, §. 12) „ hoc credibile non eſt, cum per aliquot ſæcula, „ nullum earum reperiatur monumentum, „ nec illis unquam uſa ſit Eccleſia Orientalis. “

(b) Sidon. lib. VI, epiſt. III, Hunc eate-

tiſianæ, ac pervulgatæ. Hinc Auguſtinus Donatiſtarum Epiſcopos hiſce affatur verbis Ep. 147: *Per Coronam noſtram nos adjurant veſtri, Per Coronam veſtram vos adjurant noſtri*. Et Hieronymus ad Auguſtinum ſcribens Ep. 26: *Fratres tuos, ut meo nomine ſalutes, precor Coronam tuam*. Et Alipius ad Paulinum Ep. 35: *Ad venerandum Socium Corona tuæ Patrem noſtrum Aurelium ita ſcripſimus*. Et Sidonius Apollinaris ad Leontium Epiſcopum Lib. VI, Ep. 3: *Auctoritas CORONÆ VESTRÆ*. Et Paſchaſius Epiſcopus ad Leonem Papam Lib. VII, Ep. 8: *Jubere dignata eſt CORONA veſtra*. Et Epiſcopi Concilii Tarraconenſis in Ep. ad Hilarium Papam: *Debita CORONÆ veſtræ obſequia reddentes*. Et Concilii Veneti Patres an. 453 in acclamationibus: *Incolume Regnum, & CORONAM veſtram Eccleſiæ Deus protegat*.

§. IV. Sunt qui hanc loquendi rationem non a Mitra, ſed a Tonſura Clericali ductam volunt (Savaro Not. in Sidon. Lib. III, Ep. III.) Næ ὕστερον πρότερον. Nam res eſt graviſſimis, certiſſimiſque monumentis testata, Tonſuram Clericalem non ante Sæculum Sextum in Eccleſiaſticorum mores inductam fuiſſe (Vid. infra Lib. VI.) Sunt etiam, qui hujuſce locutionis genus ex forma Presbyterii dimanaſſe putant (Cavallarius Inſt. Jur. Canon Part. I, cap. XXXI, §. 8.) Veriſimile fortaſſe videri hoc poſſet, ſi laudatæ Hieronymi, Alipii, Sidonii Apollinaris Epiſtolæ non ſolis Epiſcopis, ſed eorum Presbyteriis inſcriptæ eſſent.

§. V. Maneat igitur, illas Epiſcopos ſalutandi formulas non aliunde ortas eſſe, quam ex Corona, ſeu Mitra Epiſcopali, qua una Epiſcopi ab aliis omnibus diſtinguebantur, tanquam inſigni Regalis illius Sacerdotii, quod ſibi a Chriſto traditum fuit. Præclare Epiphanius Hæres. 29: *Sacerdos Jeſus Chriſtus Dominus noſter in æternum fuit ſecundum ordinem Melchiſedech, idemque Rex ſecundum ſuperiorem ac cæleſtem Ordinem, ut una cum lege Sacerdotium transferret... In Davidis ſolio conſidet Chriſtus, propterea quod Davidis Regnum tranſtulit, idque ipſum una cum Pontificatu ſervis ſuis indulſit, hoc eſt Eccleſiæ Catho-*

---

tenus commendare præſumo, ut ſi eum inſtruere dignanter advocatio conſulta faſtidit, *auctoritas coronæ tuæ* diſſimulantibus ſtudeat excudere reſponſi celeritatem. Id. lib. VII. De minimis rebus *coronam tuam* maximiſque conſulerem. Ennod. lib. IV, ep. XXIX, ad Symmach. (in monument. SS. Patrum ortodoxo graph. tom. I latin. p. 356.) Ut erigat parvulos implorata *coronæ veſtræ* miſeratio. Ad eumd. ibid. p. 377. Parthenius igitur præſentium portitor germanæ filius, hac ad *coronam veſtram* fiducia animante directus eſt. Lib. V, ep. XVII, (ib. p. 409.) ad Marcellin. Fiduciæ meæ *coronam veſtram* non ambigo reſponſuram. Lib. IX, epiſt. XXVII, ad Aurel. (ibid. p. 474.) O ſi mihi liceret adhuc æquali cum beatitudine tua forte contendere, ſed dormiunt apud *coronam tuam* propinquitatis privilegia. Hier. ep. XXVI ad Aug. inter. ep. Aug. *Precor coronam tuam*. Aug. ep. CXLV ad Proculcian. Epiſc. partis Donati: Honorant nos veſtri, honorant vos noſtri. *Per coronam* noſtram nos adjurant veſtri; *per coronam* veſtram vos adjurant noſtri.

Conſule Andream de Sanay in ſua Panoplia Epiſcopali de ſacro Epiſcoporum ornatu Libros ſeptem complectente, in quorum primo agitur de Mitræ Epiſcopalis antiquitate, in ſecundo de Baculo Paſtorali, in tertio de titulo Epiſcopali, in quarto de annulo, in quinto de Chirotecis Epiſcoporum, in ſexto de Dalmatica, in ſeptimo de Compagis, & ſandaliis Pontificalibus.

Digitized by Google

tholicæ Principibus. Qua ratione autem factum ſit, ut Mitræ ſingularia olim Epiſcoporum inſignia nuperis hiſce Sæculis Cardinalium, Abbatum, ac Canonicorum communia eſſe cœperint (*c*) equidem divinare non auſim.

QU.

(c) Bened. XIV de Syn. Diœceſana Lib. III, cap. XI, n. XI. Nonnulla reperiuntur Cathedralium Eccleſiarum Capitula., a Romanis Pontificibus hoc ſingulari exornata privilegio, ut Dignitates, & Canonici uſum habeant Pontificalium. Jamdiu Dignitates, & Canonici Eccleſiæ Cathedralis Lucenſis a Lucio III, Alexandro III, Martino V, & Julio III, poteſtatem acceperant geſtandi Mitram albam ſericam, ad inſtar S. R. E. Cardinalium; cumque Benedictus XIII Lucenſem Eccleſiam in Metropolitanam erexiſſet, aliud illis addidit privilegium, deferendi Paſtorale baculum, inſtar Abbatum. Clemens XI Dignitatibus & Canonicis Eccleſiæ Metropolitanæ Beneventanæ, & Eccleſiæ Metropolitanæ Mediolanenſi, præter Mitram, omnia indumenta conceſſit, quibus utuntur Abbates uſum Mitræ habentes. Ac tandem ut cætera prætereamus exempla, Benedictus XIII uſum Pontificalium permiſit Dignitatibus, & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Viterbienſis. Quibus poſitis, dubitatur, an Canonici, ejuſmodi privilegiis decorati, poſſint in Diœceſana Synodo Pontificalia Inſignia adhibere. Et reſpondendum cenſemus, poſſe, ſepoſitis cæteris Pontificalibus ornamentis, atque aſſumptis ſacris veſtibus, quæ communes ſunt aliis Canonicis, uti ſola Mitra, cum Epiſcopus Miſſam ſolemni ritu celebrat, cumque una cum eodem Epiſcopo, & univerſo Clero ad publicas incedunt ſupplicationes. Mitram pariter geſtare poterunt in Synodalibus ſeſſionibus; modo tamen aliis ſacris, non vero Pontificalibus, veſtibus adſint induti; incongruum quippe eſſet, ſine aliis ſacris indumentis, Mitram deferre. Quod poſſint in prædictis actibus Mitram adhibere, ex verbis colligitur privilegiorum, quibus potiuntur; in illis ſiquidem vel uſus Mitræ ipſis tribuitur etiam expreſſe & nominatim in Synodo, quemadmodum ſonant verba privilegii conceſſi Canonicis Viterbienſibus; vel ſaltem generalis facultas datur, Mitram geſtandi in omnibus functionibus Eccleſiaſticis, quibus etiam Synodales comprehenduntur. Quod vero nequeant alia Pontificalia indumenta adhibere, cenſuit ſacra Congregatio Concilii: etenim cum Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ S. Agatæ Civitatis Cremonæ, cujus cap. 1 hujus libri num. 4 meminimus, vellet Cremonenſi Synodo intereſſe, indutus Pontificalibus ornamentis, quorum uſum illi cæteroquin competere, nullus dubitabat, eique ſe opponeret Epiſcopus, quæſitum fuit a ſacra Congregatione Concilii: *An Præpoſitus S. Agatæ poſſit, ultra uſum Mitræ, in Cathedrali, & actionibus Synodalibus uti baculo, aliiſque Pontificalibus, & laminis aureis, cum ſeparato genuflexorio, & ſede, occaſione celebrationis Miſſæ in Synodo*: Et die 5 Aprilis 1732, reſponſum fuit: *Negative, excepto uſu Mitræ ſimplicis, in actibus Synodalibus tantum*. Iterumque cauſa propoſita, die 8 Auguſti 1733, ſacra Congregatio fuit in eadem ſententia quoad omnia, excepta qualitate Mitræ, quam dixit, poſſe a Præpoſito geſtari auriphrygiatam. Credere autem fas eſt, ideo quoad hoc ſacram Congregationem ſententiam mutaſſe, quia deprehenſum fuit, Præpoſitum exemptum eſſe ab Epiſcopi Juriſdictione; cæteri quippe, Mitræ uſu a Sede Apoſtolica donati, ſi Epiſcopi Juriſdictioni ſubjaceant, in Epiſcopali Synodo Mitram ſimplicem dumtaxat, & non auriphrygiatam, ferre permittuntur, juxta apertam deciſionem Clementis IV in cap. *Ut Apoſtolicæ, de privilegiis, in 6*, cujus verba ſunt: *De Fratrum noſtrorum conſilio, præſenti decreto ſtatuimus, ut Abbates, & alii, quibus Mitræ uſus eſt ab eadem Sede conceſſus, exempti quidem in Provincialibus Conciliis, & Epiſcopalibus Synodis (quibus nonnulli eorum intereſſe tenentur) Mitris tantummodo auriphrygiatis, non tamen aureas, vel argenteas laminas, aut gemmas habentibus, uti poſſint, non exempti vero, ſimplicibus, & albis, ac planis utantur. In aliis vero locis exemptis, & non exemptis, Mitris liceat*

illis

Digitized by Google

illis uti, prout conceſſa eis ab eadem Sede Indulta permittunt. Quamobrem Canonici, & alii, qui nobiliori Mitra in aliis actibus, & functionibus Eccleſiaſticis, ex privilegio utuntur, ſi eamdem in Synodo deferre geſtiant, concludenter probare debent, id etiam honoris ſibi ſpecialiter, & expreſſe, & quidem poſt Clementem IV fuiſſe a Sede Apoſtolica tributum.

Digitized by Google

QU. VII.

Quibus moribus præditi, quibuſque virtutibus ornati eſſe debent ii, qui ad Epiſcopatus Ordinem ſunt provehendi?

§. I. Quibus moribus præditi, quibuſque virtutibus ornati eſſe debeant ii, qui Epiſcopali Sacerdotio cumulandi ſunt, non aliunde melius, ac plenius id diſcere poteris, quam ex Divi Pauli Epiſtolis. Quamquam meo quidem judicio falluntur illi, qui Epiſcopales omnes dotes virtuteſque hiſce Pauli verbis comprehenſas putant. *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum, ſed domui ſuæ bene præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate*. (ad Timoth. I, cap. III, v. 2, 3, 4.) Nam illic Apoſtolus non Epiſcoporum, qui tunc uno Apoſtolorum nomine cogniti erant, ſed Presbyterorum, qui & Epiſcopi vocabantur, mores formabat. (Vid. ſup. Part. I, Qu. III, IV, V, & ſeq.) Neque hæ virtutes, quas in Presbyteris ab Timotheo ordinandis ibi requirit Apoſtolus, ſunt ejuſmodi, quæ Epiſcopum ornare ſatis poſſint. Poſtulat ille quidem, ut *irreprehenſibiles* ſint, quo uno Verbo genus omne virtutis complexus eſſe videtur. (Chryſoſt. Hom. 10, pag. 1569, Edit. Pariſ.) Attamen eo loci hoc verbo nihil aliud Timotheo mandat Apoſtolus, quam ut neminem in Presbyterorum Collegium cooptet, qui de aliquo crimine poſſit poſtulari, atque in judicium rapi. Ipſe Divus Paulus in Ep. ad Titum I, 5, ſententiam ſuam totidem fere verbis eſt interpretatus, &, quid ſibi velit vocabulo *Epiſcopi*, & *irreprehenſibilis* apertius explanat: *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per Civitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Si quis ſine crimine eſt, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet enim Epiſcopum eſſe ſine crimine, ſicut Dei Diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non turpis lucri cupidum*. Habemus hic ex Divo Paulo Verborum *Epiſcopi*, & *irreprehenſibilis* illuſtrem explicationem. Nam quos in Ep. ad Timotheum *Epiſcopos* appellat, in hac Epiſtola *Presbyteros*, vocat, quoſque ibi *irreprehenſibiles* eſſe jubet, hic *ſine crimine*, ait, eos eſſe debere; non ait *ſine peccato*, ſed *ſine crimine*, ut intelligamus, eos demum irreprehenſibiles dici, qui ab criminibus accuſatione, & cenſura dignis ſunt immunes. Præclare D. Thomas in hunc locum: *Si quis ſine crimine eſt: Dicendum eſt*, inquit, *quod aliud eſt crimen, aliud eſt peccatum. Peccatum dicitur quodcumque ſive magnum, ſive parvum, ſive occultum. Crimen*

autem

Digitized by Google

autem magnum & infame. (Vid. ſup. Lib. III, Qu. XVIII, XIX.)

§. II. Majora ſunt quæ ab Epiſcopis ſunt exigenda, quam quæ a Presbyteris; & quo magis Epiſcopi Presbyteris dignitate antecellunt, eo etiam magis virtutibus præſtare debent. Ille, ille nobis fingendus eſt Epiſcopus, qui non ſolum detractis omnibus vitiis, & criminibus, ſed omnigena laude, & virtute cumulatus exiſtat, qualem Paulus deſcripſit (Ep. I ad Timoth. IV, 12.) cum Timotheum monuit, ut ſe ſe exemplum omnibus præberet I *in verbo*: II *in converſatione*: III *in charitate*: IV *in fide*: V *in caſtitate*. Magna doctrinæ vis, Vitæ Sanctimonia, Charitas, Fides, Caſtitas, hæ, hæ ſunt eæ virtutes, quæ exornare Epiſcopum maxime debent; hæ, quas ab Timotheo non tantum Presbytero, ſed veri nominis Epiſcopo efflagitabat Apoſtolus, hæ denique in iis omnibus quærendæ, qui Epiſcopali charactere ſunt inſigniendi.

§. III. Doctrina igitur in primis, & Sacrarum litterarum ſcientia exculti eſſe debent Epiſcopi. Hoc etiam Titum monitum voluit Apoſtolus, ubi ait: *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum in doctrina*. Quamobrem Patres Concilii Carthaginenſis anno 398 ſtatuerunt: *Qui Epiſcopus ordinandus eſt, examinandum eſſe*, (*a*), *ſi ſit litteratus, ſi in lege Domini in-*

(a) Cardinalis de Luca de Relat. Rom. Diſcur. XXI, Tom. XV. Cum Gregorius XIV (qui tamquam Epiſcopus Cremonenſis, ante purpuræ aſſecutionem, in Concil. Tridentino interfuerat) præfati Concilii ſenſuum conſcius eſſet, circa diligentem inquiſitionem eorum, qui ad Eccleſias Cathedrales, vel Metropolitanas eſſent promovendi; hinc ad Summi Pontificatus apicem evectus, conſtitutionem deſuper edidit, præſcribendo formam in hac inquiſitione, ac examine, tam de doctrina, quam de vita, & moribus, habendo in Curia, vel reſpective extra; atque huic ſenſui inhærendo Clem. VIII immediatus ſucceſſor publicum, ac ſolemne examen, coràm ſe ipſo, & Cardinalium Congregatione habendum introduxit, ut ita ſecuta aſſumendi approbatione, alia fierent acta conſiſtorialia, ſuperius in Conſiſtorii rubrica inſinuata. Ita ergo introducta eſt iſta Congregatio, quæ conſtat ex competenti Cardinalium numero vario pro Papæ arbitrio, ac etiam ex aliquibus Prælatis, & Religioſis, qui ſint Canonum, & Theologiæ profeſſores, iſtique examinatores dicuntur, quorum aliqui ſunt fixi, nempe Rotæ Decanus, vel Vicedecanus, Viceſgerens, & Magiſter S. Palatii; alii vero Prælati, vel Religioſi aſſumuntur pro Papæ libito, diſtributis inter iſtos muneribus pro qualitate, ſeu profeſſione examinandorum in propria profeſſione canonum, ſeu decretorum, & Theologiæ ſcholaſticæ, vel reſpective moralis. Ad iſtam vero ultimam facultatem, pro frequentiori praxi examen hodie reſtrictum videtur, cum ipſorum examinandorum optioni remiſſum ſit unam, vel alteram ex his facultatibus eligere. Iſtud vero examen fieri ſolet ad interrogationem trium examinatorum, duorum ſcilicet inferioris ordinis, ut ſupra, & unius Cardinalis, pro eo tempore, quod Papæ placeat: Quod ſcilicet introductus per Viceſgerentem ille, qui eſt examinandus, ante conſpectum Papæ, dictorumque Cardinalium, & aliorum examinatorum, genuflexus interrogatur ſuper aliquibus dubiis, vel quæſitis eam facultatem concernentibus, atque peracto examine, exquiritur per Papam votum Congregationis, an ille approbari, vel reprobari mereatur, per quandam ſpeciem, ſeu imaginem illius examinis, quod juxta formam præſcriptam a C. T. haberi debet in proviſione Parochialium. Problematica vero, atque adhuc ſub Judice indeciſa eſt quæſtio inter viros ſapientes, ac zelantes, an iſta introductio commendatione digna ſit necne? Aliqui enim affirmativam tenent, ex rationibus in præfata Gregoriana Conſtitutione aſſignatis, atque ut ita eorum, qui ad tantum munus aſſu-

inſtructus, *ſi in Scripturarum ſenſibus cautus*, *vel acutus*, *ſi in dogmatibus Eccleſiaſticis exercitatus*. Conc. Tom. I, p. 978. Synodus VII Œcumenica anno 787, can. 2, ſtatuit, *omnem qui ad Epiſcopatus gradum eſt provehendus*, *modis omnibus Pſalterium noſſe*, *ut ex hoc etiam omnis Clerus moneatur & imbuatur*. *Inquiratur autem diligenter*, *ſi in promptum habeat legere ſcrutabiliter*, *& non tranſitorie tam Sacros Canones & Sanctum Evangelium*, *quam di-*

---

aſſumendi ſunt, experimentum fiat; ducto etiam argumento a dicta forma introducta per Sac. C. T. in proviſione Parochialium; fortius vero, eoque magis in tam graviori proviſione ejus, qui deputandus eſt Parochus Parochorum. Alii vero inclinare videntur in negativam, quaſi quod duplex ita inſerri dicatur injuria, tam ipſi Pontifici eligenti, quam Curiæ Romanæ, immo toti Italiæ litterarum floridiſſimæ, quod ſcilicet Itali, qui ad Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus aſſumendi ſunt, atque per ipſum Papam eliguntur (paucis exemptis Eccleſiis, quæ ſint ad Principum nominationem) exponi debeant huic examini, quodque ab eo exempti ſint illi aliarum nationum ultra montes, qui ut plurimum per Principes ſæculares, vel per Capitula eliguntur, ſeu nominantur. Fortius vero quia, non exinde obtinetur finis, vel intentum, ut ſcilicet idonei, ac habiles ad tantum munus aſſumantur, ideoque adeſſe videtur malum, abſque compenſatione boni, dum iſtud examen practicari ſolum videtur more ſcholarium, ſuper aliquibus paucis interrogatoriis, ad breve tempus, & præſertim in Theologia morali, ad quam illud pro frequentiori praxi ut ſupra, reſtrictum videtur, eo modo quo, me per plures annos id practicante, etiam in parvis Civitatibus, & locis interrogari ſolent adoleſcentes, qui promovendi ſint ad ordines minores, vel ſacros reſpective, aut illi, qui approbandi ſint ad Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrandum. Id autem non præbet ſufficiens experimentum: quoniam non videtur quid commune habeat, aliquam oſtendere notitiam hujuſmodi hodie facilium, & manualium propoſitionum moralium, quas etiam adoleſcentes in ſcholis addiſcunt recteque callent, cum regimine Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, dum iſtud non conſiſtit principaliter in actuali exercitio curæ Sacramentalis, vel adminiſtrationis Sacramentorum, cum hæc peragantur a Parochis, aliiſque Clericis, & operariis, qui per examen ſuper hac idoneitate approbari ſolent, ſed conſiſtit principaliter in exercitio curæ juriſdictionalis; pro qua idoneitas litteraturæ, in Diœceſibus præſertim ab hæretica lue immunibus, verſatur circa notitiam Canonum, & Conciliorum; immo neque iſta theorice, vel ſcholaſtice ſufficit, ſine forenſi praxi Eccleſiaſtica, in Sacris Congregationibus, aliiſque Curiæ Romanæ Tribunalibus. Et ulterius iſta videtur minor pars idoneitatis, quæ pro iſto graviſſimo munere eſt neceſſaria, dum ea commode ſuppleri poteſt per Vicarium Generalem peritum, vel per aſſeſſores alioſque adjutores, & officiales; ſed punctus principalis conſiſtit in probitate morum, & in exemplaritate vitæ, ac etiam in prudentia, eaque politica Eccleſiaſtica, & pia, quæ viro Eccleſiaſtico, & Prælato conveniat, tam circa miniſtrorum & operariorum electionem, quam circa morum correctionem in ſubditis, ac reſtitutionem, vel conſervationem chriſtianæ diſciplinæ, & pietatis in Clero & Populo; principaliter autem in dexteritate, ac prudentia cum Principibus, & Magiſtratibus ſæcularibus, circa concernentia Eccleſiaſticam juriſdictionem, & immunitatem, ut eas quidem (ut decet) cuſtodiat, & conſervet quo magis pacifice fieri poteſt, non autem, ut, vel ex indiſcreto zelo, vel turpis lucri gratia, aut ex imprudentia, ita in his ſe agat, ut exinde eidem juriſdictioni, vel immunitati magna potius præjudicia reſultent, ut frequens praxis docet, cum ſimilibus politicis, ac prudentialibus partibus, quæ in iſta ſpecie Principatus, atque in juriſdictione potius habituali, & univerſali, quam actuali per inferiores officiales, & miniſtros exercenda requiruntur. Ideoque non videtur quale experimentum deſumi valeat, ex eo quod in examine quis reſpon-

divini Apoſtoli librum, & omnem divinam Scripturam. Subſtantiam enim ſummi Sacerdotii noſtri ſunt eloquia divinitus tradita, ideſt vera divinarum Scripturarum diſciplina, quemadmodum perhibet Dionyſius. Concilior. Tom. IV, pag. 487. Sanctus Joannes Chryſoſtomus Hom. 15: *Non ſatis eſt quod Epiſcopus doceat exemplo vitæ, immo oportet eum laborare in verbo, & do-*

ctri-

dere ſciat ad duo, vel tria interrogatoria, quæ freqnentius, circa res faciles, & notas conſiſtere ſolent; & quandoque praxis docet, ut bonæ reſponſiones potius caſui, vel cuidam præcedenti inſtructioni, quæ per peritos fieri ſolet, referri mereantur, tamqnam per ſpeciem illius ſapientiſſimi reſponſi, quod dedit fatnus Pariſienſis. Hinc proinde illi, qui hanc poſteriorem ſequuntur opinionem, laudant quidem, immo neceſſarium putant examen, ad præfatæ Gregorianæ Conſtitutionis præſcriptum. Verum eis non ſatisfacit iſtud ſolum materiale, ac momentaneum examen pro quadam formalitate circa litteraturam, ſed circa omnia alia præmiſſa. Et licet ad ejuſdem Conſtitutionis præſcriptum fiat alterum examen conſiſtoriale; attamen, ut in dicta Conſiſtorii rubrica advertitur, iſtud videtur potius cæremoniale, ad quandam formalitatem, ideoque deſideraretur illud facti, ideſt longa negotiorum, ac mundi rerum experientia, occaſione aliorum munerum inferiorum; puta in Vicariatibus generalibus apud qualificatos, & probatos Prælatos, quorum atteſtationibus probabiliter deferendum ſit: aut in munere Auditoris, vel adjutoris ſtudiorum per tempus notabile alicujus docti, probatæque fidei Cardinalis; vel in munere bene notæ curialitatis tam circa doctrinam, quam circa vitam & mores, ac prudentiam; & reſpectu Regularium, inquirere a Superioribus Religionis eorum prudentiam, ac habilitatem in Provincialitatibus, vel in prælaturis localibus, aliiſque muneribus. Iſtud vero dicunt ſeu cupiunt opportunum examen, quod in proviſione Epiſcopatuum adhibendum eſt, illam habendo applicationem, quæ regulariter (paucis exceptis limitationibus) haberi ſolet in promotione Cardinalium, quæ fieri non ſolet niſi de perſonis, quæ per gradus, ac munera publica idoneitatem, ac notoriam fidem habeant; quinimmo quod major diligentia in proviſione Epiſcopatuum, & Archiepiſcopatuum adhibenda videatur, quoniam licet, non in ratione Ordinis, ſed in ratione officii, ac adminiſtrationis, pro hodierna praxi, longe majus reputetur munus Cardinalitium, quam Epiſcopale, vel Archiepiſcopale, ob ſuperius in ſua ſede inſinuatam participationem in adminiſtratione Eccleſiæ univerſalis: Attamen ob magnum Cardinalium numerum, & copiam virorum litteratorum, ſive bene expertorum in rebus politicis, ac publicis, qui ſunt in Sacro Collegio, non adeo præjudicialis videatur aliquorum ex eis modica ſufficientia, dum alii ſupplere poſſunt; neque Cardinales ſingularia munia habent, ſed ut plurimum plures eorum, collegialiter Papæ conſultationes, aliaque negotia explicant: ſecus vero eſt in Epiſcopis, & Archiepiſcopis, quoniam eis ſingulariter Diœceſes, & provinciæ committuntur: ideoque ab eorum prudentia, ac vita, & moribus totum regimen pendet; ad iſtum autem effectum, non videtur quid referat ſcire, vel non ſcire prompte reſpondere in eo temporis momento aliquibus memoriæ, vel ingenii quæſitis ſuper iis, quorum viri imprudentiſſimi, maleque morigerati, peritiſſimi eſſe poſſunt, dum pro frequentiori praxi, illi qui valde ingenioſi, ac ſtudioſi ſunt, præfatis defectibus, cumulative, vel alternative laborare ſolent. Hinc habemus, quod etiam in longe minori cura, & adminiſtratione parochiarum, circa dictam formam concurſus, quæ ad præſcriptum C. T. ſervanda eſt, ſoli majori litteraturæ, quamvis in gradu eminenti, deferri non debeat, quodque mediocris, dummodo ſufficiens litteratura juncta cum prudentia, & cum vitæ exemplaritate, aliiſque partibus moralibus prævalere debet magnæ litteraturæ, quæ aliis partibus deſtituta ſit: Multo igitur magis in Eccleſiis Cathedralibus, & Metropolitanis. Magna etenim differentia dignoſcitur inter belli Duces, & ſingulos milites eligendos. Ubi enim privatus miles adſcribendus eſt militiæ, fit ejus examen, vel experimentum materiale, an ſcilicet ſciat emittere ſclopum,

&

Digitized by Google

ctrina. Profecto ſi Epiſcopus non pollet gratia doctrinæ, plurima Eccleſiaſticæ doctrinæ exempla peribunt. Quomodo enim lucerna ſi non lucet? profecto inſeparabile eſt lucere a lucerna; tenetur ergo lucere quem Dominus habere voluit officium lucernæ.

§. IV. Ea præterea vitæ ſanctimonia renideat in Epiſcopis, quæ ſuo exemplo cæteros omnes ad pietatem, ad optimam morum diſciplinam, ad rectam vivendi rationem calcaribus velnti admotis excitet, ſtimulet, impellat. Hæc vitæ integritas, atque in-

& evaginare, ac exercere gladium, aliaſque gerere partes, quæ in privato milite pugnaturo requiruntur, cum non oporteat aſſumere adoleſcentes, ſeu viros novos, adhuc in eo munere non expertes; prorſus autem vanum eſt, & contemptibile, ut ex hoc eodem experimento, emiſſionis ſclopi, vel evaginationis gladii, regulari deberet electio Ducis exercitus, vel militiæ, cum non in ea parte, ſed in prudentia, magnaque peritia rei militaris, iſtud munus verſetur; adeo ut frequens praxis doceat, quod inſignes, ac primarii belli Duces ex infirma valetudine, vel ex aliis accidentibus, ad pugnam perſonalem omnino ſint inhabiles: in militibus etenim privatis deſideratur robur in brachiis, & pedibus, aliiſque partibus corporis; robur autem Ducis conſiſtit in capite, ſeu in ingenio. Iſtaque eſt differentia inter Epiſcopos, & Archiepiſcopos, & Clericos inferiores, quibus ſolum exercitium divinorum, & Sacramentorum committendum eſt; ideoque laudatur hoc examen circa litteraturam, ſed quod injunctum ſit cum dicto alio examine potius facti, quam ſolemnitatis. Iſti ſunt diſcurſus, qui in hac problematica quæſtione a ſapientibus, ac zelantibus viris fieri ſolent, quorum ſola relatione contentus, meum deſuper non profero judicium, cum ad ſæcularem virum, in vitæ forenſis ſtrepitu verſantem, atque contentioſa negotia peragentem, de his judicare non pertineat. Eodem tamen diſcurſivo, non autem determinativo themate retento, hæc poſterior opinio, cum inſinuata moderatione, ſeu conciliativa diſtinctione, probabilior videtur; ut ſcilicet fiat quidem iſtud ſolemne, ac cæremoniale examen, ſuper idoneitate litteraturæ, vel ſuper partibus intellectus, ita hunc jam inductum ſtylum conſervando, ſed quod prius, ac principaliter præcedat jam dictum alterum examen, rigoroſum, & accuratum ſuper alia inſinuata idoneitate, dum proceſſus conſiſtorialis, juxta notoriam praxim ad nihilum deſervit, ſed eſt mera formalitas. Quo vero ad iſtud examen, circa litteraturam, cuperem quod religioſi, non ingenioſe, ut ſe ipſos potius coram Pontiſice examinarent, atque ad propriæ doctrinæ oſtentatiooem, ſuper quæſitis ſcholaſticis, vel ſuper ſimplicibus caſibus conſcientiæ, qui ut ſupra congruunt promovendis ad Ordines, aut deputandis ad Sacramentorum adminiſtrationem, inſiſterent; minuſque Prælati canoniſtæ ſuper juris Canonici ſcholaſticis quæſtionibus, aut ſuper iis, quæ ad Judices pro cauſis contentioſis decidendis deſerviunt: ſed quod illi Cardinales, qui fuerunt Epiſcopi, aut quod bene verſati ſint in Sacris Congregationibus Epiſcoporum, & Concilii, ac etiam Immunitatis, non per viam quæſitorum in abſtracto, & more ſcholaſtico, ſed per viam practicæ, & familiaris allocutionis, ab eis exquirerent, quomodo ſe gererent in aliquibus caſibus figurandis; Puta (ex. gr.) circa eccleſiaſticam juriſdictionem, vel immunitatem, vel circa Diœceſis viſitationem; aut Eccleſiarum Parochialium proviſionem; ſive circa beneficiorum collationes: aut circa regimen Monaſteriorum Monialium; vel ſuper gravibus inimicitiis, aut motibus popularibus componendis, vel ſedandis, aut ſuper tollendis abuſibus circa matrimonium, vel ſuper iis, quæ concernunt ſuperſtitiones, & ſortilegia, cum ſimilibus, quæ concernant munus Epiſcopale; & præſertim ſuper iis, quæ conſtet quod a Conc. Tr. in Epiſcopis magis deſiderentur, non autem ſuper iis, quæ ſimplicibus Clericis, vel ſcholaribus congruunt, ut ſupra. Et quamvis, ubi dignoſcatur, quod hic teneretur ſtylus, tunc in iſto genere verſarentur Inſtructores: adhuc tamen notabilis profectus exinde reſultaret, dum ita illi, qui

Digitized by Google

innocentia adeo cordi erat Paulo Apoſtolo, ut ad eam moribus exprimendam Titum quoque currentem jam, ut dicitur, incitarit. *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum ... in integritate, in gravitate.* Ad Tit. II, 7. Pauli veſtigiis inſiſtentes Tridentini Patres hæc edixerunt Seſſ. XXII, cap. I, de Refor. *Nihil eſt quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſidue inſtruat, quam eorum vita & exemplum, qui ſe divino miniſterio dedicarunt. Cum enim a rebus Sæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tamquam in ſpeculum reliqui oculos conjiciunt, ex iiſque ſumunt, quod imitentur.* (*b*) Hoc ipſum ſibi volebant Laodiceni Patres anno 372, can. 12, cum non alios Epiſcopos *ordinandos eſſe cenſuerunt, niſi qui plurimo tempore probati ſunt tam verbo fidei, quam rectæ converſationis exemplo.* Concilor. Tom. I, pag. 786.

§. V.

---

qui examinandi ſunt, bene inſtruerentur de decretis Concilii Tridentini, ac de aliis, quæ peculiariter pertinent ad munus Epiſcopale. Docet autem praxis (quamvis nimium rara) quod aliqui reprobantur. Verum quia aliquando contingit, quod viri peritiſſimi, ac notoriæ idoneitatis, ab illius magni conſeſſus majeſtate territi, intellectus offuſcationem in eo actu patiantur; adeo ut frequenter major ſit timor litteratorum, quam imperitorum (cum petulantia ut plurimum ſit ignorantiæ comes); hinc licet tunc ille, tanquam idoneus non approbetur; attamen admitti ſolet ad novum privatum examen, coram aliquibus Cardinalibus, vel eorum aliquo pro arbitrio Papæ. Item aliquando idem Papa (& quidem commendabiliter) aliquos qualificatos, notoriæque idoneitatis Prælatos, qui ad Eccleſias promoveantur, quia nempe in Nuntiaturis, aliiſque gravibus muneribus, vel in Judicaturis in Curia verſati ſint, in ejus conſpectu pro examine præſentatos (ut ita cum omnibus pariformiter id ſequatur) eos dimittit, atque non patitur, ut Examinatorum quæſitis ſubjaceant. Examinandorum numerus, juxta currentem praxim, eſſe non ſolet minor, quam trium, neque major quam quatuor, ideoque ubi non adſint, ſaltem tres examinandi, non ſolet iſta Congregatio convocari; niſi aliter Papæ videatur; quia nempe agatur de aliqua conſpicua perſona promovenda, congruat ſingulariter abſque aliorum mixtura admitti, & cum qua ſolet nimium benigne, & circumſpecte procedi, eo modo quo in prædictis qualificatis, ac etiam probatæ idoneitatis Prælatis practicatur; ut præſertim, noſtra ætate, ſub Urbano VIII, praxis docuit, in germano ſratre Ducis Mutinæ, promoto ad Eccleſiam Regienſem, quam eo deſuncto, poſtea aliquo tempore adminiſtravit, etiam adeo qualificatus Cardinalis Eſtenſis alter ejus frater. Siquidem ſufficiens reputari ſolet examen, quod hujuſmodi perſonæ illi conſpectui ſe præſentent, atque ſe examinandas exponant. Super hoc tamen certa regula non habetur, cuicumque caſui applicabilis, cum totum reſideat in Papæ arbitrio ex ſingulorum caſuum circumſtantiis regulando.

(b) Concil. Trid. Seſſ. XXIV, Cap. I. Si in quibuslibet Eccleſiæ gradibus providenter, ſcienterque curandum eſt, ut in Domini domo nihil ſit inordinatum, nihilque præpoſterum; multo magis elaborandum eſt, ut in electione ejus, qui ſupra omnes gradus conſtituitur, non erretur; nam totius familiæ Domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi, quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. Unde etſi alias ſancta Synodus de promovendis ad Cathedrales, & ſuperiores Eccleſias nonnulla utiliter decrevit, hoc tamen munus hujuſmodi eſſe cenſet, ut, ſi pro rei magnitudine expendatur, nunquam ſatis cautum de eo videri poſſit. Itaque ſtatuit, ut, cum primum Eccleſia vacaverit, ſupplicationes, ac preces publice, privatimque habeantur, atque a Capitulo per Civitatem, & Diœceſim indicantur, quibus Clerus, populuſque bonum a Deo paſtorem valeat impetrare. Omnes vero, & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcumque

jus,

Digitized by Google

§. V. Magnum porro *charitatis* exemplar eſſe debent Epiſcopi, quod alibi etiam Timotheum monet Apoſtolus. *Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut Patrem, Juvenes ut fratres.* I ad Timoth. V, 1. *Non enim dedit*

no.

---

jus, quacumque ratione, a Sede Apoſtol. habent, aut alioquin operam ſuam præſtant, nihil in iis pro præſenti temporum ratione innovando, hortatur, & monet, ut in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem utilius poſſe facere, quam ſi bonos paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoveri ſtudeant; eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint; & quos ex legitimo matrimonio natos, & vita, ætate, doctrina, atque aliis omnibus qualitatibus præditos ſciant, quæ juxta ſacros Canones, & Tridentinæ hujus Synodi decreta requiruntur. Quoniam vero in ſumendo de prædictis omnibus qualitatibus gravi, idoneoque bonorum, & doctorum virorum teſtimonio, non uniformis ratio ubique ex nationum, populorum, ac morum varietate poteſt adhiberi; mandat Sancta Synodus, ut in provinciali Synodo, per Metropolitanum habenda, præſcribatur quibuſque locis, & provinciis propria examinis, ſeu inquiſitionis, aut inſtructionis faciendæ forma, Sanctiſſimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eiſdem locis utilis, atque opportuna eſſe videbitur; ita tamen, ut, cum deinde hoc examen, ſeu inquiſitio de perſona promovenda perfecta fuerit, ea in inſtrumentum publicum redacta, cum toto teſtimonio, ac profeſſione fidei ab eo facta, quamprimum ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem omnino tranſmittatur; ut ipſe Summus Pontifex, plena totius negotii, ac perſonarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo, de illis, ſi idonei per examen, ſeu per inquiſitionem facta reperti fuerint, Eccleſiis poſſit utilius providere. Omnes vero inquiſitiones, informationes, teſtimonia, ac probationes, quæcumque de promovendi qualitatibus, & Eccleſiæ ſtatu a quibuscumque, etiam in Romana Curia, habitæ per Cardinalem, qui relationem facturus erit in Conſiſtorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipſa Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium ſubſcriptione roboretur, in qua ipſi ſinguli quatuor Cardinales affirment, ſe, adhibita accurata diligentia, inveniſſe promovendos qualitatibus a jure, & ab hac Sancta Synodo requiſitis præditos; ac certo exiſtimare ſub periculo ſalutis æternæ, idoneos eſſe, qui Eccleſiis præficiantur, ita ut, relatione in uno Conſiſtorio facta, quo maturius interea de ipſa inquiſitione cognoſci poſſit, in aliud Conſiſtorium judicium differatur, niſi aliud Beatiſſimo Pontifici videbitur expedire.

Cardinalis de Luca loc. cit. Diſcurſ. V, n. 15.

Altera Conſiſtorialis functio eſt proviſio Eccleſiarum Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium vacantium, de Prelato ſeu paſtore. Iſtaque proviſio eſt de duplici ſpecie, una ſcilicet Eccleſiarum titularium tantum abſque reſidentia, & adminiſtratione, eo quia Diœceſis de facto occupata ſit ab infidelibus, vel hæreticis, aut ſchiſmaticis: & altera de Eccleſiis habentibus actualem juriſdictionem, & adminiſtrationem in Diœceſi catholica. Prima ſpecies proviſionum fit ſolo nutu, & placito Papæ, cum quamdam honorificam præeminentiam ſolum importare videatur, conſtituendo perſonam in ordine pontificali, abſque aliquo pontificalium exercitio jure proprio, ſed ſolum jure alieno; unde propterea de conſuetudine Curiæ receptum eſt, ut per hujuſmodi proviſiones non reſultet vacatio aliarum Eccleſiarum, vel beneficiorum, incompatibilium, ut in promotis ad Epiſcopatus actuales abſque diſpenſatione ſuper retentione reſultat, ut in beneficiali materia advertitur. Ubi vero agitur de altera ſpecie proviſionum actualium, tunc prævia reſpectu Eccleſiarum Italiæ, & Inſularum adjacentium ſolem-

lem-

nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis. Ibid. I, 7. Hæc præ oculis habuere Leo Papa ann. 445, Ep. 72, cum ad Athanaſium Theſſalonicenſem, & Gregorius IV, ann. 828, cum ad Galliæ, & Germaniæ Epiſcopos reſcripſerunt: *Licet plerumque accidant in Sacerdotibus, quæ ſunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat BENEVOLENTIA, quam ſeveritas, plus COHORTATIO, quam comminatio, plus CHARITAS, quam poteſtas, cum nemo noſtrum ſine reprehenſione & ſine peccato vivat*. Concil. Tom. IV, pag. 1270. Et Concil. Trid. Seſſ. XIII, cap. I, de Refor. *Illud primum Epiſcopos admonendos cenſuit, ut ſe Paſtores, non percuſſores eſſe meminerint, atque ita præeſſe ſubditis oportere, ut non in eis dominentur, ſed illos tamquam filios, & fratres diligant, elaborentque, ut hortando, & monendo ab illicitis deterreant: ne, ubi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur: quos tamen, ſi quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis ſervanda præceptio, ut illos arguant, obſecrent, increpent in omni patientia, & bonitate; cum ſæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam auſteritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas, quam poteſtas.*

§. VI. Nihil autem ab Epiſcopo magis expetendum eſt, quam fidei ſanitas, atque integritas. Hanc plus vice ſimplici Apoſtolus Timothei auribus, animoque inculcavit. *Hoc præceptum commendo tibi, filii Timothee, ſecundum præcedentes in te prophetias,* *ut*

lemnitate examinis, de qua infra in particulari ſede Congregationis examinis Epiſcoporum: Sive promovendus electus ſit per Papam: Sive per Capitulum, aut nominatus per Principem reſpective, pro regionum diverſis uſibus, coram Cardinali ad id per Papam deputato, per Notarium particularem his uſibus generaliter deputatum, efformatur proceſſus, ſuper vita, moribus, legitimis natalibus, ætate, gradu, aliiſque neceſſariis requiſitis pro Epiſcopatu, ac etiam ſuper ſtatu Eccleſiæ. Iſtoque proceſſu completo, idem Cardinalis in primo Conſiſtorio, facit Eccleſiæ, ac perſonæ providendæ præconizationem tam oretenus in ipſo Conſiſtorio omnibus Cardinalibus audientibus, quam cum memorialibus, ſeu brevibus informationibus antecedenti die tranſmiſſis per manus ſingulorum Cardinalium, ſuper omnibus, quæ in proceſſu continentur, ac juſtificata ſunt, ad effectum ut eo intermedio ſpatio uſque ad alterum Conſiſtorium, extrajudiciales informationes per Cardinales haberi valeant, ſuper iis, quæ in contrarium eis obſtare poſſint, atque de tempore propoſitionis opponi; in ſequenti vero Conſiſtorio, idem Cardinalis proponit Papæ illam perſonam electam tamquam idoneam, ut eam Eccleſiæ viduatæ præficiat, atque nemine aliquid habente in contrarium, Papa deſuper in ipſo Conſiſtorio interponit decretum, ideoque ex tunc proviſus dicitur Epiſcopus, atque obtinet ea, quæ ſunt juriſdictionis, non autem ea, quæ ſunt Ordinis Pontificalis, pro quibus neceſſaria eſt conſecratio, quæ ritualia potius, vel cæremonialia concernit; optimum quidem nimiumque commendabile eſt inſtitutum, ſed deſideranda videtur aliqua melior ejus praxis, quoniam, ut quandoque fert fama, ſive vera, ſive falſa, citra Papæ rectam intentionem, ſequuntur hujuſmodi electiones in perſonis parum dignis, quarum mali mores, vel alii defectus innoteſcant; & tamen ex quodam uſu, vel ex alia cauſa, nemo loquitur, adeo ut iſtud optimum, nimiumque proficuum inſtitutum quando practicaretur, ad formalitatem redactum videatur. Quandoque autem, ubi agatur de proviſione perſonarum conſpicuæ, ac notæ qualitatis, ipſemet Papa propoſitionem facit, atque illico (ſi nil opponatur) fit decretum, abſque neceſſitate præconizationis.

ut milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conſcientiam; quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt. I ad Timoth. I, 19. *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus.* Ib. VI, 12. *Formam habe ſacrorum verborum, quæ a me audiſti in fide & in dilectione in Chriſto Jesu; bonum depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ*. I, cap. VI, 20. Joannes in Apocalypſi Aſiæ Epiſcopis laudidat, quod in ſuſcepta Chriſti fide conſtantes permaneant; quod autem cum fidei hoſtibus animoſe & fortiter non decertent, magna in culpa ponit. Eccleſiæ vero Canones, ut Epiſcoporum fides incolumis ſemper foret, integra, omniſque erroris expers, eos omnes, qui Epiſcopali cinctu ſunt induendi ad publicam ſolemnemque fidei profeſſionem, (*c*) ſemper adegerunt. *Placuit*, Toletani Patres ann. 675, can. 10, *huic ſa-*

(*c*) Binghamus Orig. Eccl. Lib. IV, c. III, §. II. Probatio fidei, & orthodoxiæ eorum, ſub qua ipſorum quoque eruditionem comprehendimus, triplici fiebat ratione; dum partim eligentes ad publicum de ipſis teſtimonium exhibendum obſtringebantur; partim electi ad certas quæſtiones, de doctrina ſua ſibi propoſitas, reſpondere; partim etiam certis fidei capitibus eo tempore, quo ordinandi erant, ſubſcribere jubebantur. Secundum legem quandam Juſtiniani illi, qui Epiſcopum elegerant, decretum electionis ſcripto conſignare, & jurejurando adſeverare debebant, quod *ſcientes ipſum rectæ & catholicæ fidei, & honeſtæ vitæ eſſe ipſum elegerint*. Et eadem lex jubet *exigi etiam ante omnia ab eo Epiſcopo, qui ordinandus eſt, libellum ejus propria ſubſcriptione complectentem, quæ ad rectam ejus fidem pertinent; enuntiari etiam ab ipſo & ſanctam oblationis formulam, quæ in ſancta communione fit, & eam, quæ fit in baptiſmate precationem, & reliquas deprecationes*. Hoc ipſo ſignificabat ordinandus, ſe liturgiam, ſive publicum Eccleſiæ cultum agnoſcere, atque comprobare. Concilium *Carthaginenſe* quartum ſpecialiorem examinandi formulam per interrogationes Epiſcopo, qui ordinandus ſit, proponendas præſcribit, quæ longior eſt, quam ut heic inſeri poſſit; complectitur autem potiſſimum eas quæſtiones, quæ ad ſymbolum fidei eorum, & ad doctrinas attinebant, quæ contra notiſſimas hæreſes, tum quidem adhuc ſerpentes vel noviſſime in Eccleſia longe lateque dominatas, erant directæ; examinari etiam jubetur candidatus, an in lege Domini bene inſtructus, an ad exponendum ſacræ Scripturæ ſenſum idoneus & in dogmatibus Eccleſiaſticis omnino exercitatus ſit. Ex quibus judicare poterimus, quantopere præcavere ſtuduerint veteres, ne qui niſi ſpectatæ fidei, & orthodoxiæ, ad præcipuas Eccleſiæ functiones admitterentur.

§. III.

Quam ob cauſam viris quibuſdam doctis admodum difficile viſum eſt decernere, quo loco habenda illa agendi ratio, quam in *Syneſii* ordinatione iniit *Theophilus Alexandrinus*, eo quidem tempore, ubi doctrinam de reſurrectione aliaque chriſtianæ fidei capita ſe non poſſe credere, profeſſus erat. CAES. BARONIUS, ISAACUS HABERTUS, ET JEREMIAS TAYLORIUS, eruditus ille Epiſcopus noſtras, hoc ipſum eum tantum ſimulaſſe, & iſthoc ſtratagemate uſum fuiſſe putant, ut impediret, quominus ordinaretur. Quæ res vero ſi ita ſe habuit, vere Canonica adverſus eum excipiendi cauſa fuit. Canones enim ullum ordinari vetant, qui deteſtandi cujuſdam criminis reum ſemetipſum accuſaſſet, ſive iſta accuſatio vera eſſet, ſive falſa. Iſtum enim ſe reum probare dicunt, vel veritatem confitendo, vel circa iſtud negotium mentiendo. Quæ quidem de ſe *Syneſius* dicebat, non ficta erant, & commentitia, ſed ipſe ingenue & ex animi ſui ſententia loquebatur; ut non tantum ex iis, quæ EVAGRIUS hiſtoricus hac de re memoriæ prodi-

ſacroſancto Concilio, ut unuſquiſque, qui ad Eccleſiaſticos gradus eſt acceſſurus, non ante honoris conſecrationem accipiat, quam placiti ſui innodatione pro-

---

didit, ſed ex narratione, quam ipſe in Epiſtola quadam ad *Evoptium* fratrem ſuum fecit, apparet. *Scis*, inquit, *philoſophiam cum pleriſque ex pervulgatis iſtis pugnare decretis. Etenim nunquam profecto mihi perſuaſero, animam origine eſſe poſteriorem corpore. Mundum ac cæteras ejus partes una interire nunquam dixero. Tritam illam ac decantatum reſurrectionem ſacrum quidpiam atque arcanum* (ἱερόν τι, καὶ ἀπόρρητον) *arbitrer; longeque abſum ab vulgi comprobandis opinionibus .... ſed ſi ad Epiſcopale munus vocer, nolo ementiri dogmata. Horum Deum, horum homines teſtes facio.* Hæc conteſtatio apertior videtur & firmior, quam ut a quopiam, qui omnium horarum hominem agit & ſenſa mentis ac conſilia callide diſſimulat, fieri poſſit; eamque ob cauſam vero eſt ſimilius, ſerio & ex animo hæc eum dixiſſe, quemadmodum LUCAS HOLSTENIUS peculiari quadam diſſertatione de hoc argumento contra BARONIUM id fuſius demonſtrat. HENRICUS VALESIUS ad defendendum *Theophilum Syneſium*, antequam Epiſcopus fieret, opiniones ſuas mutaſſe, dicit; ſed hoc ipſo plus adfirmat, quam probari poteſt. Optima hujus rei ratio ab HOLSTENIO data eſt, quod tum admirabiles virtutes, & excellentiſſimæ animi dotes in eo elucentes, tum magna hominum penuria in iſtis calamitoſis temporibus *Theophilum* ad eum ordinandum induxerint, ea ſpe nixum, fore, ut Deus ejus mentem illuminaret, nec tam excellentem hominem iſtiusmodi erroribus in religione diu inhærere pateretur. Sed quicumque colores iſti rei dati fuerint, innocentiam facti, regulis Eccleſiæ adeo contrarii, difficulter probabunt. Exemplum prorſus ſingulare fuit, quod nullum ante ſe habuit, nec imitatione expreſſum eſt unquam: quandoquidem univerſalis Eccleſiæ conſuetudo erat, uti oſtenſum eſt, hominum examinare orthodoxiam, ab eiſque poſtulare, ut ante, quam ordinarentur, regulæ fidei adſentirent atque ſubſcriberent.

Edmundus Martene ex MSS. Pontificali Eccl. Lugdunenſis ante annos 300 ſcripto, T. II, Lib. I, cap. V, art. XI. Conſecrator interrogat ordinandum Epiſcopum hiſce verbis: „ Credis ſecundum intelligentiam, & „ capacitatem ſenſus tui ſanctam Trinitatem, id eſt Patrem & Filium & Spiritum-ſanctum, unum naturaliter, atque „ eſſentialiter eſſe Deum omnipotentem, „ æternum, & incommutabilem, neque tamen ipſum Patrem eſſe qui Filius eſt, „ nec Filium eſſe qui Pater eſt, nec Spiritum-ſanctum ipſum eſſe qui Pater aut Filius eſt: ſed Patrem ſemper Patrem, Filium ſemper Filium, Spiritum-ſanctum „ ſemper Spiritum-ſanctum, & illas tres „ perſonas non tres Deos, ſed unum Deum „ vivum, & verum, totamque in Trinitate „ Deitatem coeſſentialem, & conſubſtantialem, coæternam, & coomnipotentem, „ unius voluntatis, poteſtatis, & majeſtatis, creatorem omnium creaturarum, a „ quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, quæ ſunt in cœlo, & in terra, „ viſibilia, & inviſibilia, corporalia & ſpiritualia? " *Reſpondeat electus*: „ Aſſentio & ita credo. Credis ſingulam quamque in ſancta Trinitate &c. „ *cum quatuor ſequentibus interrogationibus, ut in Pontificali Romano.* „ Credis panem qui „ in menſa Domini ponitur, panem tantummodo eſſe ante conſecrationem; ſed „ in ipſa conſecratione ineffabili potentia „ divinitatis converti naturam, & ſubſtantiam panis in naturam, & ſubſtantiam „ carnis; carnis vero nullius alterius, ſed „ illius quæ concepta eſt de Spiritu ſancto, „ & nata ex Maria Virgine? ℟. *Electus*: „ Credo. Credis ſimiliter vinum quod aquæ mixtum in calice ſanctificandum proponitur, vere & eſſentialiter converti in „ Sanguinem, qui per lanceam militis de „ vulnere Dominici lateris emanavit? ℟. „ *Electus*: Credo. "

L. Ferraris V. *Epiſcopus* art. II. n. 16. Formato proceſſu de vita & moribus promovendi, ac de ſtatu Eccleſiæ juxta interrogatoria in particulari inſtructione tradita a Barboſa lib. 1 Juris Eccleſ. Univerſ. c. 8, a.

promittat, ut fidem Catholicam ſincera cordis devotione cuſtodiens juſte & pie vivere debeat. Bonifacium Germanorum Apoſtolum pridie Kalendas Decembris anno 723 Epiſcopum ab Gregorio II inauguratum fidem ſuam more inſtitutoque Majorum hiſce verbis teſtatum ferunt. *Promitto ego Bonifacius . . . . tibi Beate Petre Apoſtolorum Princeps, Vicarioque tuo Beato Gregorio Papæ, & ſucceſſoribus ejus per Patrem & Filium & Spiritum*

San.

8, a num. 141, & de Offic. & poteſt. Epiſcop. part. 1, tit. 1, c. 5, a num. 4, fit ab ipſo profeſſio fidei juxta formulam præſcriptam a Pio IV in ſua Conſtitutione incipient. *Injunctum*, & deinde fit inſtrumentum dictæ profeſſionis fidei a Notario ſubſcriptum in hunc modum, prout ad litteram tradit Barboſ. d. leg. 1, cap. 9, n. 11, & ſeq.

Idem *ibid.* in §. 17. *In nomine Domini. Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum, quod Nativitate Domini &c. coram Eminentiſſimo & Revre. D. N. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali &c. meque Notario publico infraſcripto comparuit ſupradictus adm. R. N. omni meliori modo &c. genibus flexis Profeſſionem Sanctæ, & Catholicæ Fidei juxta ſupraſcriptam formam tactis Sacroſanctis Scripturis ad Sancta Dei Evangelia in manibus D. S. Eminentiſſimæ de verbo ad verbum emiſit. Quam Fidei profeſſionem, idem Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis accepit, & admiſit præmiſſo, & alias omni meliori modo. Super quibus &c. teſtibus ad præmiſſa vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis, Ego Adoandus Tibaldeſchus, Clericus Spoletanæ Diœceſis, Publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, & ad ſcribendos, & rogandos proceſſus Reverendiſſimorum D. D. Archiepiſcoporum, & Monaſteriorum Conſiſtorialium, privative quoad omnes alios ſpecialiter a S. S. A. deputatus de præmiſſis rogatus præſens inſtrumentum ſubſcripſi, & publicavi requiſitus*. Et ſubſcribitur Cardinalis relator ſic. *Ego N. S. R. E. Presbyter Cardinalis N. Fidei profeſſionem a ſupradicto R. N. de verbo ad verbum in manibus meis emiſſam recepi; & ita teſtor*

Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Injunctum nobis Apoſt. ſervitutis officium requirit, ut ea, quæ Dominus omnipotens ad providam Eccleſiæ ſuæ directionem, ſanctis Patribus in nomine ſuo congregatis, divinitus inſpirare dignatus eſt, ad ejus laudem & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaque juxta Concilii Tridentini diſpoſitionem omnes, quos deinceps Cathedralibus, & ſuperioribus Eccleſiis præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & aliis quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis, curam animarum habentibus, provideri continget, publicam orthodoxæ Fidei profeſſionem facere, ſeque in Romanæ Eccleſiæ obedientia permanſuros ſpondere, & jurare teneantur; Nos volentes, etiam per quoſcumque, quibus de Monaſteriis, conventibus, domibus, & aliis quibuſcumque locis Regularium quorumcumque Ordinum, etiam Militarium, quocumque nomine, vel titulo providebitur, idem ſervari, & ad hoc, ut unius, ejuſdemque fidei profeſſio uniformiter ab omnibus exhibeatur, unicaque, & certa illius forma cunctis innoteſcat, noſtræ ſollicitudinis partes in hoc alicui minime deſiderari, formam ipſam præſentibus annotatam publicari, & ubique gentium per eos, ad quos ex Decretis ipſius Concilii, & alios prædictos ſpectat, recipi, & obſervari, ac ſub pœnis per Conc. ipſum in contravenientes latis juxta hanc, & non aliam formam, profeſſionem prædictam ſolemniter fieri, Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium diſtricte præcipiendo mandamus, hujuſmodi ſub tenore. Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo S. R. E. utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, viſibi-

lium

Digitized by Google

Sanctum, Trinitatem inſeparabilem, & hoc ſacratiſſimum corpus tuum, me omnem fidem & puritatem Sanctæ Fidei Catholicæ exhibere, & in unitate ejuſdem fidei, Deo operante perſiſtere, in qua omnis Chriſtianorum ſalus eſſe ſine dubio comprobatur, Apud Baron. ad ann. 723, n. 4.

§. VII. Earum virtutum, quas Paulus I, cap. IV, 12, in Timotheo, atque adeo in omnibus Epiſcopis requirit, agmen claudit *Caſtitas*. Boehmerus J. P. Sect. III, cap. I, §. 69, contendit, Paulum ibi Epiſcopos caſtos eſſe jubere, non tamen Cœlibes. Qui fit, ut nemo unquam Epiſcoporum

rum

lium omnium, & inviſibilium; & in unum Dominum Jeſum Chriſtum, filium Dei unigenitum; & ex Patre natum ante omnia ſæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt; qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis; & incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt; crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt; & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas; & aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis; & in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit; qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur; qui locutus eſt per Prophetas; & unam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam; Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum; & expecto reſurrectionem mortuorum; & vitam venturi ſæculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ obſervationes, & conſtitutiones firmiſſime admitto, & amplector. Item ſacram Scripturam juxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum, accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque, ſeptem eſſe vere, & proprie Sacramenta novæ legis a Jeſu Chriſto D. N. inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet, Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccl. Cath. ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de juſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter, in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro vivis, & Defunctis, atque in Sanctiſs. Euchariſtiæ Sacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter, corpus, & ſanguinem, una cum anima, & divinitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti; fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam converſionem Catholica Eccleſia Tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo, Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari, ſimiliter & Sanctos, una cum Chriſto regnantes, venerandos, atque invocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiſſime aſſero, imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem a Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe, affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco; Romanoque Pontifici, Beati Petri, Apoſtolorum Principis, ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac juro:

Digitized by Google

rum inventus ſit, qui non etiam *Cœlebs* fuerit (*d*)? Quod ajunt, Paulum III, 2, *unius uxoris virum* ab Epiſcopalis laudis aditu minime prohibere, diſſolvitur ab ipſo Paulo, qui ſtatim addit, Epiſcopum *σώφρονα*, *διδακτικὸν* eſſe debere, hoc eſt, ut Hieroymus interpretatur, ab re uxoria abhorrentem. Quamquam non de veri nominis Epiſcopis, ſed de Presbyteris, qui tum Epiſcopi vocabantur, hic loquutum fuiſſe Apoſtolum, ſatis jam ſuperque monuimus. (Vid. ſup. Part. I, Qu. III, IV, V, ſeqq.) Nec ſi patiebatur Apoſtolus, illos nomine tenus Epiſcopos uxorem antea ductam habere, filios antea procreatos alere, familiæ conſulere, atque proſpicere (*e*), Timotheum tamen veri nominis Epiſcopum (*f*) atque Epiſcoporum exemplar (*g*) hiſce omnibus curis ſolutum eſſe vult. *Labora ſicut bonus miles Chriſti Jeſu: nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus*. II, cap. II, 3, 4. Quæ verba nos monent, longe majora ab Epiſcopis, quam a Presbyteris Caſtitatis exempla eſſe petenda. Quod quidem intelleriſſe videntur Eccleſiæ Orientales, quæ Presbyteros nuptiis impeditos

ro: cætera item omnia a Sacris Canonibus, & Œcumenicis Conciliis, ac præcipue a Sacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hunc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & inviolatam, uſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſſime (Deo adjuvante) retinere, & confiteri, atque a meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem N. ſpondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

(d) Bellarm. de Cler. Lib. I, cap. XIX. A tempore Apoſtolorum omnes Epiſcopi, quorum vitas habemus, & quos unquam laudatos audivimus, continentes fuerunt, neque ullum exemplum probati viri in contrarium afferri poteſt. Magdeburgenſes quidem diligentiſſime quæſierunt omnibus ſæculis aliquos, qui uxorem duxerint poſt ſuſceptos ordines, & multa exempla proferunt, Centuria 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, & 11, initio capitis ſeptimi, ſed nullum eorum aliquid valet. Nam vel exempla illa debent intelligi de uxoribus, quas antea duxerant, ut de Gregorio, patre Gregorii Nazianzeni, vel intelliguntur de minoribus Clericis, ut quod proferunt ex Concilio Toletano IV, cap. 42, vel ſunt exempla eorum, qui reprehenduntur, ut quæ proferunt ex Epiſtola Zachariæ ad Boniſacium, vel ſunt expreſſa mendacia, ut cum dicunt Cent. 5, cap. 7, Presbyteros Macedoniæ duxiſſe uxores, teſte Innocentio I epiſt. 22, nihil enim tale Innocentius dicit. Philippus in lib. de cœlibatu ad regem Angliæ, probat veteres Epiſcopos matrimonio uſos ex epiſt. Polycratis, apud Euſebium lib. 5 hiſt. cap. 24: ſcribit enim Polycrates ſeptem ex parentibus ſuis fuiſſe Epiſcopos, ſeque octavum eſſe. At deceptus Philippus eſt ex verſione Ruffini. Græca enim vox *συγγενῶν*, quæ eſt apud Euſebium, non parentes, ſed cognatos ſignificat. Sed fac eſſe parentes, num propterea ſequitur eos in Epiſcopatu matrimonio uſos?

(e) I Ad Timotheum III, n. 2. Unius uxoris virum, filios habentem fideles, domui ſuæ præpoſitum.

(f) I Ad Timoth. V, n. 22. *Manus cito ne impoſueris . . . Te ipſum caſtum cuſtodi*.

(g) I Ad Timoth. IV. *Exemplum eſto in verbo, in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate*.

Digitized by Google

tos ferunt, neque ab uxorum ſuarum amplexibus eos avellunt, Epiſcopos autem, niſi ab omni conjugio liberi ſint, & cœlibem vitam agant, ferre non poſſunt (*b*).

QU.

(b) Aſſemanus Juris Orientalis Lib. I, Cap. XIII, §. 360. Quid igitur dicendum de recentioribus quibuſdam Diaconis, aut Presbyteris Græcis, qui poſt ſacros Ordines nuptias ineunt, & a Sacerdotali tantum Miniſterio arcentur? Si Eccleſiam Romanam, & Græcam audire velimus ſicuti & debemus, invalidas eſſe eorum nuptias judicemus, oportet. Clara ſunt Benedicti XIV verba: *Præterea ſi quis Subdiaconus, Diaconus, vel Presbyter, poſt ſacram Ordinationem, uxore mortua, aliam duxerit, vel ſi uxorem non habebat, ducere præſumpſerit, nedum excommunicationis latæ ſententiæ pœna, aliiſque noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum arbitrio infligendis ſeveriſſime punietur; verum etiam ſtatim ab Ordine erit deponendus, & ab illegitima uxore ſeparandus. Matrimonium enim poſt recenſitos Ordines contractum, nullum irritumque declaramus.* Clara etiam Synodi Zamoſcianæ Ruthenorum Præſulum definitio: *Si quis autem Presbyter poſt collatos Ordines, Matrimonio jungi, aut prima uxore defuncta, ſecundas inceſtas nuptias inire præſumpſerit, per Epiſcopos a communione, atque Altari arceatur, captivetur, & aliis pœnis Canonicis afficiatur, ut peregrinam, ſpuriamque conjunctionem abjiciat.* Aperta ſunt denique Trullanæ Synodi verba: *Similiter & eos, qui poſt Ordinationem uni Matrimonio ſe applicarunt, hoc eſt, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos, brevi aliquo tempore a ſacro miniſterio prohibitos, & punitos, rurſus propriis gradibus reſtitui, ad alium gradum nequaquam promovendos, eis nefario videlicet diſſoluto conjugio.* Et Juſtiniani novella XLIV. *Si Presbyter, aut Diaconus, aut Hypodiaconus nuptias contraxerit, Canonibus tenetur, qui non minus valent, quam leges, & Sacerdotio excidis: liberi autem, tamquam ex illicitis nuptiis nati, neque naturales, neque nothi ſunt, & neque ex donatione, ſucceſſione, ficto debito, aut alia obligatione quicquam percipiunt a patribus ſuis, ſed neque matres ipſorum.*

Idem §. 361. His tamen non obſtantibus, ea apud Græcos una cum Schiſmate invecta eſt morum corruptela, ut non tantum præſenti tempore, ſed etiam ævo Balſamonis, hoc eſt, ſæculo duodecimo vergente, frequentia fuerint, ſintque adhuc, matrimonia a Græcis Schiſmaticis poſt ſacros Ordines contracta, quin a Patriarchis, ſeu Epiſcopis contrahentes aliis pœnis afficiantur, niſi ſola a miniſterio depoſitione, relictis eis ſuis uxoribus, & communione laica iis conceſſa. Sed longe major, quam Græcorum Schiſmaticorum, fuit olim, vigetque uſque in præſentem diem penes Neſtorianos Chaldæos abominatio. Horum enim Diaconi, & Presbyteri poſt ſacram Ordinationem, primas, ſecundas, & ulteriores nuptias ineunt, nec tamen a Sacerdotali Miniſterio arcentur. Antiquitas ſacrilegarum hujuſmodi nuptiarum ad Barſumam Niſibenum pſeudo-Epiſcopum Neſtorianæ hæreſeos in Aſſyria propagatorem refertur. Gregorius Barebræus, vulgo Abulpharagius, ſcriptor Syrus Jacobita, in Chronico Syriaco, de Babuæo Seleuciæ, & Cteſiphontis Archiepiſcopo loquens, narrat Barſumam Niſibenum una cum Narſete, & Maane, præter Neſtorianam hæreſim perditiſſimos etiam mores in Chaldæam, Aſſyriam, & Perſidem intuliſſe: ut nimirum non modo *Diaconis, & Presbyteris, ſed etiam Epiſcopis, & Catholico*, ſeu Primati, *fas eſſet uxores ducere, ſi ipſis libitum eſſet.* Idem Abulpharagius de Babæo Acacii Seleuciæ Archiep. ſucceſſore turpiſſimam Barſumæ ſanctionem confirmante: *Sub pœna ſuſpenſionis ſanxit, ut omnes ſui ſucceſſores Catholici* (Neſtorianorum Chaldæorum Primates) *uxores ducerent: itemque ut Epiſcopus, & Presbyter, quotieſcumque uxor eorum decederet, aliam ejus loco acciperent.*

Idem §. 362. Nimirum, poſtquam a reliquis Chriſtianis in Fide ſeparati ſunt, quidquid ipſis libebat, ad explendam libidinem

ra-

palam abſque pudore, ac timore faciebant, uti de Neſtorianis ſubdit Abulpharagius. Sed neque iſthæc flagitia diffitentur ſcriptores ipſi Neſtoriani. Nam Amrus, hiſtoricus Chaldæo-Neſtorianus, flagitioſam Babæi in Pſeudoſynodo a ſe coacta ſanctionem, his verbis deſcribit: *Poſtquam ordinatus eſt, convocatis in Synodo Patribus, excommunicationes ſuſtulit, quæ inter Babuæum, Barſumam, & Acacium latæ fuerant, præcepitque, ut cuncti Eccleſiæ Miniſtri, tam Presbyteri, quam Diaconi uxores ducerent, nec aliquis eorum, qui in ſæculo verſantur, abſque uxore eſſet, ut ſcilicet ſeipſum a peccandi periculo præſervaret; ſed unam unuſquiſque publice & palam, juxta legis præſcriptum, uxorem haberet*. Impuram hanc legem ex parte correxit Marabas Neſtorianorum Patriarcha, qui ab anno Græcorum 847, ad ann. 863, (ideſt ab anno Chr. 536; ad 552.) Chaldæis Neſtorianis præfuiſſe dicitur. Is enim, Amro teſte, *Ordinavit Ritus Eccleſiæ; congregavit Patres: vetuitque, ne Epiſcopus, aut Patriarcha fieret omnino, qui uxorem haberet: nam id inductum fuerat a Rege Perſarum ſub Barſuma Niſibis Metropolita, coactique ab eo fuerant Patres ad nubendum*. Poſt Marabam Patriarcham, nullus legitur Neſtorianorum Epiſcopus aut Patriarcha, uxorem duxiſſe, ſi unum excipias *Jeſuiabum Gadalenſem*, qui Choſroæ & Sirois temporibus ſedebat: de hoc enim ſic ſcribit Abulpharagius: *Item compulit eum Rex, ut uxorem, ſicut alii Catholici, duceret; qui mulierem, quam juvenis habuerat, arceſſivit, & apud ſe commorari fecit, ſimulans quidem ſe ab ejus conſortio abſtinere, & quod ob Regis præceptum cum illa cohabitaret*. Ita Abulpharagius Jacobita, animo in Neſtorianos alieniſſimo.

Idem §. 363. Verum qui mos penes Chaldæos, tametſi Neſtoriana hæreſi infectos, ad hanc uſque diem, obtinuit, is nempe eſt, ut Patriarchæ quidem, & Epiſcopis non modo vetitum ſit uxores poſt ordinationem ducere, ſed etiam iis, quas fortaſſe antea habuerant, omnino abſtinere: Presbyteris autem; & Diaconis fas ſit, & ſi quam antea duxerant, retinere: & ſi defuncta eſſet, alias poſt ordinationem, quot voluerint, unam tamen poſt alterius mortem, uſque ad ſeptenarium, ut ajunt, numerum, ducere uxores. Thomas a Jeſu de converſione omnium gentium procuranda, lib. 7, Par. I, Cap. 2, de Neſtorianorum natione, & eorum erroribus, pag. 354. *Sacerdotes, mortua prima uxore, ſecundas, & ulteriores faciunt nuptias*. Joſephus II Chaldæorum Orthodoxus Patriarcha c. 4, ſect. 4. *Presbyteri poſt ſuſceptum ſacrum Presbyteratus Ordinem uxores ducunt*. Idem; *Item omitto quod Sacerdotes ducunt ſeptem uxores cum dimidio, quemadmodum aliæ ſectæ de noſtris Sacerdotibus loquuntur*: Ideſt, ſeptem virgines, & unam Viduam, *quam dimidium uxoris* vocant. Amrus in vita Acacii Patriarchæ Neſtorianorum, de Barſuma Niſibeno: *Dicitur etiam id a Barſuma tentatum fuiſſe, ut Sacerdotibus ad ſecundas poſt conjugum obitum nuptias viam ſterneret: quod Jacobitarum ſecta minime probabat: ratus, hac ratione plura in hoc genere flagitia ab illis perpetrari ſolita, ſublatum iri*. Ita ſacrilegas Presbyterorum poſt ordinationem nuptias excuſare contendunt Hæretici, & Schiſmatici, *in eam* (ut ait Abulpharagius) *Sententiam detorquentes illud Apoſtoli, Melius eſt nubere, quam uri*.

Idem §. 364. At de Epiſcopis alia eſt ratio etiam apud Neſtorianos: illis enim Cœlibatus præſcribitur a Timotheo Patriarcha, qui quum Simeonem Perſarum Metropolitam inſtituiſſet: *Ei injunxit* (teſte Abulpharagio) *ne carnem comederet, neve nuberet, utque albis laneis tantum uteretur. Quæ quidem conſuetudo uſque in præſentem diem viget*,

Digitized by Google

QU. VIII.

Quot annos nati eſſe debent, qui Epiſcopalibus inſulis redimiri volunt?

§. I. **A**Poſtoli cum Epiſcopali Sacerdotio divinitus afflati ſunt, alii vix pueritiam egreſſi erant, alii adoleſcentiam tantum non emenſi, alii conſtantis ætatis ſpatium jam decucurrerant. *Joannes* (utor Hieronymi verbis adverſus Jovinian. Lib. I, cap. 14.) *electus eſt adhuc adoleſcens, ac pene puer. Paulus Apoſtolus* (ſunt verba Auctoris Comment. in Ep. I ad Corinth. cap. 7, apud Ambroſium pagin. 365, edit. Pariſ. 1642.) *adhuc juvenculus anticipatus fuit a gratia Dei*. Jacobus autem Alphæi filius ſeptuageſimum tertium annum attigerat, cum a Chriſto Domino Epiſcopali Sacerdotio imbutus fuit, ſiquidem vera ſunt, quæ ſcribit Epiphanius hær. 78, §. 14. *Hic Jacobus Domini frater mortuus eſt annis poſt aſcenſionem Domini viginti quatuor exactis, cum ipſe ſextum & nonageſimum ætatis ageret*. Petrus grandioris erat ævi, ſi fides habenda eſt Caſſiano Lib. III de Incarnat. cap. 12 dicenti, *Petrum, ſicuti confeſſione, ita etiam ætate cæteros Apoſtolos præceſſiſſe*. Quamquam Epiphanius hær. 51, §. 17, ſeniorem Petro Andream facit, cui calculum ſuum adjicit Baronius ad ann. 31, §. 23, ita decernens: *Epiphanius de ætate Andreæ magis audiendus eſt, quam alii, qui poſtea dixerunt, Petrum majorem natu Andrea*. At quorſum hæc? Eo nimirum ſpectant, ut intelligamus, a Chriſto Domino in Apoſtolorum vocatione, atque hinc in Epiſcoporum ordinatione ætatis rationem habitam haudquaquam fuiſſe.

§. II. Nec primi fidei noſtræ ſatores, ac propagatores in Sacerdotiis mandandis annorum numerum ad calculum revocarunt. Paulus Apoſtolus Timotheum adhuc juvenem ſacris Epiſcopalibus initiavit, uti conſtat ex iis, quæ Paulus ipſe ad eum ſcribit, I Timoth. IV, 12: *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat*. Hujuſcemodi plena eſt exemplorum antiquitas (*a*). Gregorium

(*a*) Boeh. J. E. P. Lib. I, tit. XIV, §. VI. Olim *ætas* in Miniſtris Eccleſiæ non erat determinata, ſed unice habebatur ratio *doctrinæ, & ſanctimoniæ vitæ*. Euſebius lib. VI Hiſt. Eccleſ. c. 30, mentionem facit duorum fratrum, Theodori, & Athenodori, qui *poſtquam quinquennio integro in Origenis auditorio verſati eſſent, tantopere in divinis eloquiis profecerunt, ut ambo, adhuc admodum juvenes, Eccleſiarum in Ponto Epiſcopi fuerint conſtituti*. Poſtmodum tamen cum per abuſum juvenes indiſciplinati ſæpe properarent ad officia ſacra, certa ætas determinata eſt, de qua agit Martene Lib. I de ant. Eccleſ. rit. P. 2, p. 273, ſeqq. Juſtinianus quidem in Epiſcopis, & Presbyteris deſideravit annum 35, in Diacono annum 25, per Nov. 123, c. 1, & 13. Jure Canonico ante 30 annum Epiſcopus & Presbyter, Diaconus vero ante 25 annum,

Jus Epiſcopale. R Sub-

gorium Thaumaturgum, ejuſque fratrem, barbatulos juvenes ἔτι νέω ἄμφω in Epiſcoporum album cooptatos fuiſſe fidem nobis facit Euſebius Lib. VI, cap. 30. Acholium Theſſalonicenſem *mature* jam probatum virtutum ſtipendio ad ſummum evectum fuiſſe Sacerdotium tradit Ambroſius Ep. LX ad Anys. Paulum ætate quidem puerum, ſed prudentia ſenem ad Conſtantinopolitanum Epiſcopatum fuiſſe admotum Socrates Lib. II, cap. VI, memoriæ prodidit. Quid memorem Athanaſium, qui, Theodoreto teſte, Lib. I, cap. 25, a prima jam adoleſcentia in Epiſcopali Sede fuit collocatus? Quid Rhemigium Rhemenſem annos natum vigintiduos, cum Sacerdotii faſtigium impoſitum ei fuit? (Hincm. apud Bar. ad ann. 481, Tom. VI, pag. 300.) Quid Eleutherium Illyricum, quid Damam Magneſianum, qui vigeſimo ſuæ ætatis anno nondum exacto Summum Sacerdotium ſunt conſecuti? (Nicephor. Hiſt. Lib. III, cap. 29.)

§. III. Quæ igitur Romanæ Eccleſiæ obtrectandi cauſa, ſi ſchiſmatis averruncandi, paciſque fovendæ cauſa Epiſcopos adoleſcentulos ſibi dari aliquando paſſa eſt, ſi Joannem XI anno vigeſimo tertio minorem, & Joannem XII, anno vigeſimo primo haud multo majorem in ſuorum Epiſcoporum numero habuit? (Vid. Vincent. Fuga Not. Orb. ſac. & profan. pag. 180, & Bernin. Hiſt. omnium Hær. Tom. II, Sæcul. X, cap. unic. pag. 187, & Graveſonium Hiſt. Eccleſ. Tom. IV, pag. 71.) Quamquam aſſentiri minime poſſum illis Scriptoribus, (Graveſ. loc. cit. pag. 89, Vincent. Fuga loc. cit.) qui Benedictum IX decennem puerum in Romanum Pontificatum inſiliiſſe prodiderunt. Scio hæc a Glabro Rodulpho Lib. 4, cap. V, apud Duſchen. Tom. IV, pag. 46, narrari, & ab junioribus Acatholicis (Bingham. Orig. Eccleſ. Lib. II, cap. X, §. 1, ad calcem) nobis exprobrari. Verum Hermannus Contractus, ipſi Benedicto IX coævus, ac ſuppar, Leo Oſtienſis Lib. II Chron. Caſſ. cap. 79, & Victor III Lib. III Dialog. qui res omnes a Benedicto geſtas memoriæ, poſteritatique commendarunt, nec tantulæ ætatis verbum ullum injecere, faciunt, ut credam, Benedictum, cum Pontificiam Cathedram obſedit, tenuitque, id ætatis fuiſſe, quæ tanti muneris gravitatem poſſet ſuſtinere. Cæterum ſi unum aut alterum Pontificem excipias, cæteri omnes, qui ſupra ducentos quinquaginta duorum ſummam jam confecerunt, ingraveſcente ætate Pon-

---

Subdiaconus denique ante vigeſimum annum ordinari prohibentur. C. 4, 5, 6, 7, D. 77, c. 7, X de elect. & elect. pot. Provocat ad c. 7, cit. Concil. Tridenr. Seſſ. VII, c. 1, & Seſſ. XXIV, c. 12, illudque confirmat. Quoad reliqua beneficia, & Canonicatus etiam certa ætatis tempora conſtituta ſunt, de quibus agit Leurenius in foro beneſ. P. I, qu. 212, ſuo loco ad lib. III explicandis. Inter Proteſtantes, quamvis quoad *Canonicatus* certa quædam ætas in Eccleſiis Cathedralibus adhuc obſervetur, ut præbendatus ad pleniſſimam proventuum perceptionem pervenire poſſit; nulla tamen præſcripta iis eſt, qui ad miniſteria Eccleſiaſtica promovendi ſunt. Interim ſupra jam obſervatum eſt, caveri *Ordinationibus Eccleſiaſticis*, ne juvenes admittantur ad officia ſacra, ſed ut delectus habeatur, & imprimis *paſtoratus*, inſpectiones, aliaque officia ſacra majora non aliis committantur, quam iis qui prudentiam theologicam, accedente longo uſu, qui idoneam ætatem requirit, impetrarunt.

Digitized by Google

Pontificatus habenas cœpere, omneſque eorum Canonum (*b*) qui nonniſi exactæ ac decurſæ adoleſcentiæ viris Epiſcopalem ſarcinam imponi jubent, cuſtodes ac vindices extiterunt.

QU-

(b) Pro Epiſcopatu requiruntur anni triginta completi arg. can. 1, 2, & can. 4, Diſtinct. 78, & Concil. Trident. ſeſſ. VII, Cap. I, de Reform. ex cap. *Cum in cunctis* de Elect. In Regno tamen Galliæ ex Concordato cum Leone X ſufficit, ut eligendus Epiſcopus inchoarit annum vigeſimum ſeptimum. Concilium Agath. can. XVII, Tom. IV Concil. p. 1383. *Presbyterum vel Epiſcopum ante triginta annos, ideſt antequam ad viri perfecti ætatem perveniat, nullus Metropolitanorum ordinare præſumat.*

Edmund. Martene de antiq. Eccleſ. ritibus Lib. I, cap. VIII, Art. III, §. V. Quod ad Epiſcopos ſpectat, S. Bonifacius cum eum Willibrordus creare vellet Epiſcopum, eam dignitatem ille detrectavit (quoniam quinquageſimi anni juxta Canonicæ rectitudinis normam necdum plene reciperet ætatem.) Unde eam ætatem deſideraret in Epiſcopo Bonifacius mirari ſe aſſerit Ludovicus Thomaſſinus Eccleſiaſticæ diſciplinæ part. I, lib. 2, cap. 68, quaſi nulli Canones eam præſcriberent. Verum in Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 2, cap. 1, legere potuiſſet Epiſcopum debere eſſe (non minorem annis quinquaginta: quod quodammodo in hac ætate juveniles perturbationes, & externas calumnias ſuperavit adverſus blaſphemias.) Idem videre eſt in Hibernienſibus Canonibus lib. I, cap. 9 Spicilegii, Tom. 9. Sed & hodie Jacobitæ, teſte Vanſlebio, Epiſcopos ante quinquageſimum, Presbyteros ante trigeſimum annum non ordinant.

Digitized by Google

QU. IX.

Quibus gradibus ad Epiſcopatum aſcenditur?

§. I. CUM Epiſcopatus ſit Sacerdotii apex, atque faſtigium, Presbyteratus vero Sacerdotii ſolum, atque ædificium, (Vid. ſup. Part. I, qu. I.) uti faſtigium ſine ſolo, & ædificio, ita Epiſcopatus ſine Presbyteratu ne intelligi quidem poteſt. Præterea cum Presbyterorum poteſtas in Sacerdotio fungendo, Epiſcoporum autem in Sacerdotio dando ſita ſit, (Vid. ſup. Qu. I, §. 3.) ea, quam Presbyteris in Ordinatione tribuunt Epiſcopi, Sacerdotii vi præditi ſint oportet (*a*).

§. II. Quis igitur eorum inſcitiam non irrideat, qui necdum Presbyteros Epiſcopos conſecrari, & potuiſſe & poſſe obganniunt? (Bingham. O. E. Lib. II, cap. X, §. 5.) Eos, qui nondum Presbyteri ſunt, Epiſcopos renuntiari, atque probari potuiſſe, facile tibi largior, Epiſcopos autem ſacrari potuiſſe, quin antea Presbyteratu initiarentur, nullo nos exemplo,

(a) Encycloped. V. *Eveque*. On demande, en troiſieme lieu, ſi un Laic ou un Clerc, qui n'eſt pas Prêtre, peut être ordoné Evêque, & ſi cette Ordination ſeroit valide. Tous les Théologiens convienent qu' elle ſeroit illégitime & contraire aux Canons, qui ont ordoné qu'un Clerc ne pût monter a l'Epiſcopat que par degrés, & en recevant les Ordres inférieurs; ainſi l'a réglé le Concile de Sardique, l'an. 347, can. 10.

D'ailleurs il apartient aux ſeuls Evêques d'ordoner des Prêtres, de leur conférer le pouvoir de conſacrer l'Euchariſtie & de remettre les péchés; comment communiqueroient-ils ce double pouvoir, s'ils ne l'avoient pas recu formélement eux mêmes? Or, l'Ordination Epiſcopale ne fait aucune mention de ce double pouvoir. A la verité, Bingham, ibid. l. 2, c. 10, §. 5, & ſuiv. raporte pluſieurs exemples d'Evêques & même ſaints perſonages qui paroiſſent n'avoir été que Diacres ou ſimples Laïcs, lorsqu'ils furent élevés à l'Epiſcopat; mais ſi l'on ne peut pas prouver que tous reçurent l'Ordination ſacerdotale avant d'être ſacrés Evêques, on ne peut pas prouver non plus qu'ils ne l'on pas reçue. Ce n'eſt donc ici qu'une preuve négative, qui ne peut prévaloir à des titres & à des monumens poſitifs. Or, il y en a du contraire.

Le Concile de Sardique, dans ſa lettre ſynodale, déclara nulle l'Ordination Epiſcopale d'un certain Iſchyras, parce qu'il n'etoit pas Prêtre. Théodoret Hiſt. Eccléſ. l. 2, c. 8. S. Athanaſe, Apol. 2, parle d'une déciſion ſemblable faite dans un Concile de Jéruſalem. Le Concile de Chalcédonie regarda comme nulle l'Ordination de Timothee Elure, faux Patriarche d'Alexandrie, & le Pape S. Léon approuva la lettre que les Evêques d'Egypte adreſſerent, à ce ſujet, à l'Empereur Leon. Auſſi, en 1617, la faculté de Theologie de Paris condamna l'opinion contraire enſeignée par Marc' Antoine de Dominis.

Souvent l'on n'a pas pris le vrai ſens de ce qui s'eſt appelé *Ordinatio per ſaltum*; ce n'eſt point l'omiſſion d'un Ordre inférieur, mais le paſſage rapide & ſans interſtice d'un Ordre à un autre. Ainſi, le Pape Nicolas I a dit de Photius, qu'il fut fait

plo, nullo teſte convinces. Quid mihi (*b*) Cæcilianum Diaconum Carthaginenſem, Athanaſium Alexandrinæ, Agapetum, Vigilium, Felicem Romanæ Eccleſiæ Diaconos, alioſque permultos commemoras Epiſcopali Ordine prius cumulatos, quam Presbyterali donatos? Quo ore tam fiden-

---

fait *Evêque per ſaltum*, parce qu' il reçut, en ſix jours ſucceſſivement, les Ordres inferieurs à l' Epiſcopat. Quoique les Hiſtoriens diſent de pluſieurs Cardinaux Diacres, qu' ils ont été élevés à la dignité de Souvrain Pontiſe, ſans faire mention de leur Ordination Sacerdotale, il ne s' enſuit pas de la qu' ils ne l' aient pas reçue. Quand on compare l' Ordination des Pretres avec celle des Evêques, on voit que la premiere eſt un préliminaire abſolument néceſſaire à la ſeconde.

Si l' on ne peut pas taxer d' erreur le ſentiment contraire, parce que l' Egliſe n'a point décidé formelément la queſtion, il doit du moins être regardé comme temeraire. Mais Bingham, & les autres Anglicans ont eu intérêt à le ſoutenir, parce que depuis leur ſchiſme avec l' Egliſe Romaine, il paroît que l' on n' a fait aucun ſcrupule, parmi eux, d' élever à l' Epiſcopat de ſimples laïcs.

(b) Optat. lib. I, p. 41, pag. 20, edit. Pariſ. MDCLXXIX. Iterum a Cæciliano mandatum eſt, ut ſi Felix in ſe, ſicut illi arbitrabantur, nihil contuliſſet, ipſi tamquam adhuc Diaconum ordinarent Cæcilianum.

Theodoret. lib. I, c. XXV. *Verſabatur (Athanaſius) in comitatu eximii Alexandri, juvenis quidem ætate, ſed* princeps Ordinis Diaconorum.

Epiphan. hæreſ. LXIX Arian. n. XI. *Achilla poſt tres menſes defuncto Athanaſius ſucceſſit Alexandro Diaconus, ab eoque ad comitatum miſſus; cui moriens Alexander Epiſcopatum committi mandaverat.*

Liberat. breviar. c. XVI. (tom. 2 Concil. Labbei p. 765.) Poſt cujus obitum ordinaverunt ſibi hæretici Epiſcopum Petrum cognomento *Moggum, qui fuerat Archidiaconus*. C. XIIX. (ibid. p. 761.) *Huic populo a Palæſtina quidam Diaconus nomine Jeſajas ordinatus eſt Epiſcopus.*

Liberat. ibidem c. XXI. *Mortuo Joanne Mercurio Agapetus Archidiaconus Romanæ Eccleſiæ Papa ordinatur*. C. XXII. *Auguſta vocans Vigilium Agapeti Diaconum, profiteri ſibi ſecreto ab eo flagitavit, ut ſi Papa fieret, tolleret ſynodum .... favore Belliſarii ordinatus eſt Vigilius.*

Socrat. lib. II, c. XXXVII, p. 140. *Primus quidem* Liberius *Romanæ Urbis* Epiſcopus, *cum fidei illi conſenſum accomodare renuiſſet, in exilium mittitur, Felice in ejus locum ſuffecto. Qui cum eſſet Eccleſiæ Romanæ Diaconus, Arianam tunc amplexus perfidiam, ad Epiſcopatus honorem promotus eſt.*

Theodoret. lib. II, c. XVII. *Poſt magnum Liberium ordinatus fuerat quidam ex ejus Diaconis, Felix nomine.*

Euſeb. lib. VII, c. XI. *Sciendum porro eſt, Euſebium quidem, quem Dionyſius Diaconum appellat, brevi poſtea Laodiceæ in Syria Epiſcopum eſſe conſtitutum.*

Socrat. lib. VI, c. XI. *Ipſe Heraclidem quemdam Diaconum ſuum genere Cyprium ad Epiſcopatum promovit.*

Liberat. c. XXII. *De cujus deceſſu audiens Romana civitas, Sylverium Subdiaconum, Horſmidæ quondam Papæ filium, elegit ordinandum.*

Auguſt. Ep. CCLXI. ad Cœleſtin. Obtuli non petentibus quemdam adoleſcentem, Antonium, qui mecum tunc erat, in Monaſterio quidem a nobis a parvula ætate nutritum; ſed *præter lectionis officium nullis Clericatus gradibus & laboribus notum.* At illi miſeri, quid futurum fuerat, ignorantes offerenti eum mihi obedientiſſime crediderunt. Quid plura? Factum eſt: *Eſſe illis Epiſcopus cœpit.*

Paulin. in vit. Ambroſ. p. 3. Per idem tempus mortuo Auxentio Arianæ perfidiæ Epiſcopo cum populus ad ſeditionem ſurgeret in petendo Epiſcopo, eſſetque illi cura ſedandæ ſeditionis, ne populus civitatis in periculum ſui verteretur, perrexit ad Eccleſiam. Ibique cum alloqueretur plebem, ſubito vox fertur infantis in populo ſonuiſſe, *Ambroſium Epiſcopum*. Ad cujus vocis ſonum

denter pronuntias, (Bingham. ibid. §. 7.) non idem, quod noſtris, etiam antiquis ſervatum temporibus, videlicet, ut Diaconi deſignati Epiſcopi, una atque altera die & Presbyteratu, & Epiſcopatu imbuerentur, inficerenturque? Nemo, inquis, id aſſerit. At ne unus quidem ullus eſt, qui id neget. Neque enim aliud ſibi volunt Eccleſiæ Patres, cum Diaconos factos fuiſſe Epiſcopos narrant, niſi ſacris illis Ordinibus Interſtitia data non fuiſſe. Quid? Nonne etiam S. Nicolaus Magnus queritur, (apud Baron. ad ann. 860, n. 2.) Photium Conſtantinopolitanum *non per gradus Eccleſiæ ductum, ad Epiſcopatus honorem ex Laicali ordine proſiluiſſe?* (*c*) Et tamen ſcimus ex Niceta, (Tom. VIII, pag. 1199.) *Photium primo die tonſum, altero Lectorem creatum, tertio Subdiaconum, quarto Diaconum, quinto Presbyterum, ſexto demum Epiſcopum fuiſſe conſecratum*. Quid ad hæc Binghamus? Photium omnium primum ſubitas illas, ac præcipites ordinationes in mores induxiſſe, ne videretur in eorum Canonum (*d*) offenſionem incurriſſe, quibus omnis ſaltus prohibetur; nemini

---

num totius populi ora converſa ſunt, acclamantis Ambroſium *Epiſcopum* ... Cum intelligeret circa ſe Dei voluntatem, nec ſe diutius poſſe reſiſtere, poſtulavit *ſe non niſi a Catholico Epiſcopo baptizari*.

Theodoret. lib. IV, c. VII. *Tum illi a contentione ceſſantes, omnes una voce clamare cœperunt*, Ambroſium ſibi Paſtorem conſtitui poſcentes, qui nondum baptiſmo initiatus erat.

Socrat. lib. IV, c. XXX. *Sine mora Ambroſium comprehendunt, & poſtquam eum ſacro lavacro initiaſſent*, adhuc enim erat catechumenus, ad Epiſcopatus dignitatem *parant promovere*.

Socrat. lib. V, c. VIII. *Erat tunc vir quidam Nectarius nomine ... Hic a populo raptus ad Epiſcopale munus obeundum eligitur & ab Epiſcopis centum & quinquaginta, qui tum illic aderant, ordinatur*.

Sozom. lib. VIII, c. VIII. Adhuc myſtica veſte indutus (*Nectarius*) *communi totius Concilii calculo* Epiſcopus *Conſtantinopolis* renuntiatur.

Gregor. Nazianz. orat. XIX de Laud. patr. tom. I, p. 308. *Tandem plebs tota uno conſenſu primarii ordinis virum, vita quidem & moribus eximium*, divino tamen baptiſmo nondum conſignatum, *invitum & repugnantem corripientes, ſimulque militaribus copiis, quæ tum in urbe erant, opem afferentibus, in ſacrario collocarunt, & Epiſcopis obtulerunt, ab eiſque petere inſtituerunt*, ut eum initiarent, & Antiſtitem *proclamarent, ſuaſioni interim vim admiſcentes*.

Chryſoſtom. hom. XXXI de S. Philogon. tom. I, p. 397. (p. 352, edit. Francof.). *Porro quod elegerit illum Deus, vel ex ipſa morum integritate perſpicuum eſt, quippe quem* ex medio ereptum foro ad thronum hunc evexerit; *adeo caſtam & inſignem prius egit vitam*, quum uxorem haberet ac filiam & in forenſibus negotiis verſaretur, adeo ſolem ipſum ſplendore vicit, ut protinus ab illo geſto, hoc magiſtratu dignus videretur & a judiciorum tribunali ad ſacrum tribunal evectus ſit.

(c) Nicolaus I in litteris ad Michaelem Imperatorem apud Harduin. Tom. V Con. pag. 808. *Photium autem novimus per nullos Eccleſiaſticos gradus aſcendentem, ſed tantummodo ex laicali militia Epiſcopum pertinaciter factum*.

(d) Martene de antiq. Eccleſiæ ritibus Lib. I, Cap. VIII, art. III, §. 9. Ambroſii, Baſſiani Theodorique Siceotæ exempla antiquam Eccleſiæ diſciplinam egregie repræſentant, qua promovendi ad ſuperiores ordines, inferiores gradus omnes jam aſcendiſſe debuerant, quam ſupra vidimus expreſſam in Epiſtolis Siricii, & Zoſimi Pontificum, quibus adjungere poſſemus Cœleſtini Epiſtolam 2, cap. 3, ubi ordinationes per ſaltum, ut ajunt, fieri probibentur. Non diſ-

mini ante Photium in mentem unquam veniſſe, intermediis Ordinibus dicis cauſa initiari. (Bingham. loc. cit.) At nonne Photius ipſe (in reſponſ. ad Nicolaum I.) contendit in Eccleſia Orientali uſitatum fuiſſe, ut Laici deſignati Epiſcopi, eumdem, quem ipſe, curſum tenerent, ac per Ordinum gradus eadem pernicitate ad Summum Sacerdotium evolarent, quod Majorum ſuorum Nicephori, & Tharaſii exemplis confirmat? (Vid. Baron. ad an. 861, num. 42, ſeqq.) Quid, quod idem Photius Latinæ Eccleſiæ obtrectavit, quod necdum Presbyteros Epiſcopos ferret, quam calumniam diſpulit S. Nicolaus I Ep. 70? (Vid. Ratramum Monachum Corbejenſem Lib. IV contr. Græcor. Opp. cap. 8.) Id Photius minime Latinis exprobraſſet, ſi in veteri Orientalis Eccleſiæ more poſitum non fuiſſet, ut nemo ad Epiſcopatum, niſi per Presbyteratum, poſſet pervenire. Igitur velit, nolit, nobiſcum fateatur Binghamus neceſſe eſt, nullo unquam tempore Eccleſiam tum Orientalem, tum Occidentalem paſſam eſſe, ut abſque Presbyteratu traderetur Epiſcopatus (*e*).

§. III.

diſſitemur tamen plerumque aliquos maxime ex minoribus ordines prætermiſſos fuiſſe. Nam & Concilium Sardicenſe can. 10 conſtituit tantum, ut Epiſcopus (non prius conſtituatur, quam Lectoris, & Diaconi, & Presbyteri miniſterium peregerit) nulla facta Subdiaconatus mentione. Aliqua hujuſmodi exempla refert eruditiſſimus Johannes Morinus de Sacris Ordinationibus part. 3, Exercitat. XI. Sed & Zoſimus Papa in Epiſt. I ad Heſychium Salonitanum Epiſcopum conqueritur, quod Gallis perinde ac Hiſpanis *familiaris ſit iſta præſumptio*, prætermiſſis inferioribus Ordinibus ad Sacerdotium feſtinandi. Immo etiam Cœleſtinus Papa I ad Epiſcopos Provinciæ Viennenſis & Narbonenſis ſcribens Epiſt. 2, cap. 3, cauſatur (ordinatos quoſdam Epiſcopos, qui nullis Eccleſiaſticis Ordinibus ad tantæ dignitatis faſtigium fuerint inſtituti contra Patrum Decreta.) Gallos hiſce monitionibus cautiores redditos fuiſſe plurimis conſtat exemplis. Nam Polichronius (electus Sacerdos communi voto & laude cleri & populi, (prius) Presbyterii honorem accepit, moribus adornavit, tum a Sancto Lupo devotis Virdunenſis urbis civibus aſſignatur, & Pontifex conſecratur;) ut ſcribit Hugo Flaviniacenſis in Chronico. Tranſeunte B. Tetrico Lingonenſi Epiſcopo, & ad ſuperos evocato, Sylveſter in ejus locum electus prius (tonſo capite Presbyter ordinatur) deinde (benedictionem Epiſcopalem Lugduni) accepit, teſte Gregorio Turonenſi libro 3 Hiſtoriæ Francorum. Idem Gregorius evocatus ut Burgundionem in locum Felicis avunculi illius Nannetenſem Epiſcopum conſecraret, conſtanter abnuit, quia, inquit libro 6, cap. 15. (Canonibus non convenire cognovi, conſilium tamen præbui dicens: Habemus ſcriptum in Canonibus, fili, non poſſe quemquam ad Epiſcopatum accedere, niſi prius Eccleſiaſticos gradus regulariter ſortiatur.)

(e) Idem ibid. Carolus Calvus Imperator in Epiſtola ad Nicolaum Papam I, quæ refertur in Concilio Sueſſionenſi anno 866 celebrato poſtulat a Summo Pontifice, ut Wlfadus Diaconus & Abbas in locum Rodulfi Bituricenſis Archiepiſcopi nuper defuncti ipſius auctoritate ſubrogetur, & (ne diu contra auctoritatem canonicam viduata prædicta Eccleſia maneat, poſſit ordinari, in officio Presbyteratus menſe Septembri, ut mox futurus Epiſcopus agat, quæ huic miniſterio conveniunt.) Sed & Jordanus electus Lemovicenſis circa annum 1020. (Sabbato mediæ quadrageſimæ Angeriaco ante caput S. Joannis Diaconus, & Presbyter ordinatus eſt, & craſtina Dominica conſecratus eſt ab Illone Epiſcopo Santonenſi) &c. teſte Ademaro. Similiter Stephanus Papa IX Alphanum Salernitanæ Sedis electum ordinaturus (in jejuniis Martii primo Presbyterum: deinde ſequenti Dominica Archiepiſcopum conſecrans cum honore Salernum remi-

Digitized by Google

§. III. Sed non eſt, cur miremur, ſi Proteſtantes, qui, ut veri Epiſcopi habeantur & ſint, nihil aliud requirunt, quam ut renuntientur Epiſcopi, qui Sacerdotium, & Sacerdotii Characterem ad Romanenſes fabulas amandant, qui Conſecrationem inanem, otioſam, ac pene puerilem Cæremoniam eſse clamitant, (Vid. ſup. Part. II, qu. I, §. *6*, & infra qu. XI, §. 1.) non eſt, inquam, cur miremur, ſi Epiſcopatum ſine Presbyteratu & ſtetiſse olim, & nunc etiam ſtare poſse contendant; nam plena eſt exemplorum vetuſtas eorum, qui necdum Presbyteri *deſignati* fuere Epiſcopi. Cum igitur apud Proteſtantes *Deſignatio* eamdem vim habeat, ac apud nos Conſecratio, nil obſtat illis, quin eos Epiſcopos fuiſse concludant antequam Presbyteri.

§. IV. At mirari ſatis non poſſum, Catholicorum etiam permultos extitiſse, qui in hunc ſcopulum impegerunt; quodque illi Sectæ ſuæ neceſſitate ducti affirmant, hi latinæ linguæ inſcitia, Juriſque Eccleſiaſtici ignorantia decepti aſſeverant. Cum enim in eos inciderint Scriptores, qui necdum Presbyteros, ordinatos fuiſſe Epiſcopos teſtantur, nec ſatis intelligerent, quid ſonet hæc vox *Ordinationis*, & quam late pateat hujuſce verbi vis, *Ordinationem* pro ipſa Conſecratione interpretati ſunt. Enimvero longe ſecus ac res eſt. Nam in Jure Canonico Epiſcopi *ordinari* dicuntur, non ſolum cum conſecrantur; ſed etiam cum eliguntur, cum confirmantur, cum inſtituuntur; uti patet ex Can. 1, 2, 3, Diſtinct. 60, & ex Can. *Abbatem*, & Can. *nullam* Cauſ. 18, qu. 2, & Can. *Adjicimus*, Cauſ. 16, qu. 1, & Can. *Paſtoralis* Cauſa 7, qu. 1. Atque apud veteres latinos *ordinari* dicebatur is, qui ad honorem, Magiſtratumve aliquem provehebatur. Tranquillus in Veſpas. *Quemdam e charis Miniſtris diſpenſationem cuidam quaſi fratri petentem cum diſtuliſſet, ipſum candidatum ad ſe vocavit, exactaque pecunia, quantam is cum ſuffragatore ſuo pepigerat, ſine*

---

remiſit,) teſtante Leone Marſicano in Chronic. Caſinenſis libro 2, cap. 98. Idem obſervatum eſt a Leone Papa IX erga Petrum ex Archidiacono electum Epiſcopum Anicienſem, cujus electionem poſtquam confirmaſſet, eum (præcepit Presbyterari a Cardinali Humberto Eccleſiæ S. Rufinæ Epiſcopo) alia vero die eumdem ſummus Pontifex conſecravit Epiſcopum, uti legitur in forma electionis ejuſdem Petri tom. 4 Annalium Benedictinorum pag. 747. Liedbertus ex Archidiacono etiam electus Epiſcopus Cameracenſis, mittitur prius Catalaunam in Presbyterum promovendus, ex ejus vita cap. 11, Spicilegii tom. 9. Joannes electus Morinienſis juſſu Manaſſis Archiepiſcopi Rhemenſis, prius ordinatus eſt Presbyter quam conſecraretur Epiſcopus, uti videre eſt in ejuſdem Manaſſis Epiſtola tom. 5 Miſcell. Baluz. p. 313. Alter Manaſſes Cameracenſis ordinandus Epiſcopus, prius in Diaconum nonis Martii, deinde in Presbyterum Sabbato medianæ quadrageſimæ ordinatus eſt Spicil. tom. 9, pag. 292. Eamdem diſciplinam obſervavit Gregorius VII cum Hugonem Dienſem ordinavit antiſtitem, uti diſcimus ex Hugonis Flaviniacenſis Chronico. Idem quoque ipſe Gregorius (per ſingulos gradus Eccleſiaſticorum ordinum uſque ad ſummi Pontificatus apicem aſcendit) refetente Orderico Vitali in lib. 7 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Idem etiam evenit in ordinatione Gelaſii Papæ ſecundi, qui ex Diacono electus Summus Pontifex (in quadrageſima Presbyter ordinatus) ac poſtea ab (Epiſcopis & Cardinalibus in Papam Gelaſium conſecratus eſt) ut ſcribit Petrus Diaconus in ſupradicti Caſinenſis Chronici libro 4, cap. 54.

Digitized by Google

ſine mora ORDINAVIT. Idem in Domit. *Auditus eſt certe, dum ex eo quæeit, ecquid ſciret, & quid ſibi viſum eſſet Ordinatione proxima Ægypto præficere Metium Rufum*. Si quando igitur apud Veteres locum aliquem oſtendis, in quo dicatur, illum qui nondum erat Presbyter, Epiſcopum fuiſſe *ordinatum*, cave putes, ullam ibi Epiſcopalis *Conſecrationis* mentionem fieri, (quæ una cum Presbyterali in aliud tempus rejecta fuerit.) *ſed Electionis*, vel *Confirmationis*; illudque tandem pro certo habeto, Epiſcopatum ſine Presbyteratu nec conſtitiſſe unquam, nec conſiſtere ullo modo poſſe.

§. V. Aliud autem dicendum de Diaconatu, aliiſque inferioribus Ordinibus. Hi, non uti Presbyteratus, ita ſunt neceſſarii, ut, ſi deeſſent, nullus Epiſcopatui locus eſſe poſſet (*f*). Neque ideo ſunt inſtituti, ut eſſent Epiſcopatus complementa, ſed ut eſſent quoddam quaſi tyrocinium atque præparatio. Licet autem ſine Diaconatu, aliiſque inferioribus Ordinibus Epiſcopi nomen ſuum tueri poſ-

(f) Berard. J. E. U. Tom. IV, P. I, Diſſ. III, Cap. 4, pag. 120. Per ſaltum dicitur ordinatus, quicumque ordines Eccleſiaſticos non per legitimos gradus ſuſceperit, veluti Lector initiatus, qui non erat Oſtiarius, Exorciſta necdum Lector, Acolytus necdum Exorciſta, Subdiaconus necdum Acolytus, Diaconus necdum Subdiaconus, Sacerdos necdum Diaconus, Epiſcopus necdum Sacerdos. Qui temere ita ſe ordinari curavit, erit quidem valide ordinatus, cum natura unius ordinis, & gradus ab alio ſit omnino diſcreta, niſi agatur de Epiſcopo ordinato, qui necdum fuiſſet Sacerdotio initiatus, utpote quod Epiſcopatus veluti ſumma Sacerdotii ſit, & Sacerdotalem poteſtatem in ſuſcipiente neceſſario prærequirat; interea tamen quicumque per ſaltum promotus ab ordine per ſaltum ſuſcepto (non tamen a cæteris antea rite ſuſceptis) ſuſpenditur, donec peracta pœnitentia in eo gradu quem tranſilit, initietur, & deinde in ſuperiorem, ad quem pridem aſcendit, admittatur, Can. 1 diſt. 52, cap. un. de cler. per ſalt. prom. Quæri in hanc rem ſolet, an ſuſpenſionis pœna immineat ipſo jure, an potius ſententia judicis ſit inferenda. Abiit, fateor, in vulgarem traditionem, ex qua conſuetudo invaluit, ut ipſo jure imminere cenſura dicatur; quamobrem tutius aget, qui ab officio abſtinebit, ne irregularitate notetur etiam ante judicis ſententiam. Verum quoties ad jus ſcriptum ſententia exigatur, forte in aliam opinionem inclinare oporteret, ſiquidem in dicto Can. 1, diſt. 52, & in dicto cap. un. de cler. per ſalt. prom. nihil aliud adparet, quam per ſententiam Epiſcopi ſuſpendendum eſſe ordinatum; alias autem verum eſt, cenſuras ipſo jure latas non præſumi, ſed debere de illis expreſſe conſtare. Vulgaris traditionis fundamentum paſſim collocant Pragmatici in Cap. 14, ſeſſ. 23, de reform. in Concilio Tridentino, in quo tamen ego nihil ſingulare conſtitutum invenio. Ajunt Tridentini Patres: *Cum promotis per ſaltum, ſi non miniſtraverint, Epiſcopis ex legitima cauſſa poſſit diſpenſare*. Num igitur diſpenſandi verbum ſupponit illatam ipſo jure ſuſpenſionem? Meo judicio non ſolum accommodari poteſt ſuſpenſioni ipſo jure illatæ, verum etiam illatæ ab homine, ut æque ſumatur, ac nomen abſolutionis; unde in Tridentino Concilio ſeſſ. 24, cap. 6 de reform. dicitur, licere Epiſcopis in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus *diſpenſare*. Eodem fere modo in Cap. 8 de tempor. ordinat. dicuntur *conſequi reſtitutionis gratiam*, qui officio judicis erant ſuſpenſi. Quod autem addiderunt Tridentini Antiſtites in dicto Cap. 14, non poſſe Epiſcopum diſpenſare quoties Clericus miniſtraverit, pertinet id ad notam irregularitatis, quam ex generali diſciplina incurrit Clericus, qui ſive abs jure, ſive ab homine ſuſpenſus nihilominus in ordine ſuo miniſtrat, uti infra obſervandum erit, juxta Cap. 1 de ſentent. & re judic. in 6, & Caput 1 de ſent. excom. in 6.

poſsunt, per ſingulos tamen eundum eſt iis, & in ſingulis ſtipendia conficienda, (g) ut paratiores, & exercitatiores fiant ad Epiſcopatum ge-

(g) Martene loc. cit. §. 6. Interſtitia inter ordines quæ olim obſervanda?

§. VI. Ea diſtincte enunciant Siricius & Zoſimus Summi Pontifices. Primus Epiſtola I ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum cap. 9, & 10, ubi ſic diſcurrit. (Quicumque itaque ſe Eccleſiæ vovit obſequiis a ſua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari. Qui acceſſu adoleſcentiæ uſque ad trigeſimum ætatis annum .... Acolythus, & Subdiaconus eſſe debebit: poſt quæ ad Diaconi gradum .... accedat. Ubi ſi ultra quinque annos laudabiliter miniſtrarit, congrue Presbyterium conſequatur. Exinde poſt decennium Epiſcopalem Cathedram poterit adipiſci .... Qui vero jam ætate grandævus, melioris propoſiti converſatione provocatus, ex laico ad ſacram militiam pervenire feſtinat; deſiderii ſui fructum non aliter obtinebit, niſi eo quo baptizatur tempore ſtatim lectorum aut exorciſtarum numero ſocietur .... qui dum initiatus fecerit, expleto biennio per quinquennium aliud, Acolythus & Subdiaconus fiat, & ſic ad Diaconatum .... Exinde jam acceſſu temporum Presbyterium & Epiſcopatum, ſi eum cleri ac plebis evocavit electio, non immerito ſocietur) Zoſimus vero Epiſtola I ad Heſychium Salonitanum Epiſcopum cap. 3 (Hæc autem in ſingulis gradibus obſervanda ſunt tempora. Si ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, inter lectores uſque ad vigeſimum ætatis annum continuata obſervatione perduret. Si major jam & grandævus acceſſerit, ita tamen ut poſt baptiſmum ſtatim ſe divinæ militiæ deſideret mancipari, ſive inter lectores, ſive inter exorciſtas quinquennio teneatur. Exinde Acolytus vel Subdiaconus quatuor annis. Et ſic ad benedictionem Diaconatus, ſi meretur accedat; in quo ordine quinque annis, ſi inculpate ſe geſſerit hærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, Presbyterii Sacerdotium promereri. De quo loco, ſi eo illum exactior ad bonos mores vita perduxerit, Summum Pontificatum ſperare licebit.) Hæc Zoſimi verba in capite ſacrarum ordinationum deſcribunt antiqui ſacramentorum libri MSS. plerique, tamquam certam & ab omnibus paſſim obſervatam regulam, ad quam accedit id quod Cato Presbyter, electus in Arvernenſem Epiſcopum, de ſe ipſe narrat apud Gregorium Turonenſem Hiſt. Franc. lib. 4, cap. 6. (Ipſos Clericatus gradus Canonica ſum ſemper inſtitutione ſortitus: Lector decem annis fui, Subdiaconatus officium quinque annis miniſtravi, Diaconatui vero quindecim annis mancipatus fui, Presbyterii jam honore viginti annis potior. Quid enim mihi nunc reſtat, niſi ut Epiſcopatum, quem fidelis ſervitus promeretur, accipiam?) Inter Canones quoque Hibernenſes Spicilegii tomo 9, libro I, caput 9. ita decernit: (Puer vero ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis deditus uſque ad vigeſimum ætatis ſuæ annum lector, ſive exorciſta ſiet: Oſtiarius, & Subdiaconus quatuor annis; Diaconus quinque; Presbyter trigeſimo; Epiſcopus vel trigeſimo, vel quadrageſimo, vel quinquageſimo Sacerdos efficiatur ... qui vero acceſſu adoleſcentiæ uſque ad trigeſimom annum ætatis ſuæ probabiliter vixerit, una tantum uxore virgine ſumpta contentus, quinque annis Subdiaconus, & quinque annis Diaconus, quadrageſimo anno Presbyter, quinquageſimo Epiſcopus ſiet. Si vero grandis ætatis ſit laicus, & neceſſe ſit ut Epiſcopus fiat, biennio ſit lector, quinque Diaconus: poſt duodecim annos Presbyter, ſive Epiſcopus ſubrogetur.) In octava Synodo Œcumenica actione X, can. 5, decernitur, ut futurus Epiſcopus (in gradu lectoris annum compleat, in Subdiaconi vero duos, ſicque Diaconus tribus, & Presbyter quatuor annis.)

Ibidem §. VII. Sed hujuſmodi interſtitia mirum contraxit in modum Gelaſius Papa, neceſſitate potius coactus quam defectu vigoris aut zeli diſciplinæ tuendæ. Sic enim in Epiſtola 9, cap. 1, ſtatuit (ut ſi quis de Religioſo propoſito & diſciplinis monaſterialibus eruditus ad Clericale onus accedit ... continuo lector vel notarius, aut certe deſen-

Digitized by Google

gerendum & ſuſtinendum. Præclare Sardicenſes Patres ann. 347, canon. 13: *Ut non prius Ordinetur Epiſcopus, niſi antea, & Lectoris, & Diaconi, & Presbyteri munere fuerit perfunctus, & ita per ſingulos gradus, ſi dignus fuerit, adſcendat ad culmen Epiſcopatus.* (*b*) Neque vero hæc interſtitia ſacris Ordinibus tunc primum imperata a Sardicenſibus Patribus, ſed quæ ab antiquioribus Canonibus (can. Apoſtol. 80.) præſcripta erant; ac tem-

ſenſor effectus, poſt tres menſes exiſtat Acolythus, maxime ſi huic ætas etiam ſuffragatur; ſexto menſe Subdiaconi nomen accipiat: ac ſi modeſtæ converſationis, honeſtæque voluntatis exiſtit, nono menſe ſit Diaconus, completoque anno Presbyter.) Ita nimirum ille in gratiam Monachorum, quibus quod plurium annorum fuerant interſtitia collatuta, haudquaquam dubitat ſancti propoſiti ſponte ſuſceptam præſtare devotionem. Quoniam vero inter mundanam religioſamque vitam multum conſtat eſſe diſcriminis; laicorum (promotionibus ſuper anni metas ſex menſes) prorogat. Ad hanc autem indulgentiam Pontifex vigilantiſſimus inductus fuit (ut Eccleſiis quibus infeſtatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanſerunt, miniſteria renoventur:) ita tamen ut iis reſtitutis, (in Eccleſiaſticis gradibus ſubrogandis Canonum paternorum vetus forma ſervetur.) Hoſce paternos Canones renovavit Herardus Turonenſis Archiepiſcopus in ſuo Capitulari art. 98, ubi Zoſimi verba deſcribit, uti & Rabanus lib. I de Inſtitutione Clericorum cap. 13.

Neque prorſus mirum videri debet Gelaſium ſtatuta inter ordines interſtitia ita contraxiſſe, cum ea urgente neceſſitate omnino prætermiſſa fuiſſe non ſemel legantur. Ita nimirum S. Ambroſius (baptizatus fertur omnia Eccleſiaſtica officia impleſſe, atque octava die Epiſcopus ordinatus eſt ſumma cum gratia & lætitia cunctorum,) uti teſtatur Paulinus in ejus Vita, n. 9: quam quidem (ordinationem Occidentales Epiſcopi judicio, Orientales etiam exemplo probaverunt,) teſte ipſomet Ambroſio Epiſt. 63 novæ editionis. Aliquot poſt Ambroſium annis Baſſianus Laudenſis Epiſcopus electus (cogente Clero & populo per ſingulos Eccleſiaſticos gradus ad Sacerdotii dignitatem promovetur) ex ejus Vita apud Bollandum 19 Januarii. Quid quod Theodoſius religioſiſſimus Anaſtaſiopolis Epiſcopus cum Theodorum Siceotam lectorem declaraſſet (poſtridie Subdiaconum, Diaconum, & Presbyterum inſtituit, quemadmodum refert Georgius Theodori diſcipulus in ejus Vita n. 21 apud Bollandum 22 Aprilis.) Sub finem ſæculi XI, Hugo quidam Clericus factus Monachus Aflligemienſis (infra unius menſis circulum ad Diaconi, Sacerdotii, prioratuſque apicem gradatim aſcendit) uti legimus in hiſtoria Aflligemienſi cap. XI Spicilegii tom. X. Sanctus Norbertus Præmonſtratenſis ordinis inſtitutor uno eodemque die & Diaconus, & Presbyter ordinatus eſt. Verum S. Gerardus ex Monacho S. Dionyſii in Francia Bronienſis Abbas (anno converſionis ejus Pariſius ordinatur Acolythus ab Epiſcopo ejuſdem urbis Theodulſo, a quo etiam hypodiaconus ordinatur, ſubſequente tertio: Sub ejus vero ſucceſſore Fulrado aſcendit gradum Diaconii quarto: anno autem nono ſublimatus virtutum faſtigio ſublimatur & Sacerdotio ab ipſius Fulradi ſucceſſore Adelhelmo) teſte Anonymo in ejus Vita n. 9, ſæculo V Benedictino.

(*b*) Van-Eſpen J. E. U. P. V, pag. 71. Cum Patres in hoc canone enumerantes Ordines per quos aliquis ad Epiſcopatum aſcendere debeat, omittant tres minores Ordines, & Subdiaconatum, ſat innuitur, eo tempore non fuiſſe creditum, omnes ordines inferiores neceſſarios fuiſſe, ut quis rite ſuperiore Ordine inſigniretur: quod fuſe confirmat Morinus de SS. Ordinat. part. 3, Exercit. 1, cap. 2. oſtendens jampridem plures fuiſſe ordinatos in Presbyteros, & Epiſcopos omiſſis inferioribus Ordinibus. Immo nec inferiores Ordines alium in finem fuiſſe olim præmiſſos, niſi ut in horum exercitiis probarentur, priuſquam ad Majores aſſumerentur; quod & præſens Canon aperte confirmat: idcoque, ut notat Mori-

Digitized by Google

temporum lapſu antiquata, dumtaxat renovata. Antiquiores certe Canones laudabat S. Cyprianus, cum anno 254, Ep. 55, edit. Brem. laudat Cornelium Papam, eo quod *per omnia officia Eccleſiaſtica promotus, & in divinis adminiſtrationibus Dominum ſæpe promeritus ad Sacerdotii ſublime faſtigium cunctis Religionis gradibus aſcenderit.* Næ miſeram, ac perditam cauſæ ſuæ defenſionem parabat Photius, cum Interſtitiorum Canones in Sardicenſi Synodo rogatos ab Orientalibus Eccleſiis minime probatos fuiſſe reſpondit. (Vid. Boehm. J. E. P. Lib. I, tit. XI, §. 22.) Nam Gregorius Nazianzenus, qui quingentos ante Photium annos Conſtantinopolitanam rexit Eccleſiam, Orationis ſuæ ſtilum acuit adverſus eos, qui, Interſtitiis Ordinum inſuper habitis, præpeti curſu ad ſummum Sacerdotii gradum convolabant. *Rei militaris* (inquit ille in Orat. fun. de Baſilio Magno XX, pag. 335.) *hæc eſt ratio; miles primum, deinde Centurio, tum Imperator. Hic optimus ordo eſt, iiſque, qui ſubſunt, imprimis conducibilis.* (& alibi) *Quis inſtar figuli uno ipſo die fictilia ſua tornantis ita repente ſingat veri cultus Antiſtites cum Angelis ſtantes, & cum Archangelis laudes canentes, & Chriſto conſacrificantes, qui, cum nihil ad ſacrum Dei altare, & Sacerdotium attulerint, nec in virtute prius inſudarint, & elaborarint, ſimul Diſcipuli, & Præceptores pietatis oſtenduntur, & priuſquam purgati ſunt, purgant, heri ſacrilegi, hodie Sacerdotes, heri extra ſacra, hodie Præſules Myſteriorum; veteratores malitia, novitii pietate; qui ſunt opus, atque fabrica humanæ gratiæ, non Spiritus Sancti?* Utinam hic morbus ad noſtra uſque tempora, & ad noſtros mores non eſſet propagatus! (*i*)

QU.

nus, nunc plures, nunc pauciores Ordines Ordinationi alicujus in Presbyterum aut Epiſcopum præmittebantur; prout Epiſcopi judicabant, longiore probatione Ordinandi opus eſſe. Itaque Ordines inferiores non judicabantur præmittendi tamquam neceſſarii pro validitate ſuperioris, ut hodie plures apprehendunt, ſed ut in illis exercitarentur & probarentur ad Majores aſſumendi.

(i) Boehm. J. E. P. Lib. V, tit XXIX, §. IV, pag. 506, edit. Halæ Magdeb. 1763. Ab hac ſeveritate jam dudum deſcivit Eccleſia Occidentalis, & ſaltus adeo impune tolerat, ut, experientia teſte, Epiſcopi apicem aſcendant, qui dumtaxat minoribus quatuor Ordinibus decorati, & per totam vitam ſuam in his ſubſiſtunt, magis Epiſcopatus regimen, maxime in Germania, ambientes, quam verum Sacerdotale officium, Vicariis relictum. Quid? quod qui jam dudum Epiſcopi electi fuerunt; ſæpe poſt plures annos demum Ordinem Presbyterii ſuſcipiunt inverſo more, quo paulo poſt conſecrationem Epiſcopalem ſuſcipere poſſint. Quæ ex Nov. 137, c. 1, & ex teſtimoniis Gregorii Nazianzeni §. 2. adducta ſunt, adeo negliguntur, ut ſine ulla præparatione, & probatione in minoribus officiis Eccleſiaſticis tonſurati promoveantur, præfertim cum ſine titulo, in ſenſu juris antiqui, ordines, *dicis gratia*, conferantur, & Clerici ſine officiis realibus ordinentur, vel ad titulum putativum patrimonii, vel paupertatis, novis artibus excogitatum.

Hæc

Digitized by Google

Hæc ſtante diſciplina nova, recte cenſet Morinus de SS. ordin. P. III, exerc. 13, §. 11, nullo modo neceſſarium eſſe, in minoribus gradibus diu ſubſiſtere, eorumque officia per ſe gerere, quæ hodie, ut idem §. 10 tradit, a quolibet occurrente, & non initiato occupantur. Viles perſonæ, & mercede conductæ munus oſtiarii implent. Lectori hodie proprium munus aſſignare difficillimum eſſe, ait, quod ex odierna praxi Subdiaconus occupat. Exorciſtarum officia Presbyteris ceſſerunt. Obvii quique laici eo funguntur munere, quod Acolytho per ordinationem confertur, atque ſic hodie hæc quatuor munia otioſa ſunt, & tamen per hos quatuor ordines eundum, ut ſaltus evitetur, licet præpoſtere conferantur.

Q U. X.

Quinam dies præſtituti Epiſcoporum Conſecratio-nibus? (*a*)

§. I. NUllum hujuſce rei in Scripturis Sanctis, nullum in trium priorum Sæculorum Scriptoribus, quantum ego quidem ſcio, veſtigium invenitur. Prima mentio occurrit in Epiſt. Sancti Leonis Papæ (ann. 450.) ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum, in qua hæc ſcripta ſunt: *Cognovimus ſane, quod non potuimus ſilentio præterire, a quibuſdam Fratribus ſolos Epiſcopos tantum Diebus Dominicis ordinari; Presbyteros vero, & Diaconos, circa quos par conſecratio fieri debet, paſſim quolibet die dignitatem Officii Sacerdotalis accipere, quod contra Canones, & Traditionem Patrum uſurpatio corrigenda committit*. Et in Epiſtola ad Vienneſis Provinciæ Epiſcopes: *Non paſſim, ſed die legitimo ordinatio celebretur: nec ſibi conſtare ſtatus ſui noverit ſr-nitatem, qui non die Sabbati veſpere, quod luceſcit in prima Sabbati, vel ipſo die Dominico fuerit ordinatus. Solum enim Majores noſtri Reſurrectionis Dominicæ diem hoc honore dignum judicaverunt, ut Sacerdotes qui ſumuntur, hoc die potiſſimum tribuantur*. Et in Epiſtola ad Dioſcorum Alexandrinum: *Quod ergo a Patribus noſtris propenſiore cura novimus eſſe ſervatum, a vobis hoc volumus cuſtodiri, ut non paſſim diebus omnibus Sacerdotalis vel Levitica Ordinatio celebretur; ſed poſt diem Sabbati ejus noctis, quæ in prima Sabbati luceſcit, exordia deligantur, in quibus hi qui conſecrandi ſunt, jejunis, & a jejunantibus ſacra benedictio conferatur. Quod ejuſdem obſervantiæ erit, ſi mane ipſo DOMINICO DIE continuato Sabbati jejunio celebretur, a quo tempore præcedentis noctis.*

(a) Eibel. J. E. Cath. Tom. IV, Lib. II, Cap. IX, n. 6. Tempus, quo Epiſcopi conſecratio peragi poteſt, eſt dies dominica vel Natalitium Apoſtoli feſtum. Tempus vero *intra quod* peragi debet, eſt trimeſtre. Et quidem antiqui Canones conſecrationem Epiſcopi intra tres menſes a cœpta vocatione in regula exigebant. Concil Chalced. can. 5 apud Grat. Diſt. LXXV, can. 2. Sed Concilium Tridentinum eam præcipit intra tres menſes a confirmatione; impoſito negligentibus onere reſtituendi fructus perceptos, addit aque etiam hac ſanctione, ut, ſi intra aliud trimeſtre iterum conſecrationem ſuſcipere neglexerint, ipſo jure ſua Eccleſia priventur. Seſſ. XXIII, c. 2, de Reform.

Cum olim omnia in Synodis provincialibus expedirentur, ſufficientes faciles eſſe poterant tres menſes a cœpta vocatione. Devoluto autem ad Sedem Apoſtolicam confirmandi & conſecrandi jure, & hiſce actibus per conſequentiam diſtinctis, neceſſe erat alios temporis terminos conſtitrere.

Injungunt canones, ut fiat in propria electi Eccleſiæ, vel ſaltem in eadem Provincia, ſi tamen fieri poteſt. Diſt. LXXV, can. 1. Conferatur quoque Pontificale Romanum.

ctis initia non recedunt. (Et paulo poſt) *Et ideo pie & laudabiliter Apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis, ſi hanc ordinandorum Sacerdotum formam per Eccleſias, quibus Dominus praeſſe te voluit, etiam ipſe ſervaveris, ut his qui conſecrandi ſunt, nunquam benedictio, niſi in die Reſurrectionis Dominicæ tribuatur, cui a Veſpera Sabbati initium conſtat adſcribi*. Et in Epiſtola ad Marcianum Auguſtum in eo objurgat Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, *quod ſexta Sabbati, traditionis Apoſtolicæ, aut neſcius, aut oblitus, Aetium Ordinaverit, quia nimirum id Sabbati veſpere, aut die Dominico ſummo mane peragere debuerat*. Ex hiſce S. Leonis Magni Epiſtolis duo exculpi poſſe videntur, diem Dominicam Epiſcoporum Conſecrationibus præſtitutam fuiſſe, idque manaſſe ex Apoſtolorum more & inſtituto. (*b*)

§. II. Audet tamen Paſchaſius Queſnel-

(b) Thomaſſ. Vet. & Nov. Eccl. Diſcip. P. II, Lib. II, Cap. XII, n. 10. Libanda ſuperſunt nobis pauciſſima aliqua de loco, & die conſecrationis Epiſcoporum. Monebat nos modo Syneſius omnes Patriarchatus Alexandrini Epiſcopos Alexandriæ ordinari debuiſſe, vel ubi Epiſcopus Alexandrinus indixiſſet. Concilium Toletanum IV præcipit ut Metropolitanus in Civitate Metropolitana ordinetur: deſignetur autem ab eo locus, ubi ſinguli ſint Epiſcopi ordinandi, *Epiſcopus ibi conſecrandus eſt, ubi Metropolitanus elegerit, Metropolitanus autem nonniſi in Civitate Metropoli*. Dies autem Dominicus tantum ab eodem Concilio præſcribitur. *A tribus die Dominica conſecrabitur*. Querebatur Zoſimus Papa de ordinationibus Epiſcoporum a Proculo Maſilienſium Epiſcopo factis diebus haud legitimis. Ne dies quidem legitimus ordinationis adſciſcitur &c. Nec ſaltem diei cuſtodita ſolemnitas. Abdicationis pœnam videtur Leo Magnus intentare, ſi quo alio tempore ordinentur Epiſcopi, præterquam veſperaſcente Sabbato aut diluceſcente Dominica die. *Nec ſibi conſtare Ordinis ſui noverit firmitatem, qui non die Sabbati veſpere, quod luceſcit in prima Sabbati, vel ipſo Dominico die, fuerit ordinatus*. Quaſi dicat, exordiendam eſſe ordinationem ea nocte, quæ Sabbatum Dominicumque intercurrit, non intercepto Sabbati jejunio uſque ad Dominicæ diei tempus matutinum. Ita ſanctiſſimum Pontifex fuſius rem ediſſerit in Epiſtola ad Epiſcopus Alexandrinum, qua de re mox.

Ea quippe Leonis Epiſtola ad Dioſcorum Alexandrinum, non Epiſcoporum tantum, ſed & Presbyterorum ordinationes, immo & Diaconorum præfigit, vel ad veſpertinum Sabbati deſinentis tempus vel ad matutinum ineuntis Dominicæ diei: quod eo maxime tempore innovetur memoria reſurrectionis Chriſti, cœleſte & ſempiternum ſacerdotium ſuum tunc dedicantis. Itaque ad Leonis uſque Papæ tempora, quæ in medium incidere ſæculum quintum, quolibet Dominico die promiſcue celebrabantur ordinationes Diaconorum & Presbyterorum, peræque ut Epiſcoporum. *Quod a Patribus novimus eſſe ſervatum, a vobis quoque volumus cuſtodiri, ut non paſſim diebus omnibus Sacerdotalis, vel Levitica ordinatio celebretur, ſed poſt diem Sabbati, ejuſque noctis, quæ in prima Sabbati luceſcit, exordia deligantur*, &c. *Jejunis & a jejunantibus ſacra benedictio conferatur. Quod ejuſdem obſervantiæ erit, ſi mane ipſo Dominico die, continuato Sabbati jejunio celebretur, a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem reſurrectionis pertinere non dubium eſt*, &c. *Ut his qui conſecrandi ſunt numquam benedictio niſi in die reſurrectionis Dominicæ tribuatur, cui a veſpera Sabbati initium conſtat adſcribi*, &c. *In hac denique die promiſſus a Domino Apoſtolis Spiritus Sanctus advenit*. Diſplicuit eidem Leoni, quod Anatolius Patriarcha Conſtantinopolitanus Presbyterum ordinaſſet feria ſexta.

Quatuor jam temporum jejunia Romæ celebrabantur temporibus Leonis, ut ex ejus liquet Sermonibus. Sed non liquet, an eis jam

nellius in not. ad Ep. 10 S. Leon. nov. Edit. Opinionem ſuam, conjectando rem vetuſtate obrutam, interponere; vigentemque hac de re conſuetudinem nonniſi Sæculo IV inoluiſſe ſuſpicatur. Solemne fuiſſe Sancto Leoni id omne Apoſtolici moris venditare, quod in Romanæ Eccleſiæ uſu, & more verſabatur. Sed donec ille haſce ſuas conjecturas, ſuſpicioneſque majoribus præſidiis fulciat ac vallet; & donec nos doceat, quo primum tempore, quibuſque in regionibus hic mos cœperit, vel quonam in Concilio, aut qua Lege lata, aut cujus Pontificis auctoritate inductus fuerit, liceat nobis uſurpare illam Auguſtini vocem, Lib. 4 de Bapt. contra Donat. cap. 24: *Quod univerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nonniſi auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſime creditur*. Et Lib. 5, cap. 23: *Sunt multa, quæ univerſa tenet Eccleſia, & ob hoc ab Apoſtolis præcepta bene creduntur, quamvis ſcripta non reperiantur.*

§. III. Antonius Pagius Critic. in Baron. ann. 67, n. 14, non conjecturis, ſed exemplis probare nititur, primis Eccleſiæ Sæculis qualibet anni die Ordinationes permiſſas fuiſſe. In medium profert Martyrologium Hieronymianum, in quo ad diem 29 Decembrem hæc leguntur: *Romæ Felicis; & Bonifacii Epiſcoporum dies Ordinationis*: quæ dies incidit in feriam tertiam anno 169, quo S. Felix Conſecrationis munus accepiſſe fertur. Alia permulta pollicetur exempla, ſed fidem nunquam ſolvit. Nec unicum hoc exemplum, quod tanto molimine ex tam longævæ, ac reconditæ antiquitatis tumulis eruit, extra omnis teli jactum poſitum eſt. Nam & quis fuerit is Felix, & quo anno Epiſcopus factus, certant eruditi, & adhuc ſub Judice lis eſt. Nam S. Felix I die poſtremo anni 272 in Dionyſii locum ſubſtitutus fuit.

§. IV. Levia porro ſunt, & perinfirma ea, quæ ex Liberato brev. cap. XX, Tom. V Concil. pag. 773, recitat Joſephus Binghamus Orig. Eccleſ. Lib. II, cap. XI, §. 2. *Conſuetudo eſt Alexandriæ, illum, qui defuncto ſuccedit, excubias ſuper defuncti corpus agere, manumque dexteram ejus capiti ſuo imponere, & ſepulto manibus ſuis, accipere collo ſuo Beati Marci pallium, & tunc legitime ſedere*. Nam hæc verba faciles habent explicatus, ſi dicamus, mortuo Epiſcopo, ſtatim lectum fuiſſe, qui illi ſuccederet, hunc ita lectum defun-

jam tum affixæ eſſent ordinationes. Altum de ea re ſilentium, & in his Leonis Sermonibus, & in ejus Epiſtola modo tam copioſe relata. Brevi ergo illo temporis ſpatio, quod Leonis & Gelaſii Papæ Pontificatum diſpeſcuir, adſcriptæ ſunt ordinationes jejuniis quatuor Temporum, Presbyterorum certe & Diaconorum. Epiſcopos enim quolibet Dominico die celebrari, pro antiquo more & tunc conceſſum eſt, & deinceps ſemper uſurpatum. In Gelaſii decretum de hac ordinationum lege, quatuor Temporibus jam defixarum. Ordinationes etiam Presbyterorum, & Diaconorum, niſi certis temporibus & diebus exerceri non debent, id eſt quarti menſis jejunio, ſeptimi, & decimi, etiam Quadrageſimalis initii, ac mediana Quadrageſimæ die, Sabbati jejunio circa veſperam noverint celebrandas. Cui uſui accommodaverunt ſe poſteriores Pontifices & ætates. Vide, ſi vacat, Gregorii II Epiſtolam quartam.

Digitized by Google

functo parentaſſe, ac novendialibus expletis, ſtata die, ſacris Epiſcopalibus indutum, imbutumque fuiſſe. Nec hæc Socratis verba Lib. VII, c. 7, τρίτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν τελευτὴν Θεοφίλου ὁ Κύριλλος ἐνθρονισθεὶς, aliud ſibi volunt, *niſi tertia poſt obitum Theophili die Cyrillum renunciatum fuiſſe, qui Epiſcopali ſolio conſideret*; uti etiam illa alia Lib. VII, cap. 11. ,, ἵνα μὴ πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου ,, ζήτησις ᾖ καὶ ταραχὴν τῇ ἐκκλησίᾳ ,, κινήσῃ, μὴ μελλήσας, ἀλλ' ἔτι κειμένου ,, τοῦ σώματος Μαξιμιανοῦ, τοῖς παροῦσιν ,, ἐπισκόποις ἐνθρονίσαι τὸν Πρόκλον ,, ἐπέτρεψεν. ἐνθρονισθεὶς οὖν ὁ Πρόκλος τὴν ,, ἐκκομιδὴν τοῦ Μαξιμιανοῦ σώματος ἐποι- ,, ήσατο, ita ſunt reddenda, *ut ambitus, atque tumultus ſeges omnis præcideretur abſque ulla mora, nondum humato Maximiani corpore, Epiſcopis qui aderant, mandavit Theodoſius Imperator, ut Proclum deligerent in Epiſcopali ſolio collocandum. Itaque Proclus ad Epiſcopalem ſedem vocatus, corpus Maximiani ſepultura affecit.* Licet igitur tibi dem, antiquitus in nonnullis locis inter Epiſcopi mortem, & Succeſſoris electionem biduum, aut ad ſummum triduum interceſſiſſe, illudque etiam tibi largiar, olim Electionem, Confirmationem, & Conſecrationem paucorum dierum intervallis (c) disjunctas fuiſſe, nunquam tamen in eas me coges anguſtias, ut tibi concedam, diem Dominicum ad Epiſcopos conſecrandos expectari non potuiſſe.

QU.

(c) Doujitius in Not. ad Lancellotum Lib. I, tit. X. Ex veteri Eccleſiæ diſciplina, Electio, Confirmatio, & Conſecratio eodem fere tempore celebrabantur in Eccleſia viduata præſentibus, aut certe vocatis Epiſcopis Provincialibus a Metropolitano, qui Electum confirmabat, & per ſe, vel per Comprovincialem Epiſcopum conſecrabat: unde χειροτονίας nomen, quod ſignificabat proprie Electionem etiam pro χειροθεσίᾳ, ſæpe accipitur, quæ vox manuum impoſitionem proprie deſignat, ſive conſecrationem. Quamdiu certe ſuo in hac parte officio functi ſunt Metropolitani, vix quidquam intervalli inter confirmationem interjici ſolebat, & Conſecrationem, quæ Ordinationis nomine in priſcis Cannonibus intelligitur. Unde mirum non eſt, ſi ultra tres menſes differri Ordinationem vetet Concilium Chalced. can. quoniam 2, diſt. 75. Itemque Gregorius Magnus can. poſtquam 11, diſt. 50, quo ſpectat etiam can. 2, diſt. 100, qui eſt Pelagii Papæ. At ex quo invaluit, ut non ſolum Provinciæ Romanæ, non ſolum Italiæ reliquæ, ſed totius Occidentis Epiſcopi a Romano Pontifice Confirmationem peterent, ſeparanda fuit Conſecratio, quæ in Provinciis fieri ſolet, a Confirmatione, quæ fit Romæ, atque ita interponendum trimeſtre non minus inter Confirmationem, & Conſecrationem, quam inter Electionem & Confirmationem: quod paulatim uſu ipſo magis, quam edita conſtitutione introductum. Hodie ſolent Epiſcopi a Pontifice Maximo per Procuratorem ferme Confirmationem petere, & ſæpe extra Provinciam ſuam conſecrari.

Digitized by Google

Q U. XI.

Cedo ritum, quo utitur Eccleſia in conſecrandis Epiſcopis (a).

§. I. JOannes Calvinus (*b*) ritum illum, quo Catholica utitur Eccleſia in conſecrandis Epiſcopis, rem ſcenicam, ludricam, ac mimicam appellat. Ego vero ritu illo nihil ſanctius, nihil auguſtius, nihil divinius inveniri, aut excogitari poſſe exiſtimo. Singulas Cæremonias percurramus, & quæ, quantaque Sanctitatis, Religionis, ac Sapientiæ vis iis contineatur, impranſi, jejunique diſquiramus.

§. II. Primo igitur ſub ſolemnium Miſſarum initium, Epiſcopus, qui ſa-

(a) Eybel. Tom. IV, pag. 60, N. D. Ritus in eo conſiſtunt ut 1 Conſecrator æque, ac electus vigilia præcedenti jejunet. 2 Præter Epiſcopum conſecratorem adhibeantur porro duo adſiſtentes Epiſcopi. Concil. Nic. can. 4, Diſt. LXIV, c. 4, & 5, qui tamen ex ratione eorumdem Canonum, & hodierna praxi tot exemplis anterioribus innixa patet, non tam de conſecrationis *ſubſtantia*, *quam de probatione ſolemnitatis* deſiderantur. Rupprecht l. c. Oberhauſer Tit. de Elect. §. 37, Van-Eſpen J. E. U. P. I, Tit. XV. 3 Conſecratori ad altare ſedenti major Epiſcoporum aſſiſtentium offerat electum dicendo: *Poſtulat ſancta Mater Eccleſia Catholica, ut hunc præſentem Presbyterum ad onus Epiſcopatus ſublevetis.* 4 Conſecrator interroget, *an habeat mandatum Apoſtolicum*, quo ſcilicet conſecrandi poteſtas committitur. 5 Reſpondente Epiſcopo adſiſtente, habemus, hoc mandatum recitetur. 6 Electus dein illico Sedi Apoſtolicæ juramentum fidelitatis præſtet, eoque præſtito 7 Ad varias interrogationes de moribus, & fide reſpondeat verbis *volo*, *&* *credo*, Poſt hæc 8 Inchoetur ſacrum, ſub quo 9 Lecta Epiſtola & graduali dicantur litaniæ, & hiſce finitis 10 Evangelii liber imponatur Cervici, & humeris electi. Subinde 11 Conſecrator, & duo aſſiſtentes Epiſcopi ambabus manibus tangant caput conſecrandi dicentes: *Accipe Spiritum Sanctum*, & porro interpoſitis ſemper conſuetis precibus, formulis, & canticis, 12 Caput electi nec non 13 manus eodem Chriſmate ungantur. 14 Tradatur conſecrato præmiſſis benedictionibus baculus paſtoralis, annulus, & jam acceptus de humeris Evangeliorum liber; hocque facto 15 a conſecratore & aſſiſtentibus ad oſculum pacis recipiatur, ejuſdemque 16 abſterſo capite, & lotis manibus 17 in Miſſa pergatur. 18 Ad offertorium conſecratus conſecratori duo intorticia accenſa, duos panes, & duo barrilia vino plena offerat. 19 Conſecrator, & conſecratus ſimul miſſam proſequantur, & hic quidem ab illo communionem de eadem hoſtia, & eodem calice ſtans accipiat. 20 Imponatur denique mitra capiti conſecrati, & manibus induantur chirothecæ prius benedictæ, itaque indutus 21 collocetur in Sedem Epiſcopalem, ac tandem 22 cœpto Ambroſiano Hymno ab aſſiſtentibus, per Eccleſiam, ut omnibus benedicat, deducatur, totuſque actus 23 Solemni benedictione, & dato pacis oſculo finiatur.

(b) Inſtit. *Lib. IV*, *cap. V*, §. 3. *Ordinatio autem nihil aliud eſt, quam merum ludibrium.*

Digitized by Google

ſacris operatur, quique Conſecratoris munus obit, Evangeliorum Librum Candidati cervicibus, humeriſque imponit; tum una cum Epiſcopis, qui ſibi præſto ſunt, ambabus manibus caput illius tangit, multaque prece Deum orat, ut ſuo ſpiritu illum afflet, ſuoque repleat numine. Nihil hac Cæremonia antiquius. Eam enim ab Apoſtolis uſurpatam, nec non omnibus temporibus, atque Chriſtianarum ubique gentium conſenſu, ſumma cum Religione cuſtoditam Beveregius ad Can. I Apoſtolorum, Morinus de Sac. Ordin. Part. II, Exerc. I, cap. I, Martene de Antiqu. Eccleſiæ ritib. Tom. II, Lib. I, cap. VIII, Artic. XI, ſeqq. (*c*) Ritualibus libris omnium ſæculorum, omniumque Eccleſiarum longo ordi-

(c) Encyclop. V. *Evêque* pag. 707. Il eſt prouvè d'une maniere inconteſtable que les ſocietes des Chrétiens orientaux, ſeparees de l'Egliſe Romaine depuis plus de douze cents ans, ont conſervè le rit eſſentiel de l'ordination des Evêques, & leur ſuceſſion depuis l'epoque de leur ſchiſme. Aucune de ces ſectes hetérodoxes n'a jamais cru, que l'on pût former une Egliſe ſans Evêque, ou qu'un homme pût exercer les fonctions de Pauſter, ſans avoir recu l'Ordination, ou qu'il pût être ordoné Evêque par de ſimples Prêtres, encore moins par des laics. Sur tous ces points, les Proteſtans ſe ſont écartes de la croyance, & de la pratique de toutes les Egliſes Chrétienes. Perpet. de la Foi tom. 5, l. 5, c. 10, p. 387.

Ex vetuſtiſſimo Pontificali Egberti Eboracenſis Archiepiſcopi ante annos 900 literis ſaxonicis ſcripto: Ordinatio Epiſcopi: *Epiſcopus cum ordinatur duo Epiſcopi ponant, & teneant Evangeliorum librum ſuper cervicem ejus, & unus fundat ſuper eum benedictionem; & poſtea iſtas tres orationes omnes Epiſcopi, qui adſunt, recitare debent, reliqui vero manus ſuas ſuper caput ejus tangant.* „ Oremus, dilectiſſimi nobis, huic viro ill. ad utilitatem „ Eccleſiæ provehendo benignitas omnipo„ tentis Dei gratiæ ſuæ tribuat largitatem. „ Per "

Item alia. Adeſto ſupplicationibus noſtris, Omnipotens Deus, & quod humilitatis noſtræ gerendum eſt Miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per

Alia.

Propitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris, & inclinato ſuper hunc famulum tuum ill. cornu gratiæ Sacerdotalis, benedictionis tuæ in eum effunde virtutem. Per

Alia.

Exaudi, Domine, ſupplicum preces, ut quod noſtro gerendum eſt Miniſterio, tua potius virtute firmetur. Per

Ex MSS. Pontificali Anglicano Monaſterii Gemmeticenſis an. 900, & ex MSS. Pontificali S. Duſtani Cantuarienſis Archiepiſcopi, quod extat in Bibliotheca Regia: *Epiſcopus cum ordinatur, duo Epiſcopi ponant Evangeliorum librum ſuper cervicem ejus, & unus fundat ſuper eum benedictionem: reliqui omnes Epiſcopi, qui adſtant, manibus ſuis ſuper caput ejus tangant.* Benedictio Epiſcoporum: Oremus dilectiſſimi nobis, ut huic viro ill. ad utilitatem Eccleſiæ provehendo, benignitas Omnipotentis Dei gratiæ ſuæ tribuat largitatem. Per

Alia.

Adeſto ſupplicationibus noſtris, Omnipotens Deus, ut quod humilitatis noſtræ gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per

Alia.

Propitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris, & inclinato ſuper hunc famulum tuum ill. cornu gratiæ Sacerdotalis benedictionis tuæ in eum effunde virtutem. Per

Ex tribus antiquis Sacramentariis MSS. Noviomenſi B. M. Regio, & Gellonenſi an.

 900:

ordine prolatis noſmet dubitare non ſinunt, ut proinde pro certo affirmare poſſimus, hac Cæremonia Sacerdotii Epiſcopalis ſummam contineri.

900: *Epiſcopus cum ordinatur, duo Epiſcopi ponant Evangeliorum librum ſuper cervicem ejus, & unus fundat ſuper eum Benedictionem: reliqui omnes Epiſcopi qui adſtant manibus ſuis ſuper caput ejus tangant.*

Ex Pontificali MSS. Caturcenſi an. 800, & in Bibliotheca Colbertina aſſervato: *Epiſcopus cum ordinatur, primo progreditur domnus Metropolitanus cum cuncto clero ad Eccleſiam, ubi ipſam fieri vult ordinationem. Veniens autem ante altare, mox ut vult, indicat cantori, & mox incipit ad introitum* CONGREGATE ILLI; vel, *BENEDICAT HODIE DEUS, cum pſalmo, DEUS DEORUM, & GLORIA: cumque introitum finierint non dicatur KYRIE ELEISON, ſed domnus Metropolitanus dicit, GLORIA IN EXCELSIS DEO, & PAX VOBISCUM, & duo Epiſcopi teneant Evangeliorum codicem ſuper caput ejus, & uno ſuper eum ſundente benedictionem, reliqui omnes Epiſcopi manibus ſuis ſuper caput ejue tangant.*

Ex Pontificali Eccleſiæ Noviomenſis ann. 800. *Epiſcopus cum ordinatur, primo progreditur domnus Metropolitanus cum cuncto Clero ad Eccleſiam; ubi ipſam vult ordinationem fieri. Veniens autem ante altare, mox ut vult, indicat cantori; & mox incipit ad introitum, BENEDICET TE DEUS HODIE, cum pſalmo DEUS DEORUM, & GLORIA pleniter. Cumque introitum finierint, non dicatur KYRIE ELEISON: ſed domnus Metropolitanus dicit GLORIA IN EXCELSIS DEO. Hoc finito, dicit PAX VOBIS.* Deinde *dat orationem, & duo Epiſcopi ponant, & teneant Evangeliorum codicem ſuper caput ejus, & uno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui omnes Epiſcopi qui adſunt, manibus ſuis capus ejus tangant.*

Ex MSS. Pontificali Eccleſiæ Saliſb. ann. 600. „ Epiſcopo vero deſignato ſolemniter
„ præparato, duo Epiſcopi caſulis induti,
„ deportent ſuperius juxta altare, & con-
„ vertens ſe ordinator ad populum, faciat
„ ſermonem. Deinde imponat Clerus lita-
„ niam, & proſternat ſe ordinator electi ſi-
„ mul cum electo, & cæteris Epiſcopis an-
„ te altare ſuper ſtramenta uſque dum di-
„ cit ſchola AGNUS DEI. Ut autem ſur-
„ rexerint, duo Epiſcopi ponunt & tenent
„ Evangeliorum codicem ſuper verticem e-
„ jus & inter ſcapulas clauſum, & uno fun-
„ dente ſuper eo benedictionem, reliqui o-
„ mnes qui adſunt; manibus ſuis caput e-
„ jus tangunt, & dicat ordinator oratio-
„ nem."

Ex MSS. Pontificali Eccleſiæ Apamienſis in Syria ann. 500. *Hac oratione finita, deſcendit Pontifex de Sede ſua, & vadit ante altare, & ibi procumbit ſuper faudeſtolio ſuo juxta latus altaris. Electus vero proſternit ſe ante altare ſuper ſtramenta, & cæteri quoque Epiſcopi juxta eum ſe proſternunt; & tunc unus Subdiaconus incipit litanias Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos. Et prope finem cum Subdiaconus bis dicit, ut hunc electum benedicere, & conſecrare digneris, te rogamus audi nos, & idem ab aliis bis reſpondetur; Pontifex, & Epiſcopi in utraque repetitione ejuſdem verſus ſignant Epiſcopum electum. Ubi vero dicitur Agnus Dei, ſurgit Pontifex, & redit ad Sedem, unde deſcenderat. Surgunt quoque Epiſcopi, & elevantes electum deducunt eum ante præſentiam Pontificis. Et Pontifex accipiens textum Evangeliorum, ponit ipſum apertum ſuper ſcapulas electi, & tunc ipſe, & omnes Epiſcopi, qui adſunt, tangunt caput ipſius electi, & dicit Pontifex media voce hanc orationem: Epiſcopi quoque in hac, & in aliis ipſum proſequuntur voce ſuppreſſa uſque in finem conſecrationis.*

Ex MSS. Pontificali Eccleſiæ Noviomenſis ann. 400. *Tum ſtatim incipit Clerus Kyrie eleiſon cum litania proſtrato Clero cum Epiſcopis ante altare uſque dum dicatur Agnus Dei. Ut autem ſurrexerint, duo Epiſcopi ponunt, & tenent Evangeliorum Codicem ſub capite ejus; & uno fundente benedictionem, reliqui omnes*

Epi-

Digitized by Google

neri. Quamvis Evangeliorum Codex huic Cæremoniæ non ſit omnino neceſſarius, multum tamen præſefert ſignificationis. *Dum ordinantur Sacerdotes*,

---

Epiſcopi, qui aſſunt manibus ſuis caput ejus tangant.

Ex MSS. Pontificali Eccleſiæ Lugdunenſis ante annos 300 ſcripto: *Deinde iterum accumbant, cantore reſſumente litaniam, & proſequente uſque in finem. Qua finita ſurgunt omnes, & conſecratore ante altare ſtante, vultu ad chorum verſo, & electo ante illum genuflectente conſecrator aperiat Codicem Evangeliorum ponens illum ſuper caput & ſcapulas conſecrandi, & duo Epiſcopi ſuſtineant illum, littera ex parte inferiori manente. Tunc ordinator imponat utramque manum ſuper caput illius dicens: ACCIPE SPIRITUM SANCTUM. Idemque faciant, & dicant omnes Epiſcopi, tam tenentes librum, quam alii ſucceſſive. Quo facto, illo genuflectente, dicat ordinator media voce, & etiam alii Epiſcopi ſubmiſſa tamen voce cum ipſo.*

Ex Concil. Carth. IV. *Epiſcopus cum ordinatur, duo Epiſcopi ponant, & teneant Evangeliorum Codicem ſuper caput & verticem ejus, & uno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui omnes Epiſcopi qui adſunt, manibus ſuis caput ejus tangant.* Ritus ponendi in caput ejus Evangeliorum Codicem in omnibus Eccleſiis in uſu videtur fuiſſe. Auctor enim *Conſtitutionum Apoſtolicarum* (græcus quidam ſcriptor, qui ritus ſæculi tertii enarrare creditur) ejus meminit, hoc ſolo cum diſcrimine, quod duorum Epiſcoporum loco duo Diaconi Evangeliorum Codicem Epiſcopo ſeniore, ſeu primate cum duobus ipſi adſiſtentibus Epiſcopis preces conſecrationis recitante, ſuper caput ordinandi tenere juſſi ſint. Idem ille mos Chryſoſtomo, & auctori hierarchiæ Eccleſiæ ſub nomine Dionyſii latitanti, memoratur, qui hanc cæremoniam ſoli Epiſcoporum ordinationi peculiarem fuiſſe & uſitatam, dicunt.

Auctor conſtitutionum antiquam aliam precationis formulam recitat, cujus clauſula ita habet: *Da ipſi, Domine omnipotens, per Chriſtum tuum participationem Spiritus Sancti, ut habeat poteſtatem remittendi peccata ſecundum mandatum tuum; item dandi Cleros, id eſt ſortes, ut tu juſſiſti, ac ſolvendi omne vinculum ſecundum poteſtatem, quam Apoſtolis dediſti, placendique tibi in manſuetudine, & corde mundo, offerendo tibi ſine culpa ſemper, & ſine crimine ſacrificium mundum, & incruentum, quod per Chriſtum conſtituiſti myſterium novi teſtamenti in odorem ſuavitatis per Sanctum filium tuum Jeſum Chriſtum, Deum, & Salvatorem noſtrum, per quem tibi gloria, honor, & veneratio in Sancto Spiritu, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Ex Euchologio Græcorum. „ Poſtquam „ hymnus ter Sanctus completus fuerit, & „ deſcenderint ex ambone Cantores, ſtat Archie„ piſcopus in crepidine, coram ſancta men„ ſa, & traditur ei tabella in qua ſcriptum „ eſt: *Divina gratia* &c. Et omnibus au„ dientibus legit, habens manum ſuper or„ dinandi caput. Et cum legerit illud: *Di„ vina gratia* &c. Populus dicit: *Domine „ miſerere*, ter. Et aperiens Archiepiſcopus „ Evangelium, imponit ſuper ejus caput, „ & collum, adſtantibus & aliis Epiſco„ pis, & ipſis Sanctum Evangelium tangen„ tibus, facitque cruces tres ſuper caput e„ jus, & impoſita illi manu, ordinans ſic „ precatur: Dominator Domine &c. Et re„ ſponſo *Amen* unus adſtantium Epiſcopo„ rum preces Diaconi perſolvit, hoc pacto: „ *In pace Dominum precamur* &c. Et dum „ hæc fit oratio ab Epiſcopo, pari modo „ ſuper caput ordinati manum impoſitam „ tenet Archiepiſcopus, & ſic precatur: „ *Domine Deus noſter* &c. Et dicto *Amen*, „ aufert Evangelium Patriarcha, deponitque „ illud in ſancta menſa, tuncque pallium „ ordinato imponit, & deoſculatur illum, „ quod item reliqui Epiſcopi faciunt: & ad „ conſeſſum ſimul cum illis proficiſcuntur, „ & Miſſa integre completur. “

Ex Euchologio Syrorum Maronitarum. „ Patriarcha precatur, & imponit manus „ ſuper corpus, & ſuper calicem, ut conſu„ met, teguntque manus ejus cum velo. „ Poſtea revertitur ad eum qui ordinatur, „ eai-

dotes, (ait Chryſoſtomus de Laudib. Evang. apud Hab. pag. 79.) *Evangelium capiti imponitur, quo diſcat ordinatus, veram ſe accipere Evangelii Thiaram; diſcat etiam, tametſi omnium ſit caput, ſe tamen eſſe ſub legibus, & cum omnibus dominetur, legis imperio ſubjici: Cumque omnibus legem ponat, a lege gubernari. Quamobrem unus ex antiquis nobilis, cui nomen Ignatio, Sacerdotio ſimul, ac Martyrio inſignis, ſcribens alicui Sacerdoti dixit: Nihil abſque voluntate tua geratur, nec tu etiam præter voluntatem Evangelii quidquam facias. Quod igitur Evangelium accipiat Pontifex, ſignificat eum eſſe ſub poteſtate conſtitutum.*

§. III. Chiroteſiam excipit unctio capitis, ac manuum. Hæc, ſi Morino credimus, (de Sac. Ordin. Part. III, Exerc. VI, cap. 2.) apud Latinos eſt antiquiſſima. Quæ myſteria hac oculantur Cæremonia, nos edocet Innocentius III rel. in cap. un. de S. Unct. hiſce verbis: *Caput inungitur propter auctoritatem, & manus propter miniſterium & officium.*

§. IV. Poſt hæc novus Epiſcopus Pedum ſumit, *quo attrahat vagum, ſuſtentet languidum, ſtimulet pigrum,* (Ezech. cap. 34.) *quoque incredulos convertat ad fidem, converſos in fide retineat, averſos ad fidem reducat, perverſos ordinet ad rectitudinem, ſubverſos ad veritatem revocet, ſubverſores convincat atque emendet.* Nec hujuſce Epiſcopalis geſtaminis nupera eſt noticia. Nam ejus mentio fit in Concilio Toletano IV, an. 633, can. 28. (Vid. Morin. loc. cit. Exercit. II, cap. 2, n. 5.)

§. V.

„ eaſque imponit ſuper caput ejus, ac ei
„ aptat. Interea Epiſcopi duo manibus ſuis
„ ſuſtinent librum Sanctorum Evangeliorum
„ apertum ſuper manus Patriarchæ, & alii
„ ſuſtinent flabella ſuper Evangelium. Tunc
„ Patriarcha attollit manus ſuas, & extendit brachia, eaque elevat, & deprimit tribus vicibus ſuper caput illius, qui ordinatur. Tum vero Epiſcopi cum manibus Patriarchæ attollunt Evangelium ſuper manus illius, deprimuntque illud, & flabella ſimiliter ſuper Evangelium, illaque commovent. Patriarcha autem precatur precationem invocationis Spiritus."

Ex Euchologio Syrorum Neſtorianorum. Abſoluto Canone non precantur, ſed Evangelium accipit Præſul, & imponit illud ſuper dorſum illius qui ordinatur. Dicit autem Archidiaconus: *Præparato ſtemus*. Tum legunt ex textu cap. 16 Evangelium Matth. *Dum autem veniſſet Jeſus in partes Cæſareæ &c.*, & Evangelium Joannis: *Dixit Jeſus Simoni Petro, Simon Barjona, amas me plus his &c.* Scito, quod cum imponitur Evangelium ſuper dorſum ejus, qui ordinatur, omnes Epiſcopi, qui illic ſunt, imponant manus ſuas ſuper illum ex utroque latere, donec omnes preces abſolutæ fuerint, & tunc ab eo recedunt.

Ex Euchologio Syronum Jacobitarum, & Eutychianorum: Deinde ſumit Patriarcha dona ex Corpore, & Sanguine cum ſunt utraque in invicem conjuncta. Poſtea revertitur ad eum, qui ordinatur. Tum Evangelium ſuper caput ejus apertum tenent Epiſcopi quotquot ſunt. Patriarcha autem ponit manus ſuas ſuper caput ejus ſubter Evangelium: eas autem movet, dum Epiſcopi attollunt Evangelium deſuper manus Patriarchæ, & deprimunt illud, quoties movet: Oculi ejus interim cum timore ſuſpiciunt in altum. Ter ſic facit. Poſt tertiam autem motionem, imponit Patriarcha dexteram ſuam ſuper caput illius, qui ordinatur: Siniſtram mutans in modum orbis ſeu circuli ſuper caput illius qui ordinatur. Interea cum quiete, & ſilentio tenent Epiſcopi Evangelium ſuper caput illius, & precatur.

Digitized by Google

§. V. Exinde Conſecrati Epiſcopi digito immittitur annulus, (d) quo moneatur, ſe Chriſti Eccleſiæ eſſe deſponſatum. Neque vero ſingulorum Epiſcoporum ſingulæ Eccleſiæ totidem ſunt ſponſæ, ut nonnulli falſo arbitrantur, ſed Univerſa Chriſti Eccleſia omnium Epiſcoporum ſimul una ſumptorum, atque adeo *unius, cujus pars a ſingulis Epiſcopis in ſolidum tenetur* (Sanct. Cyprianus de Unit. Eccleſ.) *Epiſcopatus ſponſa eſt*: (Vid. ſup. Part. II, Qu. II, §. 4, Qu. V, §. 4.) quemque digito Epiſcopi geſtant, annulus, ejus fidei, ejuſque amoris pignus eſt, quo erga Eccleſiam ſuam ſponſam debent exardeſcere, uti declarant ea verba, quæ hunc ritum comitantur: *Accipe annulum fidei ſignaculum, quatenus Sponſam Dei, ſanctam videlicet Eccleſiam, intemerata fide ornatus illibate cuſtodias*. Hujuſce ritus antiquitas eruitur ex eodem Concilio Toletano IV, quod ineunte Sæculo VII habitum fuit.

§. VI. Poſtea Conſecrator tradit novo Epiſcopo Evangeliorum librum hiſce verbis: *Accipe Evangelium, prædica populo tibi commiſſo, potens eſt enim Deus, ut augeat tibi gratiam ſuam*: quod perinde eſt, ac ſi diceret: Ne putes in Petro, & Paulo, Tito, Timotheo &c. Apoſtolorum munus deſiiſſe, neve exiſtimes, cum poteſtatem, qua ipſi divinitus præditi erant, cum ipſis interiiſſe. *Illi plus omnibus* (D. Bernard. Lib. II de Conſid.) *laboraverunt, non tamen totum laboraverunt, & tibi adhuc locus relictus eſt*. Vide hinc, quantopere genio ſuo indulgeat Vanſpenius J. E. U. Part. I, tit. XV, cap. III, §. 17, qui ex illis verbis: *Prædica populo tibi commiſſo*: anſam arripit aqua & igni interdicendi eos Epiſcopos, qui nulli certæ Eccleſiæ ſunt addicti, quaſi vero Titus, Timotheus, aliique hujuſmodi alicui Eccleſiæ fuiſſent adſtricti; (Vid. ſup. Lib. I, Qu. XLII, §. IV.) nec tamen defuerunt muneri prædicandi Evangelium iis populis, ad quos ab Apoſtolis miſſitabantur.

§. VII. Hiſce expletis, Conſecrator una cum Conſecrato Epiſcopo Sacrum peragit. Cum ad Communionem ventum eſt, ejuſdem Hoſtiæ ac Calicis, de quo Conſecrator, fit particeps etiam Epiſcopus Conſecratus, quæ res memoriam nobis affert Apoſtolorum, qui (utor verbis D. Thomæ Part. III, qu. 82, artic. 2.) *Chriſto cœnanti concœnaverunt*.

§. VIII. Sacro peracto, Caput ornatur Mitra, manus chirotecis amiciuntur his ferme verbis: *Imponimus, Domine, capiti hujus Antiſtitis, & Agoniſtæ tui galeam munitionis, & ſalutis: quatenus decorata facie, & armato capite, cornibus utriuſque Teſtamenti terribilis appareat adverſariis veritatis, & te ei largiente gratiam, impugnator eorum robuſtus exiſtat. Qui Moyſi famuli tui faciem ex tui ſermonis conſortio decoratam lucidiſſimis tuæ claritatis, ac veritatis cornibus inſigniſti, & capiti Aaron Pontificis tui* Thia-

(d) Encyclop. Anneau; ornement affecté aux Evèques pour marquer l'etroite alliance qu'ils ont contractée avec l'Egliſe par leur ordination, l'atachement & l'affection qu'ils lui doivent &c. Voyez l'ancien Sacramentaire par Grandcolas, premiere partie, page 149.

Digitized by Google

Thiaram imponi juſſiſti: Circumda, Domine, manus hujus Miniſtri tui munditia novi hominis qui de Cœlo deſcendit: ut quemadmodum Jacob dilectus tuus pelliculis hædorum opertis manibus, paternam benedictionem, oblato Patri cibo, potuque gratiſſimo, impetravit; ſic & iſte oblata per manus ſuas hoſtia ſalutari, gratiæ tuæ benedictionem impetrare mereatur. Ex hiſce verbis ſatis elucet, qui Eccleſiæ ſpiritus hoc Mitræ & Chirotecarum cortice incluſus lateat. Nec illud ſilentio prætereundum, Epiſcoporum tibias ocreis etiam tegi, ac muniri, ut intelligant, ſibi ambulandum, non ſedendum, ſibi laborandum, non in otio deliteſcendum.

§. IX. Cum igitur tam præclara, ac ſcitu digna hiſce ritibus contineantur, cur eos tam nigro loliginis ſucco perſpergis? Cur non potius eorum cortices, putamina, tegumenta, atque involucra effringis, aperis, detrahis, eorumque nucleis veſceris, ſuccum ac medullam exugis? Cur non animum refers ad ea myſteria, præcepta, ac dogmata, quæ hiſce ritibus teguntur ac cæremoniis? Scilicet Eccleſia in ſuis Alumnis erudiendis, inſtituendis, expoliendiſque non uno utitur ſermone, ſed omnibus iis vocibus, notis, ac ſignis, quæ ad mentis ſenſa & conſilia exprimenda, aperienda, explicanda conferre aliquid poſſunt. Nam non ſolum verbo & eloquio, ſed etiam ritibus ac cæremoniis, nec hiſce modo, ſed etiam feſtis diebus, ſacriſque ſolemnibus, quæ monumenta ſunt omni ære perenniora, (e) Evangelica doctrina nos imbuit, & ad omne officii munus nos inſtruit. Enimvero ſtati Eccleſiæ ritus, Cæremoniæ, feſta, ſolemnia ſunt alter Evangeliorum Codex, eaque omnia, quæ Apoſtoli & Evangeliſtæ ſacris litteris mandarunt, Eccleſia rituum ac Cæremoniarum ſignis obſignavit, quæque illi coarctarunt, & peranguſte referſerunt in Oratione ſua, hæc ſuis ritibus ac Cæremoniis nobis dilatavit atque explicavit (f).

§. X. Quamquam minime mirum vide-

(e) Rouſſeau Emil. Tom. III, p. 214. Col traſcurare il linguaggio dei ſegni, che parlano all'immaginazione, ſi è perduto il più energico dei linguaggi. L' impreſſione della parola è maiſempre debole; ſi parla al cuore per gli occhi aſſai meglio che per gli orecchi. Anzichè foſſe ſtabilita la forza, Iddio era i Magiſtrati del genere umano: dinanzi ad eſſo i particolari facevano i lor trattati, le loro alleanze; pronunciavano le lor promeſſe; la faccia della terra era il libro, in cui ſe ne ſerbavano le memorie. Delle rupi, degli alberi, dei mucchi di pietre conſecrate col mezzo di queſti atti, e reſi riſpettabili agli uomini barbari erano i fogli di queſto libro inceſſantemente aperto a tutti gli occhi. Il pozzo del giuramento, il pozzo del vivente, e del veggente, l'antica quercia di Mambre, il monte della teſtimonianza. Ecco quali erano i monumenti, rozzi bensì, ma auguſti dalla ſantità de' contratti. Neſſuno ſi ſarebbe arriſchiato con una mano ſacrilega d' attentare a queſti monumenti, e la fede degli uomini era più aſſicurata, mercè il garantimento di queſti tanti teſtimonj, ch' eſſa non lo è oggidì con tutto il rigor delle leggi. Il Clero Romano ha con avvedimento conſervati i ſegni eſteriori nel culto.

(f) Encyclop. Meth. V. *Cerémoniès* pag. 296. Dans la Chriſtianiſme, auſſi-bien que ſous les deux èpoques precedentes, les cérémonies ſont 1 un monument des faits qui prouvent la divinitè de notre religion; nous celebrons par nos fétes la naiſſance, les miracles, les ſoufrances, la mort, la reſurrection de Jéſus-Chriſt, la deſcente du Saint-Eſpirt; monument d' autant plus irrécuſable

videri debet, ſi Proteſtantes noſtras Cæremonias tam multo ſale defricare

---

ble qu'il remonte à la date même des événemens, & qu'il a été etabli par les têmoins oculaires. 2 C'eſt une profeſſion de foi des vérités que Jéſus-Chriſt nous a enſeignées, qui marche a côté de l'Ecriture Sainte & en détermine le ſens: les cérémonies du Baptême nous apprenent la corruption de la nature humaine par le pèché; celles de la Liturgie nous atteſtent la preſence rèelle de Jeſus Chriſt; le ſigne de la croix nous retrace les myſteres de la Sainte Trinitè, de l'Incarnation, & de la Redemption, &c. 3 Ce ſont autan de leçons de morale qui nous enſeignent nos devoirs, nous avertiſſent des vitrus que nous devons pratiquer, & des vices que nous devons éviter. Le ceremonial du Baptême eſt un tableau des obbligations du Chrétien; celui du mariage, un catechiſme ſur les devoir mutuels des èpoux; celui de l'Ordre, une inſtruction pour les Pretres: les benedictions de l'Egliſe nous prechent la reconoiſſance, & la ſoumiſſion envers Dieu, l'uſage modérè des biens de ce monde &c.

Les Proteſtans, plus hardis, ont dit que les cérémonies de l'Egliſe ſont, des ſuperſtions nouveles inconnues aux premiers fideles; une ſource infaillible d'erreurs pour le peuple, un effet de l'ambition des Prètres; conſéquemment ils les ont retranchées & proſcrites; ils ont appellé réforme ce trait d'ignorance & de témérité. D'autres cependant prétendent que ce ſont des reſtes de Judaïſme. Comment acorder enſemble tous ces reproches? On leurs a fait voir que nos cérémonies ne ſont ni nouvelles, ni ſuperſtitieuſes, mais auſſi ancienes pour la plupart que le Chriſtianiſme; que quelques-unes ſont auſſi ancienes que le monde. En mettant au jour la Liturgie, au quatrieme ſiecle, on n'a fait que rédiger par écrit, ce qui avoit été pratiqué dans les trois ſiecles précédens, puiſque l'Apocalypſe nous montre déja le plan de la Liturgie telle que S. Juſtin l'a repréſentée au ſecond ſiecle, & Saint Cyrille de Jeruſalem au troiſieme. C'eſt ce qu'a démontré l'Abbé Renaudot, dans les tomes 4 & 5 de la *Jus Epiſcopale*, Perpétuité de la Foi, & aprés lui le P. Lebrun.

A' la vérité, lorſqu'un dogme Catholique a été ataqué par les hérétiques, l'Egliſe en a fait une profeſſion plus expreſſe dans ſon culte, & a multiplié les formules qui l'exprimoient. Ainſi, comme le myſtere de la Sainte Trinité a été ataqué de très bonne heure, par les Gnoſtique, par les Sabelliens, les Ariens, les Macédonies, &c. l'Egliſe, pour atteſter ſa foi aux trois Perſonnes divines, a par-tout affecté le nombre de trois; de là le kyrie répété trois fois á l'honeur de chacune, le Triſagion ou trois fois ſaint, la triple immerſion pour le Baptême, la Doxologie placée á la fin de chaque Pſaume, &c. Les défenſeurs de l'orthodoxie ont oppoſé aux Ariens les cantiques des fideles, aux Pélagiens les prieres de l'office divin, aux Bérengariens l'adoration de l'Euchariſtie, &c. C'eſt donc par les cérémonies, que l'Egliſe a prémuni ſes enfans contre l'erreur, & l'on vient nous dire que cette profeſſion le foi eſt une ſource d'erreur. Si les Proteſtans ont déclamé contre la Liturgie, c'eſt qu'ils y voyoient leur condamnation, la préſence réelle atteſtée par l'adoration de l'Euchariſtie, des termes qui expriment la tranſſubſtantiation, les notions d'offrande & de ſacrifice, la communion ſous une ſeule eſpece, l'invocation des Saints, la priere pour les morts, la Hiérarchie, &c. Qu'a fait l'Egliſe dans cette circonſtance? Ce qu'elle avoit fait de tout temps: depuis la prétendue réforme, elle a rendu le culte de l'Euchariſtie plus pompeux, l'invocation de la Sainte Vierge & des Saints plus fréquente, la Liturgie plus majeſtueuſe. C'eſt une profeſſion de foi qui parle aux yeux, qui fait diſtinguer au plus ignorant une contrée Proteſtante d'avec un pays Catholique. Nous ne concevons pas, comment les Théologiens Anglicans & autres peuvent jeter les yeux ſur ces anciens monumens de la croyance de l'Egliſe, & perſévérer dans leurs préjugés; ils en parlent hiſtoriquement comme d'une choſe indifférent, ſans en conſidérer jamais les conſéquen-

Digitized by Google

re auſi ſint, ac tam acri aceto per- fundere, cum, quot Cæremonias, tot

quences. Les trois principales ſectes proteſtantes ne ſe ſont point acordées ſur les cérémonies qu'il falloit retrancher ou conſerver: les Calviniſtes les ont preſque toutes ſupprimées; ils n'ont retenu que le Baptême & la Cène, & ils en ont bani tous les anciens rites: les Luthériens en ont gardè un peu davantage, & ſi Luther avoit été le maître, il en auroit conſervé un plus grand nombre; mais il fut obligé de céder a la frénéſie de quelques autres reformateurs; c'eſt ce qu'il écrivoit en 1528 á Guillaume Pravveſt ſon ami. Les Anglicans, plus modérés, ſont ceux qui en ont le moins retranché, & c'eſt une des raiſons pour leſquelles les Calviniſtes leur reprochent des reſtes de Papiſme. Un Ecrivain Anglican eſt convenu qu'il n'étoit pas fort aiſé de fixer le point juſqu'oú il falloit pouſſer la réforme ſur cet objet; c'eſt le goût & la fantaſie qui en ont décidé.

Néanmoins un Calviniſte trés entêté eſt convenu, que les cérémonies ſont utiles pour confirmer ce qui a été dit par les Théologiens; & pour connoître le véritable ſens des expreſſions équivoques oú conteſtées. Il y en a quelques-unes, dit-il, dont on tire une conſéquence ſi naturelle & ſi évidente qu'on ne peut ſe défendre de l'admetre. Cet aveu nous paroît remarquable, & très-important. Baſnage. Hiſt. de l'Egliſe l. 13, c. 6, §. 1.

Mosheim dit, comme les Calviniſtes, que Jéſus-Chriſt n'a inſtitué que deux cérémonies, le Baptème, & la Cène: s'il entend que Jéſus-Chriſt n'a ordoné par un précepte formel, que ces deux cérémonies, cela eſt vrai; mais les Apôtres n'ont-ils rien pratique ni rien commandé de plus? Ils ont donné le Saint-Eſprit par l'impoſition des mains, ils ont ordoné des Prêtres & des Diacres avec la même rite. S. Jacques a racomandé l'onction des malades & la confeſſion des péchés; S. Jean dans l'Apocalypſe a tracé le plan d'une liturgie pompeuſe. Les Paſteurs, ſucceſſeurs des Apôtres, n'ont-ils pas eu comme eux une autorité légiſlative, & ont-ils abuſé de leur pouvoir, en établiſſant d'autres cérémonies relatives aux circonſtances & aux beſoins de l'Egliſe?

Mosheim ne leur conteſte pas formèlement cette autorité; ils avoue même que les Apôtres ont inſtitué pluſieurs cérémonies, & que les progrés du Chriſtianiſme ont rendu cette inſtitution néceſſaire; mais il s'éforce de rendre ſuſpects les motifs que ſe ſont propoſés les ſucceſſeurs des Apôtres. Il pretent qu'au ſecond ſiecle l'on établit pluſieurs nouvelles cérémonies, 1 par condeſcendanee pour les Juifs & pour les Pajens, qui étojent acoutumés á un culte exteriour pompeux, & afin de les amener plus aiſément au Chriſtianiſme: 2 pour réfuter le reproche d'athéiſme que les Païens faiſoient aux Chrétiens, parce qu'ils ne voyoient chez ces derniers aucun appareil de religion: 3 parce que l'on emprunta des Juifs les termes de Pontife, de Prêtre, de Lévites, de ſacrifice, d'autel &c. 4 afin d'imiter les myſteres du Paganiſme qui inſpiroient du reſpect pour la religion; 5 pour ſe conformer au goût des Orientaux; qui aimoient une maniere d'enſeigner ſymbolique, & myſtérieuſe; 6 pour ménager les anciens préjugés des Proſélytes Juifs, & Païens. Hiſt. Chriſt. Prolég. c. 2, §. 5, & Sæc. 2, §. 36, Inſtit. maj. Sæc. 1, part. 2, c. 4, §. 1, Hiſt. Eccléſiaſt. du deuxieme ſiecle, deuxime partie, cap. 4, §. 1, & ſuiv. &c.

Il penſe qu'au troiſieme ſiecle le nombre des cérémonies fut encore augmenté, parce que les Peres de l'Egliſe adopterent les idées de Pythagora, & de Platon touchant le pouvoir des Demons ſur les corps, & ſur les âmes; de lá naquirent, ſelon lui, les exorciſmes, & les autres rites du Baptême, les bénédictions des alimens, & des autres choſes uſuelles, l'eſtime pour les mortifications, & pour la continence, les pénitences rigoureuſes impoſées aux pécheurs ſcandaleux, l'horreur pour les excommuniés, &c. Il dit que le nombre des cérémonies inventées au quatrieme ſiecle paroiſſoit déja exceſif á S. Auguſtin, Ep. 55, ad Januar. c. 19, n. 35.

Nous ſommes déja redevables á ce Critique

Digitized by Google

tot etiam ſuorum errorum ac crimi- num locupletiſſimos, ac certiſſimos te-

---

que de ce qu' il reconoît que la plu part de nos cérémonies ont pris naiſſance au ſecond, & au troiſieme ſiecle ; par-lá il releve la bévue de ceux qui ont ſoutenu que c' étoient des abus introduits dans les ſiecles d'ignorance qui ont ſuivi l'irruption des barbares. Il n'étoit pas poſſible de trouver plutôt tres veſtiges de nos rites, puiſqu' il nous reſte trés-peu de monumens du premier ſiecle, & l' Apôtre S. Jean, a véçu juſqu' au commencement du ſecond.

Nous n'oppoſerons pas aux conjectures de Mosheim l' atachement que les Egliſes fondées par les Apôtres dans les differentes parties du monde, conſervoient pour les leçons de leur fondateurs, la profeſſion que ſont les Peres les plus anciens de s' en tenir á ce que les Apôtres avoient établi ; mais l'impoſſibilité d' introduire en même temps un nouvel uſage dans les Egliſes de l' Egypte, de l' Arabie, de la Syrie, de la Perſe, de l' Aſie mineure, de la Grece, de l'Italie, des Gaules, de l'Eſpagne & des côtes de l'Afrique ; pendant les perſécutions du ſecond & du troiſieme ſiecle, il y avoit peu de relation entre ces ſociétés differentes. Qui a pris la peine de les parcourir pour y introduire uniformément une nouvelle pratique? Comment dans toutes les Egliſes, trés-éloignées les unes des autres, dont le langage, les mœurs, les préjugés n' étoient pas les mêmes, ne s' en eſt il trouvé aucune qui ait eu la conſtance, & le bon eſpirt de vouloir s'en tenir á ce que les Apôtres, & leurs Diſciples immédiats avoient réglé? Voilá ce qu' il faudroit expliquer.

Dans les Ecrits des Peres du ſecond, & du troiſieme ſiecle, dans les Ouvrages de nos Apologiſtes, loin de trouver aucun veſtige de condeſcendance pour les préjugés & les habitudes des Juifs ou des Païens, nous voyons tout le contraire, une affectation marquée de la part de ces Ecrivains d' ataquer de front les idées & les notions du Paganiſme, & du Judaïſme, & d' y oppoſer celles que les Chrétiens avoient reçues de Jeſus-Chriſt, & des Apôtres. On peut comparer ſur ce point les Apologies de Saint Juſtin, de Tertullien, de Minutius-Félix, d' Origene, &c. On verra s'ils ont cherché á ménager les préjugés de leurs adverſaires, afin de les gâgner, & s'ils ont été tentés de les imiter en quelque choſe. D' un côté les Proteſtans nous objectent le ſilence de ces Ecrivains touchant les cérémonies dont parlent les Auteurs du quatrieme ſiecle ; de l'autre, ils ſuppoſent que ce ſont ces Docteurs ſilencieux, ou leurs contemporains, qui les ont établies ; ils ont donc rougi d' apprendres aux Païens ce que l' on faiſoit dans l' Egliſe Chrétiene par condeſcendance pour eux.

Nous convenons du goût général, non ſeulement des orientaux, mais de tous les peuples du monde, pour la maniere d' enſiegner ſymbolique, & allegorique, pour les cérémonies majeſteuſes & inſtructives, qui renferment un grand ſens. De lá même nous concluons que Jéſus-Chriſt, les Apôtres, & leurs Diſciples, étoient trop ſages pour retrancher aux hommes un auſſi puiſſant moyen d' inſtruction. Ces ſymboles, diſent nos adverſaires, cet apparat extérieur plaiſent aux ignorans ; cela eſt vrai, & en cela ils ſont plus ſeniés que les prétendus ſavans qui les dédaignent, & qui veulent les ſupprimer. Jéſus Chriſt & les Apôtres n'ont-ils voulu inſtruire & convertir que des Philoſophes?

Quant á la doctrine des Pythagoriciens & des Platoniciens du troiſieme ſiecle, Mosheim pouvoit remonter plus haut ; il l'auroit vué dans les Ecrits des Apôtres & des Evangéliſtes. Ils nous apprenent que le Démon a osé tenter Jeſus-Chriſt luimême ; que c'eſt lui qui tormentoit les poſſédés guéris par Jeſus-Chriſt, & qui mit dans le cœur de Judas de trahir ſon maître. Ils diſent que cet eſpirt malin enleve la parole de Dieu du cœur de ceux qui l'écoutent ; qu' il tourne autour de nous comme un lion rugiſſant, qu'il nous tend des embûches ; qu il faut lui réſiſter & le mettre en fuir, &c. Ces vérités ſuffiſoient ſans doute pour faire inſtituer des exorciſmes & des bénédictions, pour inſpirer aux Chrétiens l'eſtime de la mortification, de la continence, de la Cha-

teſtes eſſe videant; nec veritati Catholicæ valedicere potuerunt, quia et-

Chaſteté, de la pénitence, ſans qu'il fût beſoin de conſulter Pythagore ou Platon. Nous préſumons que les Peres, & les Chretiens du ſecond & du troiſieme ſiecle ont formé leur croyance ſur les livres du Nouveau Teſtament plutôt que ſur la doctrine des Philoſophes Païens. Quelques-uns de nos incrédules ont dit que les Electiques ou nouveaux Platoniciens avoient imaginé leur Théurgie ſur le modelle des cérémonies chrétienes; d'autres, que ce ſont les Chrétiens qui ont imité cette Théurgie: C'eſt ſans doute Mosheim qui leur a ſuggéré cette idée: on doit le féliciter des diſciples qu'il a formés.

Il a dû voir de même dans les Ecrits des Apôtres, les noms de Pontife, de Prêtre, de Sacerdoce, d'autel, de ſacrifice, de victime, &c. C'étoit à lui de prouver que les Paſteurs de l'Egliſe en ont abusé au ſecond ou au troiſieme ſiecle, pour changer la vraie notion de l'Euchariſtie, pour s'arroger des pouvoirs des droits des priviléges, auxquels ils n'auroient pas dû prétendre.

Il dit que les perſones ſenſées & vertueuſes furent indignées de la multiplication des cérémonies, & il cite le livre de Tertullien *de Creatione*; on ne trouve point ce livre prétendu parmi les Ecrits de Tertullien. Il allegue, avec encore plus d'infidélité, le témoignage de S. Auguſtin. Ce ſaint Docteur parle des cérémonies qui ne ſont fondées ni ſur l'autorité de l'Ecriture Sainte, ni ſur les décretes des Conciles, ni ſur l'uſage de l'Egliſe univerſale, mais qui varient ſuivant les différens lieux, de maniere que l'on ne peut découvrir les cauſes de leur inſtitution; il eſt d'avis de les retrancher abſolument, & il dit que le joug des rites Judaiques eſt plus favorable que celui de ces inventions de la préſomption humaine. Mais il dit qu'il ne faut ni rejeter ni blâmer; mais plutôt louer & imiter les pratiques dans leſquelles on voit les caracteres opposés, & qui ne ſont contraires ni á la foi, ni aux bonnes moeurs, ma qui peuvént ſervir á l'édification. Epiſt. 55 ad Januar. c. 18, & 19, n. 34, & 35. Voilà une doctrine bien différente de celle de Mosheim & des Proteſtans.

Il allegue enfin, en troiſieme lieu, un trait de la vie de S. Grégoire Thaumaturge, dans laquelle il eſt dit que, voyant la multitude ignorante perſévérer dans l'idolatrie, à cauſe des plaiſirs ſenſuels & de la joie qui régnoient dans les fêtes des Paiens, il permit aux Chrétiens de ſe récréer & de ſe réjouir dans les fêtes des Martyrs, eſpérant que d'eux mêmes ils en viendroient à une conduite plus grave & plus honête. De là Mosheim conclut que S. Grégoire permit aux Chrétiens de danſer, de jouer, de faire des feſtins ſur les tombeaux des Martyrs le jour de leur fête, & de pratiquer tout ce que les Païens faiſoient dans leurs temples en l'honeur de leurs Dieux. Hiſt. Eccléſ. du ſecond ſiecle, ſeconde part. c. 4, §. 2. Si cela eſt vrai, S. Grégoire Thaumaturge permit encore aux Chrétiens les ſpectacles du théâtre, l'ivrognerie & la proſtitution, puiſque les Païens faiſoient tout cela dans leurs temples á l'honeur de leurs Dieux? Eſt-il donc impoſſible de ſe recréer & de ſe réjouir d'une maniere honête, & ſans aucun danger pour les mœurs? Voilà comme, par des commentaires malicieux, les Proteſtans calomnient les Peres de l'Egliſe.

Nous ne répondrons rien au reproche qu'il fait aux Evêques des ſiecles ſuivans, d'avoir multiplié de nouveau les cérémonies par un motif d'ambition, afin de s'attirer plus de conſidération & de reſpect de la part pes peuples. Il ne coûte rien à la malignité de nos adverſaires de préter des motifs vicieux à ceux qui en ont d'ailleurs de très louables.

Nos Philoſophes incrédules ne pouvoient manquer d'enchérir ſur les reproches des hérétiques: mais ils n'ont fait que ſuivre le chemin que ceux ci leur avoient tracé. Ils diſent qu'un culte auſſi chargé de cérémonies & de pratiques extérieures que le nôtre, n'eſt pas l'adoration en eſprit & en vérité que Jeſus-Chriſt eſt venu établir, qu'il reſſemble trop an Judaïſme, qu'il ne convient qu'à un peuple le plus groſſier. Nous répon-

Digitized by Google

etiam Eccleſiaſticis ritibus, ac Cæremoniis nuntium remitterent. Ipſi enimvero Epiſcopales Angli umbra tantum Epiſcopalis Sacerdotii, & imaginibus utuntur, ne ſecum ipſi certare videantur ſi iis ritibus conſecrentur, qui ſuis dogmatibus infeſti maxime ſunt, atque inimici.

QU.

répondons que la culte en eſprit & en vérité eſt celui qui eſt profoodement gravé dans l'eſprit, & dans le cœur, & qu'il ne peut l'être que par l'entremiſe des ſens. Celui des Juifs ſe bornoit à l'extérieur, ne leur inſpiroir ni reſpect, ni reconoiſſance, ni ſoumiſſion á Dieu, ni charité pour leurs freres; c'eſt ce que Jeſus-Chriſt leur a reproché. Tout homme, Philoſophe ou autre, qui ne veut point d'extérieur de religion, en a déja d'avance abjuré les ſentimens. Si Jeſus Chriſt avoit aboli le culte exterieur, il ſeroit venu pour rendre les hommes athées & incrédules.

Ils objectent que les cérémonies ſont un piége d'erreur pour le peuple, qu'il y met ſa confiance, leur attribue la vertu de purifier les devoirs eſſentiels de la morale. Quand cet abus ſeroit vrai, il prouveroit la turpitude, & la ſtupidité de l'homme, & noo le danger des cérémonies. De deux maux, il faudroir encore choiſir le moiodre; or c'eſt un moindre mal que le peuple abuſe quelquefois de l'extérieur de la religion, que s'il perdoit tout ſentiment de religion. Il eſt abſurde de dire, que les cérémonies ſont faites pour le peuple & que c'eſt pour lui un piége inévitable d'erreur; c'eſt ſuppoſer qu'il eſt ne pour être trompé. Mais le peuple rend aux Philoſophes le mépris qu'ils ont pour lui; en dépit de leur ſageſſe ſublime, le peuple ſent très-bien que la piété conſiſte, non dans les geſtes, mais dans les ſentimens, de même que l'humanité conſiſte dans les affections & les ſervices, & non dans les dehors de la politeſſe.

D'autres plus entêtes ont ſoutenu que nos cérémonies ſont un reſte du Paganiſme, qu'il n'y a aucune différence entre les rites du Chriſtianiſme, & la Théurgie des Païens. C'eſt une vieille objection des Manichéens. S. Auguſtin contra Fauſtum, liv. 20, c. 4, & 21. Nous ſoutenons au contraire que l'emploi des cérémonies, au culte du vrai Dieu, eſt la reſtitution d'un vol fait par les Païens. La vraie Religion eſt plus anciene que les fauſſes; elle a droit de revendiquer les rites que ſes rivales ont profanés. Faut il nous abſtenir de prier Dieu, parce que les Païens ont prié Jupiter & Venus, ne plus nous mettre á genoux, parce qu'ils ſe ſont proſternés devant des idoles?

Les Proteſtans eux mêmes ont retenu des cérémonies, les aſſemblées de religion, & le chant; le baptême, qui eſt une purification ou une luſtration; la cène, qui eſt un repas religieux, des fêtes, des jeûnes ſolemnels, l'impoſition des mains, les obſeques pour les morts: ils ſe mettent a genoux pour prier, quelques-uns font le ſigne de la croix: les Païens out obſervé preſque tous ces rites; ſont ce des reſtes de Paganiſme?

Quand on nous dit que notre culte extérieur eſt un reſte de Judaïſme, nous répondons que les Judaïſme lui-même étoit un reſte de la religion des Patriarches, que celle-ci venoit d'Adam & de Dieu qui la lui avoit enſeignée.

Il n'y a pas plus de reſſemblance entre la Théurgie païene, & le culte de l'Egliſe, qu'entre l'impiété & la religion. Un Théurgiſte prétendoit, par le moyen des rites qu'il avoir imaginés, forcer les génies ou démons qu'il adoroit, à faire des miracles, á lui dévoiler l'avenir, &c. Un Prêtre emploie, non des cérémonies dont il eſt l'auteur, mais que Dieu lui-même a inſtituées; loin d'y rien mettre du ſien; il ne demande pas á Dieu des miracles, encore moins des connoiſſances prophétiques, mais

les

les grâces que Dieu a promiſes aux fideles.

Enfin, ceux qui diſent que les cérémonies ont été établies pour l'intérêt des Prêtres, ſe perſuadent ſans doute que dans les quatre premiers ſiecles de l'Egliſe, il y avoit déja des droits caſuels atachés à chacune des fonctions du Sacerdoce. Ils ne ſavent pas, ou ils oublient que ces droits n'ont commencé à s'établir qu'au dixieme ſiecle ou plutard, lorſque le Clergé eût été dépouillé de ſes poſſeſſions par les Seigneurs qui s'en emparerent. C'eſt ainſi que l'ignorance décide de tout ſans reflexion.

Digitized by Google

QU. XII.

Apud Epiſcopales Anglos ulli ne ſunt veri nominis Epiſcopi?

§. I. REM hanc non una obrutam lite (*a*) uno mucrone reſolvo. Certo certius eſt Sacram Ordinationem verum eſſe Sacramentum. *Si quis dixerit, Ordinem ſive Sacram Ordinationem non eſſe ve-*

re

(a) Encyclop. V. Anglican. pag. 83. Si le Pere le Courrayer, Génovéfain, réfugé en Angleterre, avoit été mieux inſtruit, probablement il n'auroit pas entrepris, en 1723 & 1726 de ſoutenir la validité des ordinations Anglicanes. Cette queſtion en renferme deux, l'une de fait, l'autre de droit. La queſtion de fait eſt de ſavoir ſi Matthieu Parker, prétendu Archevêque de Cantorbéry, & tige de tout l'Epiſcopat d'Angleterre, a reçu ou n'a pas reçu l'ordination épiſcopale, par conſéquent s'il a pu ou n'a pas pu ordoner validement d'autres Evêques. La queſtion de droit eſt de ſavoir ſi la forme d'ordination preſcrite par le rituel Anglican dreſſé ſous Edouard VI, & encore actuélement ſuivie, eſt valide ou non.

Sur la premiere queſtion, il faut ſevoir que, depuis l'an 1559, époque de la conſommation du ſchiſme de l'Angleterre, ſous la Reine Eliſabeth, non ſeulement les Anglois Catholiques, mais les Presbytériens & les autres non-Conformiſtes, ont conſtament ſoutenu aux Anglicans, que l'Epiſcopat ne ſubſiſtoit plus parmi eux, que Parker n'a jamais été validement ordoné, puiſque Barlow Evêque de Saint-David, & enſuite de Chicheſter, prétendu conſécrateur de Parker ne l'avoit pas été lui même. Pluſieurs ont poſé des faits, deſquels il réſulte qu'il n'a pas pu l'être; quelques-uns ont avancé qu'il avoit ordoné Parker dans une auberge de Londres. On ſait d'ailleurs que, ſelon la doctrine établie pour lors, le brevet de la Reine donnoit le pouvoir épiſcopal, ſans qu'il fût beſoin d'ordination.

Pour prouver le contraire, le Courrayer a ſoutenu, 1 que Barlow avoit été réellement ſacré Evêque, puiſqu'il avoit aſſiſté en cette qualité aux aſſemblées du Parlement ſous Henri VIII; mais cela prouve ſeulement que l'on préſumoit ſon ordination. D'ailleurs un homme ſimplement nommé à un Evêché pouvoit aſſiſter au Parlement ſans avoir encore été ordoné. 2 Qu'il n'eſt pas vrai que Barlow ait été abſent & en Ecoſſe dans le temps auquel on ſuppoſe qu'il a été ordoné; que quoique l'on n'ait pas pu retrouver l'acte de ſon ordination, ce n'eſt qu'une preuve négative. Mais cette preuve eſt devenue très-poſitive, par l'affirmation conſtante de ceux qui ont pu ſavoir s'il avoit été ſacré ou non. 3 Que la prétendue conſécration de Parker dans une auberge eſt une fable. Cela peut être; mais le fait eſt très-analogue à la maniere de penſer des Auteurs qui regardoient le ſacre des Evêques comme une momerie. 4 Que Parker a été réellement ſacré à Lambeth le 17 Décembre 1559, par Barlow, aſſiſté de Jean Scory, élu Evêque d'Héreford, de Miles Coverdale, ancien Evêque d'Exceſter, & de Jean Hoogskins, Suffragant de Bedfort. On produit l'acte de cette conſécration.

Mais en 1727 le Pere Hardouin, & en 1730 le Pere le Quien, Dominicain, ont réfuté le Courrayer; ils ont fait voir que la plupart des actes & des titres qu'il a cités, en particulier l'acte de la prétendue ordina-

tion

re & proprie Sacramentum a Chriſto Domino inſtitutum, anathema ſit. Concil. Trid. Seſſ. XXIII, canon. 3. Nec quidquam firmius, quam, ut Sacramen-

---

tion de Parker à Lamberh, ſont faux, ſuppoſés ou altérés; qu'ils ont été forgés poſtérieurement à l'an 1559, pour ſatisfaire aux reproches que les Catholiques faiſoient aux Anglicans touchant la nullité de leur Epiſcopat; que le Courrayer a tronqué de mauvaiſe foi les paſſages de pluſieurs Auteurs. Ils ont prouvé par de nouveaux témoignages, que ni Barlow ni Parker n'ont jamais été ordonés Evêques; que l'un & l'autre étoient très-perſuadés qu'ils n'avoient pas beſoin d'ordination. Le Courrayer n'a rien eu à répliquer de ſolide.

Sour la queſtion de droit, ou ſur la validité de l'ordination preſcrite par le rituel d'Edouard VI, le Courrayer a ſoutenu qu'elle eſt bonne & ſuffiſante, 1 parce qu'elle conſiſte dans l'impoſition des mains jointe à une priere; 2 qu'il y eſt fait mention du Sacerdoce & du ſacrifice, du moins indirectement; 3 que les erreurs particulieres ſoit du Conſécrateur, ſoit de l'Elu, ne ſont rien à la validité de la cérémonie; 4 que l'*ordinal* ou le rituel d'Edouard VI a été dreſſé par des Evêques & par des Théologiens, & qu'il a été ſeulement autoriſé par Roi.

Pour ſavoir à quoi nous en tenir, il faut examiner la cérémonie telle qu'elle eſt preſcrite par ce rituel.

L'on commence par lire le brevet du Roi, qui porte: Nous nomons, faiſons, ordonons, créons, & établiſſons un tel Evêque de tel Siége. 2 L'on fait préter à l'Elu un ferment conçu en ces termes: „ J'atteſte „ & je déclare ſur ma conſcience que le „ Roi eſt le ſeul gouverneur ſuprême de ce „ Royaume, tant dans les choſes ſpirituales „ ou eccléſiaſtiques, que dans les temporales, & qu'aucun autre Prince ou Prélat „ étranger, n'y a aucune juriſdiction, pou„ voir, ni autorité eccleſiaſtique ou ſpiritua„ le. " 3 L'Evêque conſécrateur demande à l'Elu s'il a été appelé à l'adminiſtration de l'Epiſcopat ſuivant la volonté de Jéſus-Chriſt & ſuivant les conſtitutions du Royaume, & s'il eſt dans la volonté d'en remplir les devoirs. 4 Après les réponſes de l'Elu, le Conſécrateur lui met la main ſur la tête, & prononce cette priere: „ que Dieu „ tout-puiſſant, qui vous a donné cette vo„ lonté, vous acorde encore les forces & la „ faculté de faire efficacement toutes ces cho„ ſes, de maniere qu'il acheve en vous ſon „ ouvrage qu'il y a commencé, & qu'il „ vous trouve innocent & ſans tache au „ dernier jour, par Jeſus-Chriſt Notre Sei„ gneur. Ainſi ſoit-il ".

Or, on a ſoutenu contre le Courrayer, & nous ſoutenons encore que cette formule eſt nulle & inſuffiſante. 1 Loin de faire aucune mention directe ou indirecte du ſacrifice ni du ſacerdoce, elle a été faite exprès pour en exclure formélement ces notions, puiſque l'art. 31 de la confeſſion de foi anglicane les rejete comme un blaſphême. 2 Que demande le Conſécrateur pour l'Elu? Que Dieu lui donne la volonté de remplir les devoirs de l'Epiſcopat, ſelon les conſtitutions du Royaume; vainement il ajoute, ſelon la volonté de Jeſus-Chriſt, puiſque la conſtitution du Royaume, touchant l'Epiſcopat, eſt formélement contraire à la volonté de Jeſus Chriſt; l'une de ces choſes exclut l'autre. 3 Il n'eſt pas une fonction civile pour laquelle on ne puiſſe faire la même priere en faveur de celui qui y eſt inſtallé; elle n'a donc rien de ſacré ni de ſacramentel. 4 Les erreurs particulieres du Conſécrateur ou de l'Elu ne feroient rien à la validité de la cérémonie, ſi d'ailleurs elle n'exprimoit pas formélement ces erreurs; mais ici les erreurs anglicanes ſont formélement exprimées par le brevet du Roi, par le ferment de l'Elu, par les interrogations du Conſécrateur, & par la priere qui y eſt relative; c'eſt le total de la cérémonie qui détermine le ſens de la formule. 5 Il n'eſt pas queſtion de ſavoir qui a dreſſé le rituel d'Edouard VI, mais qui lui a donné la ſanction, l'autorité, la force de loi: or, ſelon la déclaration formele de tout le Clergé d'Angleterre, c'eſt le Roi & le Parlement. Les Evêques & les Théologiens qui y ont travaillé étoient de ſimples commiſſionaires, incapables de donner à leur ouvrage aucune autorité; ils étoient d'ailleurs hérétiques, & ils

Digitized by Google

mentum habeatur & ſit, neceſſe eſſe ut Miniſter Sacramentum facere velit aut ſaltem velle videatur. *Si quis dixerit, in Miniſtris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem* (aut interiorem aut (b) exte-

y ont expreſſément profeſſé leur héréſie. 6 Ceux qui ont réfuté le Courrayer ont fait voir qu' en ſoutenant la validité de cette formule, il eſt tombé dans pluſieurs erreurs groſſieres, & dans des héréſies proſcrites par le Concile de Trente & par l' Egliſe Catholique. En effet, trente-ſept de ſes propoſitions ont été condamnées par l' Aſſemblée du Clergé de France, le 22 Août 1727, comme fauſſes, erronées, & hérétiques. 7 Le Courrayer a poſé en fait que, dans l' Egliſe Greque, l'ordination des Prêtres ſe fait par la ſeule impoſition des mains, avec la priere; il cite le Traité des ordinations du Pere Morin, & le Pere Hardouin l' avoit ſuppoſé ainſi; mais il eſt certain que, chez les Grecs, l' Evêque, aſſis devant l' autel, met la main ſur la têta de l' Ordinant, & lui applique le front contre l' autel chargé des vaſes pleins, en recitant la formule; ainſi la porrection des inſtrumens eſt réunia à l' impoſition des mains, & détermine la formule à déſigner le double pouvoir du ſacerdoce. *Traité ſur les formes des ſacrem. par le Pere Merlin, Jéſuit*, c. 25. Aujourd' hui les ſavans conviennent que le Pere Morin n' a pas raporté aſſez exactement les rites des Orientaux. 8. Avant d' être ordonés Evêques Barlow & Parker n'étoient pas Prêtres; or, on ne peut citer, dans toute l'Hiſtoire Eccléſiaſtique, aucun exemple certain d' une pareille ordination reconnue pour valide.

En 1739, un Théologien Luthérien, dans une thele ſoutenue ſous la Préſidence du Docteur Mosheim, a examiné de nouveau cette queſtion, tant ſur le fait que ſur le droit. Dans le premier chap, il fait l' hiſtoire de la diſpute, & des ouvrages qui ont été faits pour ou contre la validité des ordination anglicanes. Dans le ſecond, il compare les argumens, qui ont été allégnés de part & de autre. Dans le troiſieme, il porte ſon jugement ſur le fond & ſur le forme. On conçoit bien qu' il a pris parti pour le Courrayer; il n'approuves pas néamoins tous ſes raiſonemens, mais il témoigne beaucoup de mépris pour tous ſes adverſaires. Il ſeroit inutile de nous arrêter à l' hiſtoire des faits; il vaut mieux nous atacher au fond.

Chap. 2, §. 13, l'Auter convient que la capital de la diſpute eſt de ſavoir ſi la forme de l' ordination des Evêques anglicans eſt valide & ſuffiſante; il ſoutient l' affirmative par les mêmes argumens que le Courrayer, mais il ne ſatisfait point à ceux que nous lui oppoſons. Suivant les meilleurs Théologiens, dit-il, le rit eſſentiel de l'ordination épiſcopale conſiſte dans l'impoſition des mains & dans une priere, l' Ecriture Sainte n' exige rien de plus; or, l' une, & l' autre ſe trouve dans le rituel anglican.

Nous ſoutenons que toute priere ne ſuffit pas; que ſi le ſens n' en eſt point relatif aux fins du ſacrement, aux devoirs, & aux fonctions qui y ont été atachées par Jeſus-Chriſt, à plus forte raiſon ſi les circonſtances déterminent les paroles à un ſens contraire, cette forme eſt abſolument nulle. Or, nous avons fait voir que telle eſt la formule anglicane.

Les Anglois eux mêmes ont ſi bien ſenti qu'elle étoit défectueuſe, que, ſous Charles II, ils l' ont changée. Ils y ont ajouté pour les Evêques: „ recevez le Saint-Eſprit pour exercer les devois & les fonctions „ d' Evêque dans l' Egliſe de Dieu qui eſt „ en vous par l' impoſition des mains "; & pour les Prêtres: „ recevez le Saint-Eſprit „ pour exercer les devoirt, & les fonctions „ de Prêtre dans l' Egliſe de Dieu. Recevez le pouvoir de prêcher la parole de „ Dieu & d'adminiſtrer les ſacremens. Les „ péché ſeront remis à celui à qui vous „ les remettrez, & ils ſeront lies à celui „ auquel vous les lierez „. Ibid. n. 22, 23, 28. Quand cette addition rendroit la forme valide, elle n' a pas eu lien dans l' ordination de Barlow & de Parker, ils étoient mort 80 ans auparavant; des Evêques ordones ſans cette addition n' ont pas pu en

Digitized by Google

(*b*) exteriorem) *ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia*, (hoc eſt Sacramenti) ana-

ordoner d'autres validement. L'apologiſte a beau dire que ces paroles ajoutées ne ſont point partie de la forme, qui conſiſte dans la priere; les Anglois ont compris qu'elles étoient néceſſaires pour déterminer le ſens de la priére, donc avent l'addition le ſens n'étoit pas aſſez déterminé, il l'étoit même, par le circonſtances, à ſignifier le contraire, comme nous l'avons obſervé. Qu'ils aient cru, ou n'aient pas cru que la ſorme étoit déja valide ſans cette addition, cela ne nous fait rien.

Il n'eſt pas neceſſaire, dit notre auteur, que la formule exprime la fin principale & l'effet du Sacrament, elle n'eſt point telle pour le baptême, pour la confirmation, pour l'extrême-onction, ni pour le mariage: cela eſt faux. Ces paroles: *je te baptiſe, au nom du Pere*, &c. ſignifient certainement, non la purification du corps, mais celle de l'âme, qui eſt l'effet principal du baptême. Dans la confirmation, la formule: *je te marque du ſigne de la croix, & je te confirme par le chrême du ſalut*, &c. exprime trés-diſtinctement l'effet du ſacrement. Il en eſt de même de la priere de l'extrême-onction: *que par cette onction & ſa grande miſéricorde, le Seigneur vous perdone le péchés*, &c. Pour le mariage, la bénédiction du Prêtre, qui dit: *je vous unis en mariage au nom du Pere*, &c. n'eſt pas moin expreſſive, non plus que l'abſolution dans la pénitence; á plus forte raiſon, dans l'Euchariſtie, les paroles de Jéſus-Chriſt: *ceci eſt mon corps*, expriment l'effet de la conſécration.

Le Courrayer en avoit imposé à ſes lecteurs, en diſant que les Anglicans ne rejetent pas abſolument la notion de ſacrifice dans l'Euchariſtie, qu'ils y admetent au moins un ſacrifice commémoratif & repréſentatif, qu'entr'eux & les Théologiens catholiques il n'y a qu'une diſpute de mots, que la notion de ſacrifice n'eſt point fondée ſur le dogme de la préſence réelle. Ib. §. 27. Son apologiſte plus ſincere, convient, c. 3, §. 19, qu'un ſacrifice *commémoratif & repreſentatif*, dans le ſens *anglican*, n'eſt qu'une ombre ou une figure de ſacrifice, que ce n'eſt point ainſi que l'a entendu le Concile de Trente. En effet, ce Concile a évidemment fondé la notion du ſacrifice ſur le dogme de la préſence réelle ſeſſ. 22, c. 1, & 2, & au mot Euchariſtie, §. 5, nous avons fait voir que cette notion ne peut pas être fondée autrement. C'eſt une des principales raiſons qui ont attiré à le Courreyer ſa condamnation prononcée pars la Clergé de France, & approuvée par le Souverain Pontife.

Quand ce critique ajout qu'il n'eſt pas néceſſaire qu'un homme ſoit Prêtre pour pouvoir être ordoné Evêque, qu'on ne le penſe pas, même dans l'Egliſe Romaine, il ſe trompe encore, le ſentiment contraire a été condamné, comme nous l'avous obſervé ailleurs. Voyez *Evêque*.

Il avoue, c. 3, §. 16, que le rituel d'Edouärd VI a reçu du Roi toute le ſanction & toute l'autorité qu'il a pu avoir; que les Evêques & les Théologiens, chargés de les rédiger, n'ont été que les mandataires & les députés du Roi, que l'on ne reconoît en Angleterre point d'autre ſource de l'autorité eccléſiaſtique.

De tout cela il réſulte que l'Egliſe Romaine eſt trés-bien fondée à regarder les ordinations anglicanes comme abſolument nulles & a réordoner ceux qui ont été ainſi promus au ſacerdoce ou à l'Epiſcopat, lorſqu'ils rentrent dans le ſein de l'Egliſe.

(b) Jueninus. Diſſ. I de Sacram. in gen. Diſſ. I, qu. V, Art. III, §. 1. Plures Theologi maxime Catholici eam opinionem propugnant, qua Sacramentum cum externa tantum intentione collatum valere docetur. Catharinus, qui in Concilio Tridentino illam acerrime tuitus eſt poſt habitam ſeſſionem 7, ubi ſacra Synodus de miniſtri intentione loquitur, lib. quem inſcripſit *Opuſculum de intentione miniſtri*, eam iterum defendit. Salmeron non ultimus e Societate Jeſu Theologus lib. 1 Commentariorum in epiſtolas Pauli 3 p. Diſp. 2, illam eamdem ſententiam variis argumentis confirmat. Vincentius Contenſonius ex percelebri, & de Eccleſia Catholica optime merito Dominicanorum Ordine pius, & eruditus ſcriptor in ſuo de Sacramentis in genere tractatu fuſe eamdem doctrinam tuetur. Non eſt opus, ut

anathema ſit. (Concil. Trid. Seſſ. VII de Sacram. Can. XI.) (*c*) Adeo autem abeſt ut ſuper hac re id animi habeant, aut habere velle videantur Epiſcopales Angli, cum ſuos ordinant Presbyteros, atque Epiſcopos, ut quinimmo Sacram Ordinationem ex Sacramentorum numero prorſus expunctam velint. (Vid. Synodum Londinenſem habitam ann. 1562, Artic. 25, in Collect. Confeſs. fid. Eccleſiar. Reformatar. pag. 99.)

§. II. Quid, quod non ſolum omnis abeſt *intentio*, ſed hujuſce etiam Sacramenti Miniſter illis deeſt. Qui enim Sacramenti Miniſtrum eum dicere potes, qui palam profitetur, ſe Sacramentum minime miniſtrare? At nonne hoc ſatis aperte teſtantur Epiſcopales Angli, dum in nota illa atque omnibus manifeſta hæreſi ſunt, quæ Sacræ Ordinationi omnem Sacramenti denegat rationem? Licet igitur datum tibi vellemus, anteſignanos illos Epiſcopalium Anglorum Antiſtites Barlowium, & Parkerium fuiſſe veri nominis Epiſcopos, tamen etiam in iis Epiſcopis veri Sacrarum Ordinationum Miniſtri nobis adhuc eſſent requirendi.

§. III. Nolo eſſe longior ea in re, quæ ab Romana Eccleſia non ſolum verbo, ſed etiam re ipſa toties judicata eſt; cum ita ordinatos ad Catholicam fidem venientes rurſus ordinandos eſſe ſemper voluerit. Romanæ Eccleſiæ auctoritas ita me capit, ut nulla alia ratione indigeam.

---

ut hic alios e variis orbis Chriſtiani Academiis, Ordinibus Religioſis defenſores proferam in medium, teruntur nimirum omnium vel tyronum manibus libri ab eis de illo argumento conſcripti. Sed lectori benevolo pergratum me facturum arbitror ſi theſim hac in cauſa anno 1685 in Sorbona ab ampliſſimo Academiæ Pariſienſis Rectore, Præſide illuſtriſſimo Franciſco Harlæo Pariſienſium Archiepiſcopo propugnatam referam: ſic autem habet ea theſis: *Cujuſnam generis neceſſaria ſit intentio*, nondum Eccleſia pronunciavit, adeo ut internam, externamve propugnare non ſit nefas, mihi externam tueri proclivius.

Pallavicinus Hiſt. Conc. Trid. lib. 9, c. 6, n. 2, ait: *Equidem exiſtimo Catharini ſententiam falſam eſſe, ſed non ideo per Tridentinos canones diſerte damnatam; quapropter fas illi fuit affirmare eam Concilio non contradicere*. Id ipſum quoque ſcribit Lib. II, cap. 10.

(c) Eugenius IV in Decr. pro Armen. inſtructione: *Omnia ſacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, & perſona miniſtri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia.*

Digitized by Google

JURIS EPISCOPALIS
ET DIŒCESANI
PARS III.

DE JURIBUS MERE DIŒCESANIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

JURIS EPISCOPALIS ET DIŒCESANI PARS III.

DE JURIBUS MERE DIŒCESANIS.

QU. I.

Cedo originem ejus Juriſdictionis, qua pollent Epiſcopi, non uti Epiſcopi, ſed uti Diœceſani.

§. I. HUcuſque de Juribus Epiſcopalibus, jam vero de Diœceſanis: Cum primum Apoſtoli Eccleſias, ac Diœceſes fundarunt, (ann. 37.) (Vid. ſup. Par. I, Qu. II, §. 3, & Lib. II, Qu. III, §. 3.) non ſtatim illis veri nominis Epiſcopos præfecerunt, ſed Presbyterorum Collegia inſtituerunt, quæ earum Eccleſiarum, ac Diœceſium procurationem (a) haberent. (Vid. ſup. Part. I, Qu. III, IV, V, VI, VII, & Lib. I, Qu. XLII, §. 3, & ſeqq.) Hæc procuratio, quam tunc gerebant Presbyteri, eſt illa poteſtas, ac Juriſdictio quam nos Diœceſanam vocamus, quaque poſtea minuti ſunt Presbyteri, aucti vero Epiſcopi. (ann. 61.) (Vid. ſup. Part. I, Qu. VII, §. 2.)

§. II.

(a) Vid. Petavium lib. IV de Hierarch. Eccl. cap. I, pag. 126, Tom. IV Theolog. Dogm. Edit. Antuerp. ubi in Eccleſiis ab Apoſtolis non fuiſſe conſtitutos Epiſcopos oſtendit, ſed a Presbyteris adminiſtratum cœtum Chriſtianorum, qui Presbyteri Epiſcopi etiam vocabantur, & ea quæ valebant, perficiebant, cætera vero, quæ perficere ipſi non poterant, propterea quod ad Epiſcopalem poteſtatem pertinerent, reſervabant in adventum Apoſtolorum eorumdem. Subdit porro: *Hoc inſtitutum noſtra ætas in longinquis Eccleſiis media in barbarie conſtitutis etiamnum verſari videt: ut apud Sinenſes, & Canadenſes, aliosque Barbaros, in quos Chriſtianæ fidei lux illata, parem haud modicis condendis Eccleſiis numerum aggregavit, quæ omnes a ſimplicibus Presbyteris, quorum ſtudio, & laboribus acquiſitæ ſunt, ſine ullo interim Epiſcopo gubernantur. Talia ſine dubio extitere rudimenta Chriſtianiſmi.* Hæc Petavius.

Digitized by Google

§. II. Qui id evenerit, quæque res huic mutationi cauſam dederit, docemur a S. Hieronymo in Ep. ad Titum pag. 412, Tom. IV, Part. I Opp. Edition. Martinianæi Paris. *Antequam Diaboli inſtinctu ſtudia in Religione fierent & diceretur in Populis, EGO SUM PAULI, EGO APOLLO, EGO AUTEM CEPHÆ, communi Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur*. Primis itaque temporibus Eccleſiarum ac Diœceſium gubernandarum, adminiſtrandarumque poteſtas erat penes Presbyterorum Collegia, nec Apoſtoli, Apoſtolicique viri Epiſcopali jam Sacerdotio præditi majorem in illas Eccleſias, ac Diœceſes Jurisdictionem exercebant, quam poſtea Patriarchæ, ac Metropolitæ. (Vid. ſup. Lib. II, Qu. I, & Lib. III, Qu. IV, V.) *Poſtquam autem unuſquiſque eos, quos baptizaverat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto Orbe decretum eſt, ut unus de Presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret*. Ea igitur Jurisdictio, ac Diœceſis rectio, quæ prius omnium una Presbyterorum communis erat, uni tantum deinceps mandari cœpit, nempe illi, quem Presbyteri ipſi legebant, quemque ſui Collegii Præſidem eſſe jubebant. Non loquitur hic Hieronymus de ea Jurisdictione, qua pollent Epiſcopi uti Epiſcopi, quamque divinitus acceperunt, cujuſmodi ſunt Jus ſubſellii in Comitiis Œcumenicis, jus ferendi ſuffragii, jus ſententiæ dicendæ, juſque una cum aliis Epiſcopis ſuo capiti junctis fidei morum, ac Diſciplinæ Canones toti Eccleſiæ deſcribendi, extra Comitia vero jus accedendi, vel intercedendi Summo Pontifici aut definienti, (b) aut docenti, aut jubenti, aut vetanti; (Vid. ſup. Part. II, Qu. V, §. 3.) ſed loquitur de ea Jurisdictione, quam poſſident, uti Diœceſani, quamque a Presbyteris ſunt mutuati; cujuſmodi ſunt jus in ſua Diœceſi regularum condendarum, interpretandarum, molliendarum, immutandarum, laxandarum, tollendarum, jus fractorum Canonum reos cenſuris, ac pœnis coercendi, eiſque liberationem culpæ, erratique veniam concedendi, aliaque omnia peragendi, (Vid. infra Qu. XII.) quæ ab Epiſcopis nondum conſecratis peragi poſſe videmus. Hanc igitur Diœceſanam Jurisdictionem primo Eccleſiæ diluculo in Presbyteris hæſiſſe, ait Hieronymus, poſtmodum a Presbyteris ad Presbyterorum Præſides, qui ſoli deinceps Epiſcopi dici voluerunt, gradum feciſſe. *Hæc propterea* (ſunt verba ipſius Hieronymi ibid.) *ut oſtenderemus, apud veteres eoſdem fuiſſe Presbyteros, quos & Epiſcopos, paulatim vero, ut diſſenſionum plantaria evellerentur, ad unam omnem ſollicitudinem eſſe delatam. Sicut vero Presbyteri ſciunt, ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubjectos; ita Epiſcopi noverint, ſe magis conſuetudine, quam diſpoſitionis Dominicæ veritate Presbyteris eſſe majores*, (quod ſpectat ad Diœceſanam Jurisdictionem, de qua tantum hic loquitur Hieronymus, uti patet ex verbis, quæ ſtatim ſequuntur) *& in communi debere Eccleſiam regere*.

§. III.

(b) Jus hoc intercedendi Epiſcopi habent, dum conduntur definitiones, aut decreta, non poſtquam condita ſunt ...

§. III. Hujuſce rei veſtigia habemus etiamnum in Eccleſiis Cathedralibus, cum Epiſcopo ſunt viduatæ. Enimvero tunc reditur ad priſtinum ſtatum, totaque poteſtas, quam habebat Epiſcopus, uti Diœceſanus, ad Presbyteros (quorum vice nunc funguntur Canonici Capituli Cathedralis) ſuos priores Dominos revertitur (c), in eumque alveum revolvitur, unde egreſſa fuerat. Quod ſi a Tridentino Concilio Seſſ. 24, cap. 16, de Reform. (d) jubentur Canonici totam, quam ex Epiſcopi obitu ad ſe ſe redit, Juriſdictionem uni (videlicet Vicario Capitulari) mandare, id fit eo prorſus conſilio, quo factum principio fuit: *Ut unus de Presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, UT SCHISMATUM SEMINA TOLLERENTUR.*

§. IV. Atque hinc fontes nobis aperiuntur, unde Diœceſanorum jura haurire poſſimus. Nam ſi in *EPISCOPIS GENTIUM*, quorum ſupra meminimus Part. II, Qu. I, §. 5, Epiſcopalia jura a Diœceſanis diſtincta expiſcati ſumus, etiam in Vicario Capitulari Diœceſana jura ab Epiſcopalibus ſejuncta venari poſſumus. Quod ſi alium etiam Diœceſanum quæris, cui Epiſcopalis perſona minime inſideat, habes illum in earum Ec-

(c) Benedictus XIV de Syn. Diœceſ. Lib. II, cap. 9, n. 1, hæc habet: *Sane juxta veterum diſciplinam, Eccleſia aliqua vacante, ad viciniorem Epiſcopum ſpectabat illius curam aſſumere, ut videre eſt in can. 6 Concilii Regenſis anni 439, & in can. 6 Concilii Aurelianenſis anni 533.* Hæc vetus Diſciplina, de qua loquitur Benedictus XIV cœpit ſolummodo ſæculo IV, nec in omnibus Eccleſiis, ſed in nonnullis tantum locum habuit, ac præſertim in Eccleſiis Affricanis, ut notant eruditi hiſce verbis: „ Sæculo IV Sede vacante ſingulorum „ ſtudia huc directa erant, ut ſuæ ſectæ ad„ dictus Eccleſiæ præficeretur præpoſitus, „ quæ in varias factiones Eccleſiam divide„ re ſolebant. Huic ut ſuccurreretur malo, „ quod imprimis a Donatiſtarum factione im„ minebat Africanis, ad vacantem Sedem „ Epiſcopum ſolebant mittere, quem *inter„ ceſſorem, interventorem* [illegible] appella„ bant, qui electioni intereſſet, & interim „ ſedi vacanti præeſſet. Cæterum ante hæc „ tempora, mortuo, vel depoſito, vel ab„ ſente Epiſcopo, hæc cura Presbyterorum „ ac Cleri propria erat.“

(d) Idem ibid. n. 2. Vacante Sede Epiſcopali, tota Epiſcopi juriſdictio tranſit ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, per textus *in Cap. His quæ, & Cap. Cum olim, de majorit. & obedien.* Quod quidem de jure communi poſſet illam per ſe exercere, cum nullus reperiatur textus, quo ad ſuæ juriſdictionis exercitium alteri committendum obſtringatur; quamvis revera conſultius ſemper, atque viduatæ Eccleſiæ utilius viſum fuerit, ſingulari alicui perſonæ, e Capitularium cœtu ſeligendæ, illud demandare: etenim, vacante Eccleſia Faventina, cui, ita exigentibus peculiaribus rerum circumſtantiis, non ſtatim Paſtorem præficiendum judicabat S. Petrus Damiani, hæc ad Faventinos ſcripſit *Epiſt. 10, lib. 5. Unde & Dominus noſter Papa rogandus eſt, ut Epiſcopum vobis modo non ingerat, ſed Eccleſiam veſtram interim vacare, & vos ſub ſuæ benedictionis umbraculo manere decernat. Quia vero per Dei miſericordiam induſtrios inter vos Clericos, ac prudentes, & litteratos habetis, ſi placet, unus ex eis eligatur, qui ad exequendum hoc negotium utilior invenitur; cui nimirum cura, ac ſollicitudo totius Epiſcopatus poſſit imponi, ac per eum omnia neceſſitatis Eccleſiaſticæ negotia debeant miniſtrari.* At jure novo Tridentini *Seſſ. 24, cap. 16, de reform.* tenetur Capitulum intra octo dies poſt mortem Epiſcopi, aut aliter inductam Eccleſiæ vacationem, ſeu verius, ab habita vacationis notitia, uti deciſum refert Quarantia *in Summa Bullar. verb. Capitulum Sede vacante,* Vicarium conſtituere; per

Eccleſiarum Præſulibus, (*e*) quæ extra omnem Diœceſim poſitæ ſunt, quæque vere, & proprie vocantur *Nullius*, quorum pede Diœceſana jura ſeorſum ab Epiſcopalibus metiaris.

QU.

quem jurisdictionem ad ſe devolutam exerceat.

(*e*) Idem ibid. Cap. XI, n. 11. Tres diſtinguimus inferiorum Prælatorum ſpecies. Prima eſt eorum, qui certo præſunt generi perſonarum exiſtentium intra ſepta alicujus Eccleſiæ, Monaſterii, ſeu conventus, cum paſſiva exemptione a jurisdictione Epiſcopi. Ejuſmodi ſunt Superiores Regulares, & nonnulli Prælati Sæculares, qui una cum Eccleſia, ejuſque Eccleſiæ Clericis, & Adminiſtris, quibus præficiuntur, ſubſunt immediate Romano Pontifici. Secunda ſpecies eſt Prælatorum habentium jurisdictionem activam in Clerum, & populum certi loci, qui tamen locus eſt intra Epiſcopi Diœceſim, a qua undique circumſcribitur. Et ejuſmodi Prælati improprie tantum, & lato quodam loquendi modo dicuntur eſſe *Nullius*. Tertia ſpecies eſt Prælatorum, qui jurisdictionem activam habent in Clerum, & populum alicujus loci, ſeu oppidi, aut plurium locorum & oppidorum, quæ omnino avulſa, & ſeparata ſunt a cujuslibet Epiſcopi Diœceſi; quapropter dicuntur conſtituere quamdam quaſi Diœceſim, ubi Prælatus, iis exceptis, quæ Ordinis Epiſcopalis ſunt, omnia exercet, quæ cæteroquin ad Epiſcopalem jurisdictionem pertinerent. Hujus generis Prælati inter inferiores nobiliſſimi ſunt; dicuntur vere, & proprie *Nullius*; & veris annumerantur Ordinariis locorum. De ſingulis hiſce Prælatorum ſpeciebus diligenter, more ſuo, agit Cardinalis Petra *ad Conſtitutionem 4 Calliſti III, ſect. I, tom.* 5, & poſt eum Clemens de Aroſtegni *in ſua Concordia Paſtorali ſuper jure Diœceſano inter Epiſcopos, & Prælatos inferiores pars. I, cap. 4, num. 64, & ſeq.* ubi ſimul omnium præfatorum trium Prælatorum inveſtigat originem.

Ferrar. V. *Abbas*, in novis additionibus n. 20. Abbati tertiæ ſpeciei, demptis litteris dimiſſoriis cum excommunicationibus, quæ feruntur præmiſſis monitionibus ad finem revelationis pro ſubtractis aut deperditis rebus, omnia competunt quæ ſunt tum *voluntariæ*, tum *contentioſæ* jurisdictionis, & quidem excluſo ſemper Epiſcopo. Quinimmo Epiſcopus nec retinet quæ ſunt *Legis Diœceſanæ*, immo nec quæ *ſunt ordinis*, quum poſſit Abbas *tertiæ ſpeciei* pro iis adire quemlibet Epiſcopum, ut firmant *Card. Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſtol. conſtit.* 5 *Innocentii IV, ſect. unic. n.* 29, *& duob. ſequent.* & rurſus *conſtit.* 14 *ejuſdem Pontificis n.* 52, & demum *conſtit.* 4 *Calliſti III, ſect.* 2, *n.* 90, *Pignatell. conſult. Canon. tom.* 7, *conſult.* 8, *num.* 89, 90, *&* 102, *Rot. cor. Zaratt. deciſ.* 10, *num.* 20, *& plur. ſequent. in Marſicen. ſeu Nullius jurisdictionis ſuper bono jure* 7 *Junii* 1700, *§. Inſuper, & §. Iſtaque cor. bon. mem. Mut. & in Brictinorien. ſeu Nullius Foropompilien. Jurisdictionis* 28 *Aprilis* 1725, *§. Hanc vero cor. bon. mem. Cerr.* Solumque Epiſcopus ea exercere valet quæ ſpeciatim delegata ſunt in Loca Nullius.

Digitized by Google

QU. II.

Aſſentior Hieronymo, unum ex Presbyteris delectum fuiſſe, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret.

At unde habes, delectum hunc Presbyterum ſummo etiam Sacerdotio cumulatum fuiſſe?

§. I. EX ipſo D. Hieronymo. Is enim in Ep. CL, al. LXXXV, ad Evagrium, (Opp. Tom. IV, pag. 802.) ut Diaconorum auſus compeſceret, ac frangeret, qui ſe ſe Presbyteris pares (a), ne dicam majores, gerere volebant, hanc inſtituit argumentationem. Inter Epiſcopos, & Diaconos plurimum certe differt, quod Diaconorum nemo inſi-

(a) Ea ætate, qua Hieronymus florebat, Falcidius extitit, qui cum Diaconus eſſet, Presbyteris Diaconos anteponere audebat. Falcidium autem oppugnavit *Auct. Quæſt.* in V. & N. Teſt. Atque in eumdem Falcidium, aut in alium quempiam Diaconorum, qui ſimilia diceret, ſcripſiſſe Hieronymum ex Epiſtola ad Evagrium intelligitur. Auctor Quæſt. in V. & N. Teſt. quem alii Hilarium putant, alii Divum Auguſtinum, ita Falcidium oppugnat. „ Quidam „ igitur, qui nomen habet Falcidii, duce „ ſtultitia . . . . Levitas Sacerdotibus, & „ Diaconos Presbyteris coæquare contendit: „ non dicam præferre . . . Qua igitur lege, „ quave conſuetudine, quonam exemplo hoc „ aggredi audeat, nullum ſcire arbitror, ut „ iſtos, quibus conſeſſus in Eccleſia datus „ eſt, minime iis coæquet, qui propter „ quod Antiſtites Dei ſunt, in domo Dei, „ & in honore Chriſti cum dignitate conſi„ dunt; quæ audacia eſt Presbyteris mini„ ſtros ipſorum pares facere? quæ temerita„ tis præſumtio Sacerdotibus bajulos taber„ naculi, & omnium vaſorum ejus, & li„ gnorum conciſores, & portitores aquæ „ conferre? Hoc enim officium fuit Levita„ rum. Tale eſt, ſi præfectis officiales, Do„ minis ſervi æquentur. Hoc enim ſcriptum „ eſt, dicente Domino ad Moyſen: Accipe „ tribum Levi de medio filiorum Iſrael, & „ ſtatue illos ante Aaron Sacerdotem, & „ deſervient Ei. Quid hoc exemplo aper„ tius, quod etiam nunc in Eccleſia cuſto„ ditur? Quamquam Romanæ Eccleſiæ Dia„ coni modo inverecundiores videantur, ſe„ dendi tamen dignitatem in Eccleſia non „ præſumunt. Ut autem non omnia mini„ ſteria obſequiorum per ordinem agant, „ multitudo facit Clericorum. Nam utique „ & altare portarent, & vaſa ejus, & aquam „ in manus funderent Sacerdoti, ſicut vide„ mus per omnes Eccleſias, & ſicut con„ ſtitutum eſt a Domino per Moyſen . . . „ ſic autem Diaconus adverſus Presbyteros „ defendit, quaſi ex Presbyteris Diaconi, „ non ex Diaconis Presbyteri ordinentur. „ Sed quia Eccleſiæ Romanæ miniſtri ſunt, „ idcirco honorabiliores putantur, quam „ apud cæteras Eccleſias, propter magnifi„ centiam Urbis Romæ, quæ caput eſſe vi„ detur omnium civitatum. Si itaque ſic „ eſt, hoc debent & Sacerdotibus ſuis vin„ dicare; quia ſi ii qui inferiores ſunt, cre„ ſcunt, propter magnificentiam Civitatis, „ quanto magis, qui potiores ſublimandi

Digitized by Google

inficias iverit. At Presbyteri vix (*b*) diſtant ab Epiſcopis. Ergo inter Presbyteros & Diaconos multum interſit neceſſe eſt. Ut autem Presbyteros parum abeſſe ab Epiſcopis probet Hieronymus, ad antiquitatem provocat, aitque, inter primos illos Epiſcopos, qui de Presbyteris delecti fuerunt, ut rem Eccleſiaſticam curarent, & Presbyteros paullulum diſcriminis interceſſiſſe. Parum igitur intereſſe debere & inter ſui temporis Epiſcopos, atque Presbyteros; proindeque uti Epiſcopos, ita ferme & Presbyteros longe Diaconis antecellere. In hac diſputatione, uti vides, comparat Hieronymus Epiſcopos ſui temporis, qui ſummo jam Sacerdotio præditi erant, cum illis, qui tempore Corinthiaci Schiſmatis delecti fuere, qui rerum ſummæ moderarentur. Nulla autem eſſet hæc com-

ſunt? Quidquid enim officialibus præſtatur, augmentum fit poteſtati: ſicut honor ſervi ad laudem proficit Domini. Quamquam apud juſtum Judicem Deum unicuique hic honor maneat, qui decretus eſt ſingulis Eccleſiarum officiis, ut qui Diaconus eſt, Diaconi honorem per omnes Eccleſias habeat. Non enim qualiſcumque honor eſt, Antiſtiti Dei ſervire in Eccleſia dumtaxat, ut Sacerdos totius honoris Eccleſiaſtici dignus habeatur. Major enim ordo intra ſe, & apud ſe habet & minorem. Presbyter enim & Diaconi agit officium, & Exorciſtæ, & Lectoris. Presbyterum autem intelligi Epiſcopum, probat Paulus Apoſtolus, quando Timotheum, quem ordinavit Presbyterum, inſtruit, qualem debeat creare Epiſcopum. Quid eſt enim Epiſcopus, niſi primus Presbyter, hoc eſt Summus Sacerdos? Denique non aliter, quam *compresbyteros* hic vocat, & *conſacerdotes* ſuos. Numquid & miniſtros *condiaconos* ſuos dicit Epiſcopus? Non utique, quia multo inferiores ſunt. Et turpe eſt Judicem dicere primicerium. Nam in Alexandria, & per totam Ægyptum, ſi deſit Epiſcopus, conſecrat (al. *conſignat*) Presbyter. Quanta autem ſit dignitas Ordinis Sacerdotalis, cauſa oſtendit Cayphæ, qui cum eſſet homo peſſimus, prophetavit. Quare? Quia Princeps, inquit, erat Sacerdotum. Et iterum multum diſtare inter Diaconum, & Sacerdotem liber approbat, quem dicimus Actus Apoſtolorum. Cum enim ex Samaria credidiſſent Philippo prædicanti, Diacono ab Apoſtolis ordinato, miſerunt, inquit, ad Petrum, & Joannem, ut venirent, & his, qui crederent, darent Spiritum Sanctum per manus impoſitionem. Sed inſcii, credo, Scripturarum, aut immemores legis hæc defendunt. Recordari ergo debet, qui iſta putat aſſerenda, quid Levitis acciderit, cum taliter ſaperent. Cum enim nihil inter Sacerdotes, & Levitas intereſſe præſumerent, Deo Judice, hiatu terræ abſorpti ſunt Chore, & conſentientes ei, & 250 viros torrens ignis ſimul conſumſit ... Nunc enim videmus Diaconos temere, quod Sacerdotum eſt, agere per convivia, & in oratione id velle, ut reſpondeatur illis, cum iſtud ſolis liceat Sacerdotibus. Diaconi enim ordo eſt, Accipere a Sacerdote, & ſic dare plebi. Vides quid pariat vana præſumtio? ... Sed teſtimonio, inquit, Diaconi fit Presbyter. Quaſi iſtud ad prærogativam pertineat magnitudinis. Legimus enim ad plebem dixiſſe Petrum Apoſtolum: Eligite, inquit, ex vobis, quos conſtituamus deſervire myſteriis Eccleſiæ. Nolo dicere menſis. Ecce laicorum teſtimonio creati ſunt Diaconi ... Ita & teſtis poteſt eſſe creandi Presbyteri, qui inferior ordine eſt. Et iterum quo inflentur, & putent ſibi multum deberi. A nobis enim, inquiunt, perducuntur, qui ordinandi ſunt, ut dum lateri illorum ſepti ſunt, honore digni videantur. Fac verum eſſe. Quaſi officialis enim ab Epiſcopo mittitur, ut obſequium præbeat ordinando."

(b) Hieronymus *ibid.* „Quid facit, *excepta Ordinatione*, Epiſcopus, quod Presbyter non faciat?"

Digitized by Google

comparatio, ſi uti iſti, ita etiam illi ſummo Sacerdotio præditi non fuiſſent.

§. II. Joannes Antonius Delphinus, ut vitium illorum vitet, qui initio naſcentis Eccleſiæ omnes omnino Presbyteros, nullum Epiſcopum fuiſſe exiſtimant, in contrarium prorſus currit, atque ante Corinthiorum ſchiſma, omnes quidem Presbyteros vocatos eſſe, ſed revera illos omnes fuiſſe Epiſcopos arbitratur (c). Nondum enim invaluiſse, ut Presbyteratus Ordo ſeorſum ab Epiſcopatu daretur, ſed utraque dignitate Sacerdotes omnes cumulatos fuiſse. Poſtquam vero ſeditio Corinthi ſuborta fuit, tum ſtatutum fuiſse, ut is tantum, cui omnis Eccleſiæ cura tranſmittenda foret, Epiſcopatu inauguraretur, cæteri vero omnes Presbyteratus tantum ordine contenti manerent. At longe ab hac ſententia abſuiſse Hieronymum ſuadent & collatio Presbyterorum ſui temporis cum primis illis Presbyteris, & ea, quæ habet in Ep. ad Titum. *Philippi una eſt Urbs Macedoniæ, & certe in una Civitate, plures, ut nuncupantur, Epiſcopi eſſe non poterant*: & quæ in hac ipſa Ep. ad Evagrium ſcripſit: *Ne quis contentioſe in una Eccleſia plures Epiſcopos fuiſſe contendat*.

§. III. Illud igitur ex Hieronymo (d) concludendum eſt, ante Corinthien-

(c) Conſule hac de re Duguetum Diſſ. IV, obſervat. Eccl. pag. 77, ſeq. & Diſſ. V, pag. 159.

Vide etiam Biancum *dell' eſterna politica della Chieſa* Lib. VII, Cap. II, §. XIX, pag. 219, Tom. III, edit. Rom.

(d) Hieronymi teſtimonia, quæ Presbyteriani adverſus nos afferunt, ſunt ſequentia, quæ hic ab ipſo Blondello deſcribimus:
„ Audiant Epiſcopi, qui habent conſtituen-
„ di Presbyteros per urbes ſingulas poteſta-
„ tem, ſub quali lege Eccleſiaſticæ conſtitu-
„ tionis ordo teneatur. Nec putent Apoſto-
„ li verba eſſe, ſed Chriſti, qui ad diſcipu-
„ los ait, *qui vos ſpernit, me ſpernit,*
„ *qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui*
„ *me miſit; ſic & qui vos audit me au-*
„ *dit, qui autem me audit, audit eum*
„ *qui me miſit*. Ex quo manifeſtum eſt,
„ eos, qui Apoſtoli lege contemta, Eccle-
„ ſiaſticum gradum non merito voluerint
„ alicui deferre, ſed gratiæ, contra Chriſtum
„ facere; qui qualis in Eccleſia Presbyter
„ conſtituendus ſit, per Apoſtolum ſuum in
„ ſequentibus exequutus eſt . . . Diligenter
„ Apoſtoli verba attendamus dicentis, *ut*
„ *conſtituas per civitates Presbyteros, ſi-*
„ *cut ego tibi diſpoſui*; qui qualis Pres-
„ byter debeat ordinari, in conſequentibus
„ differens, hoc ait: *Si quis eſt ſine crimi-*
„ *ne, unius uxoris vir &c.* Poſtea intulit:
„ *oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſ-*
„ *ſe, tamquam Dei diſpenſatorem*. Idem
„ eſt ergo Presbyter, qui & Epiſcopus, &
„ antequam diaboli inſtinctu ſtudia in reli-
„ gione fierent, & diceretur in populis:
„ *Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem*
„ *Cephæ*, communi Presbyterorum conſilio
„ Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam autem
„ unuſquiſque eos, quos baptizaverat, ſuos
„ putabat eſſe, non Chriſti; in toto orbe
„ decretum eſt, ut unus de Presbyteris ele-
„ ctus ſuperponeretur cæteris, ad quem o-
„ mnis Eccleſiæ cura pertineret, & Schiſ-
„ matum ſemina tollerentur. Putat aliquis
„ non Scripturarum, ſed noſtram eſſe ſen-
„ tentiam: *Epiſcopum & Presbyterum u-*
„ *num eſſe*, & aliud ætatis, aliud eſſe no-
„ men officii: relegat Apoſtoli ad Philippen-
„ ſes verba dicentis: *Paulus, & Time-*
„ *theus ſervi Jeſu Chriſti, omnibus ſan-*
„ *ctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis*
„ *cum Epiſcopis, & Diaconis, gratia vo-*
„ *bis, & pax*, & reliqua. Philippi una eſt
„ urbs Macedoniæ, & certe in una civita-
„ te plures, ut nuncupantur, Epiſcopi eſſe
„ non poterant. Sed quia eoſdem Epiſcopos
„ illo tempore, quos & Presbyteros appel-
„ labant; propterea indifferenter de Epiſco-
„ pis, quaſi de Presbyteris, loquutus eſt:
„ Ad-

thienſe diſſidium (ann. 61.) Eccleſias particulares in Presbyterorum cura, ac tutela latuiſse, poſtea vero, ut omnis diſſidiorum materies amputaretur,

---

Adhuc hoc alicui videatur ambiguum, niſi altero teſtimonio comprobetur. In Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, quod cum veniſſet Apoſtolus Paulus Miletum, miſerit Epheſum, & vocaverit Presbyteros Eccleſiæ ejuſdem, quibus poſtea inter cætera ſit loquutus: *Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos paſcere Eccleſiam Domini, quam acquiſivit per ſanguinem ſuum.* Et hoc diligenter obſervate, quomodo unius civitatis Epheſi Presbyteros vocans, poſtea eoſdem Epiſcopos dixerit. Si quis vult recipere eam Epiſtolam, quæ ſub nomine Pauli ad Hebræos ſcripta eſt, & ibi æqualiter inter plures Eccleſiæ cura dividitur; ſiquidem ad plebem ſcribit; *parete principibus veſtris, & ſubjecti eſtote, ipſi enim ſunt, qui vigilant pro animabus veſtris, quaſi rationem reddentes, ne ſuſpirantes hoc faciant, ſiquidem hoc utile vobis eſt.* Et Petrus, qui ex fidei firmitate nomen accepit, in Epiſtola ſua loquitur dicens: *Presbyteros ergo in vobis obſecro compresbyter, & teſtis Chriſti paſſionum, qui & ejus gloriæ, quæ in futuro revelanda eſt, ſocius ſum, paſcite eum, qui in vobis eſt, gregem Domini, non quaſi cum neceſſitate, ſed voluntarie.* Hæc propterea, ut oſtenderemus, apud veteres eosdem fuiſſe Presbyteros, quos & Epiſcopos, paullatim vero, ut diſſenſionum plantaria evellerentur, ad unum omnem ſollicitudinem eſſe delatam. Sicut ergo Presbyteri ſciunt, ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubjectos; ita Epiſcopi noverint, ſe magis conſuetudine, quam diſpoſitionis Dominicæ veritate Presbyteris eſſe majores, & in commune debere Eccleſiam regere, imitantes Moyſen, qui cum haberet ſolus præeſſe populo Iſrael, ſeptuaginta elegit, cum quibus populum judicaret. " Hoc primum eſt Hieronymi teſtimonium. Alterum eſt ex Epiſtola ad Oceanum Presbyterum decerptum, eſtque hujuſmodi: „ In utraque Epiſtola ſive Epiſcopi, ſive Presbyteri, quamquam apud veteres iidem Epiſcopi, & Presbyteri fuerint, quia illud nomen dignitatis eſt, hoc ætatis, jubentur monogami in Clerum eligi. " Tertium repetunt ex Epiſtola ad Evagrium, quo loco ſic ſtatuit: „ Legimus in Iſaia: *Fatuus fatua loquetur.* Audio quemdam in tantam erupiſſe vecordiam, ut Diaconos Presbyteris, ideſt Epiſcopis, anteferret. Nam cum Apoſtolus perſpicue doceat, eoſdem eſſe Presbyteros, quos & Epiſcopos, quis patiatur, menſarum, & viduarum miniſter ut ſupra eos ſe tumidus efferat, ad quorum preces Chriſti Corpus, Sanguiſque conficitur? Quæris auctoritatem? Audi teſtimonium: *Paulus, & Timotheus ſervi Chriſti Jeſu omnibus Sanctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis cum Epiſcopis, & Diaconis.* Vis & aliud exemplum? In Actibus Apoſtolorum ad unius Eccleſiæ Sacerdotes ita Paulus loquitur: *Attendite vobis, & cuncto gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, ut regeretis Eccleſiam Domini, quam acquiſivit Sanguine ſuo.* Ac ne quis contentioſe in una Eccleſia plures Epiſcopos fuiſſe contendat, audi & aliud teſtimonium, in quo maniſeſtiſſime comprobatur, eumdem eſſe Epiſcopum atque Presbyterum. *Propter hoc reliqui te Cretæ, ut ea, quæ deerant, corrigeres, & conſtitueres Presbyteros per civitates, ſicut & ego tibi mandavi. Si quis eſt ſine crimine unius uxoris vir, filios habens fideles non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe, quaſi diſpenſatorem.* Et ad Timotheum: *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ tibi data eſt Prophetiæ per impoſitionem manuum Presbyterii.* Sed & Petrus in prima Epiſtola: *Presbyteros*, inquit, *in vobis precor compresbyter, & teſtis paſſionum Chriſti; & futuræ gloriæ, quæ revelanda eſt particeps, regere gregem Chriſti, & inſpicere non ex neceſſitate, ſed voluntarie, juxta Deum.* Quod quidem græce ſignificantius dicitur *ſuperintendentes*, unde & nomen Epiſcopi tractum eſt. Parva tibi videntur tantorum virorum teſtimonia?

„ Clan-

retur, ſancitum fuiſse, ut in ſingulis Eccleſiis Presbyterorum unus Epiſcopali Ordine augeretur, ad eumque omnis, quæ prius penes Presbyteros erat, Eccleſiæ cura pertingeret. Jam tum Diœceſana dignitas, atque Epiſcopalis dexteras ſuas ſociarunt, atque in unum eumdemque virum coivere, coalueruntque; jam tum primum in Eccleſiam prodiere Epiſcopi ſingulares, ſeu certarum Eccleſiarum proprii; jam tum duobus aliis Epiſcoporum Ordinibus, videlicet Epiſcopis-Apoſtolis, quorum Succeſsores ſunt Patriarchæ, Epiſcopis-Apoſtolicis, quorum locum tenent nunc Metropolitæ, tertius additus fuit Epiſcoporum SINGULARIUM, qui nunc a nobis dicuntur *Diœceſani*.

QU.

„ Clangat tuba Evangelica filius tonitrui, quem Jeſus amavit plurimum, qui de pectore Salvatoris doctrinarum fluenta potavit: *Presbyter Electæ Dominæ, & filiis ejus, quos ego diligo in veritate.* Et in alia Epiſtola: *Presbyter Cajo cariſſimo, quem ego diligo in veritate.* Quod autem poſtea unus electus eſt; qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne unuſquiſque ad ſe trahens Chriſti Eccleſiam rumperet. Nam & Alexandriæ, a Marco Evangeliſta uſque ad Heraclam, & Dionyſium Epiſcopos, Presbyteri ſemper unum ex ſe electum, in excelſiori gradu collocatum, Epiſcopum nominabant, quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de ſe, quem induſtrium noverint, & Archidiaconum vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione, Epiſcopus, quod Presbyter non faciat? Nec altera Romanæ urbis Eccleſia, altera totius Orbis exiſtimanda eſt. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Perſis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes unum Chriſtum adorant, unam obſervant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, Orbis major eſt Urbe. Ubicumque fuerit Epiſcopus, ſive Romæ, ſive Eugubii, ſive Conſtantinopoli, ſive Rhegii, ſive Alexandriæ, ſive Janis, ejuſdem meriti eſt, ejuſdem & Sacerdotii. Potentia divitiarum, & paupertatis humilitas vel ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit. Cæterum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. *Ibidem rurſum*: Presbyter & Epiſcopus aliud ætatis, aliud dignitatis eſt nomen; unde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione Epiſcopi, & Diaconi dicitur, de Presbyteris omnino reticetur, quia in Epiſcopo & Presbyter continetur. Qui provehitur, de minori ad majus provehitur. Aut igitur ex Presbytero ordinetur Diaconus, ut Presbyter minor Diacono comprobetur, in quem creſcat ex parvo; aut ſi ex Diacono ordinatur Presbyter, noverit ſe lucris minorem, ſacerdotio eſſe majorem. Et ut ſciamus traditiones Apoſtolicas ſumtas de veteri teſtamento; quod Aaron, & filii ejus, atque Levitæ in templo fuerunt, hoc ſibi Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi vindicent in Eccleſia. “

QU. III.

Quiſnam auctor fuit illius Juriſdictionis, qua pollent Epiſcopi, non uti Epiſcopi, ſed uti Diœceſani?

ſeu

Qua auctoritate decretum fuit, ut unus ex Presbyteris Epiſcopatu initiaretur, qui Presbyteralis Imperii clavum teneret?

§. I. DIvus Hieronymus rem ita narrat: *In toto Orbe decretum fuit, ut unus de Presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret.* Quid vis amplius, ut dicamus; id fuiſſe opus Apoſtolorum? Qui enim alii præter Apoſtolos illud decretum in toto Orbe edere potuiſſent? Si Apoſtoli Chriſti doctrinam ubique terrarum diſſeminarunt, Eccleſias ubique gentium fundarunt, eaſque legibus, præceptis, inſtitutiſque formarunt, recta ratio poſtulat, ut credamus, eos etiam in *toto terrarum Orbe* decreviſſe, ut ad ſingularum Eccleſiarum gubernaculum ſinguli Epiſcopi ſederent.

§. II. Qui ab Apoſtolis id factum fuiſſe negant, doceant oportet, quinam tanti Decreti auctores extiterint, quibuſque illud artibus in omnium Eccleſiarum mores induxerint. Quod ſi id docere non poſſunt diſcant quod eos docet Auguſtinus lib. IV de Baptiſ. contra Donatiſtas: [*Quod univerſa tenet Eccleſia, nec a Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nonniſi auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſime creditur.*

§. III. Quid, quod tempus ipſum, quo illud decretum conditum fuit, nimirum anno Chriſti ſexageſimo primo, (Vid. ſup. Part. I, Qu. VII.) quo tempore omnes fere Apoſtoli adhuc ſuperſtites erant, adhuc Eccleſiis omnibus ſummo cum Imperio præerant, adhuc earum incolumitati conſulebant, incommodis medebantur, quodque providendum erat, proſpiciebant; ipſum inquam tempus nos monet, id nonniſi Apoſtolorum opus eſſe potuiſſe. Præclare Hammondus Diſſ. II, cap. XXIX, §. 10, pag. 116. „Si hoc non ab „Apoſtolis, ſed poſtea ab Eccleſia „decretum fuiſſet, ſequeretur, aut „non vidiſſe Apoſtolos, qua in re „Eccleſiæ ſalus penderet, aut, cum „ſatis viderent, ſaluti tamen Ec„cleſiæ, etiam cum apud Corinthios „ſchiſmata exorirentur, non ſatis „conſuluiſſe. Quorum neutrum aut „Apoſtolis ab Hieronymo; aut Hie„ronymo a nobis affingi poteſt.“

§. IV Apoſtolica igitur auctorita-

te

te decretum fuit, ut, quæ poteſtas Eccleſiarum, ſeu Diœceſium regenda rum pœnes Presbyteros erat, uni tantum illorum Presbyterorum Epiſcopali dignitate aucto mandaretur. Ab hoc Apoſtolorum Decreto, tamquam a principio, a capite, a fonte omnis, qua uti Diœceſani pollent, ſuæ poteſtatis ortum, ſtirpem, originem repetere, ducere, arceſſere noſtri Epiſcopi debent.

§. V. Qui Diœceſanorum Inſtitutionem Apoſtolis juniorem eſſe contendunt, (Baſnagius Lib. I, cap. III, n. 3, pag. 7, Blondellus in Apol. pro ſententi. Hieronym. de Epiſ. & Preſ. in Præf. Salmaſius Diſſ. de Epiſc. & Presbyt. p. 85, 206, 274, Buddæus Franciſcus Diſſ. Hiſt. Theol. de Orig. & Poteſt. Epiſc. §. 15, p. 211, aliique de grege Puritanorum & Presbyterianorum) adverſarios habent omnes Eccleſiæ Patres (a). In medium prodeat unus Irenæus, qui S. Polycarpum Joannis Apoſtoli Diſcipulum, primumque Smyrnenſis Eccleſiæ Diœceſanum Epiſcopum audivit, ipſeque pro omnibus teſtimonium dicat. *Habemus* (inquit ille Lib. III, cap. 3.) *annumerare eos, qui AB APOSTOLIS INSTITUTI SUNT EPISCOPI, & ſucceſſores eorum. Nam ſi recondita myſteria ſciſſent Apoſtoli, quæ ſeorſum, & latenter ab reliquis profecto docebant, iis vel maxime traderent ea, QUIBUS ETIAM IPSAS ECCLESIAS COMMITTEBANT*. Non loquitur hic Irenæus de iis Epiſcopis, qui Univerſæ Eccleſiæ communes erant, uno jam cum Eccleſia partu editi, ſed loquitur de iis, qui certarum Eccleſiarum proprii erant, de iis, quibus ECCLESIÆ COMMITTEBANTUR; hoc eſt de Epiſcopis ſingularibus, ſeu Diœceſanis, hoſque AB IPSIS APOSTOLIS INSTITUTOS FUISSE teſtatur, cui tamquam Magiſtro præeunti aliorum omnium Patrum conſenſit atque concinuit chorus.

QU.

(a) Eccleſiis Aſiæ, ut Epheſinæ, ut Sardenſi, ut Smyrnenſi, ut Thyatirenſi, ut Philadelphienſi, ut Pergamenæ, ut Laodicenæ, ut Magneſianæ, ut Trabenſi, ut Hierapolitanæ datos ab Apoſtolis ſingulares Epiſcopos fuiſſe, hiſque vita functis alios ſucceſſiſſe; idque jam ex Apocalypſi Joannis, c. 1, v. 20, & Epiſtolis Ignatii, ex Irenæi l. 3, c. 3, & Tertulliani libris de Præſcr. c. 32, intelligi, quis tam eſt peregrinus, atque hoſpes in Hiſtoria vetere Chriſtianorum, qui neſciat? Quod ſi Athenis conſtitutus a Paulo Epiſcopus Dionyſius Areopagita fuit, ut eſt auctor alter Dionyſius apud Euſebium lib. 3 Hiſt. c. 4, qui ſecundo ſæculo Epiſcopatu eſt potitus Corinthiorum, fateamur neceſſe eſt, nullam eſſe cauſam, quare id honoris cæteris Græciæ urbibus negatum ab eodem Apoſtolo fuiſſe putemus. Neque vero in Græcia ſolum, ſed etiam in Macedonia ſingularium Epiſcoporum ordinem jam inde ab Apoſtolorum temporibus viguiſſe, quorum aliquos veteres diſtincte memorarunt, ſatis eſt omnibus exploratum.

Q U. IV.

Scire aveo, quam late paterent primis Eccleſiæ ſæculis Diœceſes Epiſcopales.

§. I. EXiguis admodum finibus definitas fuiſſe primis Eccleſiæ Sæculis Epiſcopales Diœceſes, tota clamat antiquitas. Ac primo quidem ſciendum eſt, eam, quam nos modo appellamus *Diœceſim*, olim vocatam fuiſſe *Parochiam*. S. Irenæus in Epiſtola Synodica ad Victorem Pontificem data (apud Euſebium Hiſt. Eccl. Lib. V, cap. 24, p. 193.) Aſiæ Diœceſes non alio, quam *Parochirum* vocabulo nominat τῶν παροικιῶν. Sanctus Alexander in ſuis litteris Encyclicis apud Socratem L. I, c. VII, *In noſtra Alexandrina Parœcia*, inquit, *extiterunt nuper homines iniqui, & hoſtes Chriſti*. S. Epiphanius in Ep. ad Joannem Hieroſolymitanum, *Ad meæ Parœcia*, ait, *videbantur Eccleſiam pertinere*. Quid plura? Conſule Euſebii Lib. II, cap. 14, p. 66, Lib. III, cap. 4, pag. 73, 74, Lib. IV, cap. 23, pag. 144, Lib. VII, cap. 3, pag. 2, aliaque ſexcenta loca, ubi paſſim Epiſcoporum territoria *Parochiæ* appellantur: τῆς ἐν Ἀλεξανδρίᾳ παροικίας, τῆς Κορινθίων παροικίας, τῆς Ἀθηναίων παροικίας, τῆς κατὰ Καλχηδόνα παροικίας. Ex hoc ipſo *Parochiæ* nomine, quod ſignificat *locorum vicinitatem*, (a) facile intelligimus, Diœceſes Epiſcopales haud longe patuiſſe, nec diffita loca complexas fuiſſe.

§. II. Clementis Romani ad Corinthios Epiſtolæ hiſce verbis inſcriptæ: *Dei Eccleſia, quæ Romæ diverſatur, Eccleſiæ Dei, quæ Corinthi habitat* παροικούσῃ Κόρινθον, itemque Policarpi illæ: *Policarpus, quique cum eo ſunt Presbyteri Eccleſia Philippis DIVERSANTI: Eccleſia Dei, QUÆ EST SMYRNIÆ, Eccleſiæ, Dei HABITANTI in Philomenio*: ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ aliud nobis afferunt argumentum, cur credamus, Diœceſes Romanam, Corinthiam, Philippenſem, Smyrnenſem, Philomenienſem earum Civitatum mœnibus circumdatas fuiſſe, omnes illarum Eccleſiarum fideles earum Urbium incolas fuiſſe, atque habitatores.

§. III. Maximi autem in hac re momenti ac ponderis ſunt illa, quæ litteris prodidit S. Ignatius Martyr. Tradit ille, (Ep. ad Smyr.) Smyrnenſem Epiſcopum ſuis ipſummet manibus omnes ſuæ Diœceſis fideles Bapriſ-

(a) Filefacus de Orig. Paroc. cap. 1. Parochia Græce παροικία ſignificat *domorum viciniam* a περὶ circum, & οἶκος Domus.

ptiſmo initiare, omnes ſacra Euchariſtia reficere, ac recreare ſolitum fuiſſe, omnes omnium generum, ætatum, ordinum viros ac mulieres bene noviſſe, qua ſinguli eſſent facie, atque eorum unumquemque nominatim vocare conſueviſſe. Eadem ferme narrat de Epiſcopo Epheſino (Ep. ad Eph. pag. 20), eadem de Magneſiano (Ep. ad Magn. pag. 33, 34.), eadem de Philadelphienſi (Ep. ad Phil. pag. 40.), ac de Tralliano (Ep. ad Trall. pag. 50.): quæ omnia Epiſcopales Diœceſes tunc temporum in exiguum anguſtumque gyrum concluſas fuiſſe, ſatis declarant.

§. IV. Sed quid opus eſt argumentis, ac ratiocinationibus, ubi res per ſe ipſa loquitur? Omnis Aſia Minor hinc Helleſponto clauditur, atque Euphrate, illinc Iſſico Ciliciæ ſinu, & Ponti Trapezunte. Ejus longitudo ad ſexcenta millia paſſuum porrigitur, latitudo vero ad bis centum milliaria protenditur (*b*). Vid. Heylin. Coſmograph. Lib. III, p. 15. In univerſo hoc terrarum tractu quadringenta & amplius (*c*) numerantur Diœceſes. Quod ſi totam Aſiam minorem in quadringentas particulas ſecas, ſingulæ particulæ longæ erunt mille paſſus ſuper quingentos, latæ autem quinquies centum. Africæ regio, quæ ad Occidentis imperium pertinebat, quæque a Syrti minore ad Gades uſque pertingit, ſi invia loca, inhoſpitas rupes, inacceſſoſque lucos exceperis, longe minor eſt Aſia minore, & tamen ſexcentos plus minuſve Epiſcopatus in Africanis iis Pro-

(b) Antiqui geographi (Strabo, & Plinius) longitudini CC fere milliaria amplius adſignant.

Strab. l. XII, p. 547. & 548. Tota navigatio a fano Chalcedonio uſque ad Phaſidem IIX milliorum ſtadia implet, non multis vel additis, vel demtis.

Hæc IIX millia ſtadiorum ita colliguntur ex Strabonis deſcriptione:

A Fano Sinope uſque ſtad.	3500
A Sinope Amiſum, ſtad.	900
Inde Trapezuntem, ſtad.	2200
Trapezunte ad Phaſin, ſtad.	1400
Summa	8000

Plin. lib. VI, c. II. Mons Cytorus a Tio LXIV mill. paſſuum. -- Promontorium Carambis vaſto excurſu abeſt a Ponti oſtio CCCXV mill. paſſ. vel, ut aliis placuit, CCCL mill. Tantumdem a Cimmerio, aut ut aliqui maluere, CCCXII M. D. Fuit & oppidum eodem nomine, & aliud inde Armine: nunc eſt colonia Sinope, a Cytoro CLXIV. --- Amiſum liberum a Sinope CXXX mill. paſſuum.

Latitudo ex Plinii computatione minor eſt: nam CC tantum millia paſſuum a *Sinu Iſſico* ad Pontum Euxinum ſtatuit.

Plin. ibid. Ejuſdemque nominis ſinus tanti receſſus, ut Aſiam pœne inſulam faciat, CC mill. paſſuum haud amplius per continentem ad Iſſicum Ciliciæ ſinum.

(c) Carolus a S. Paulo Diœceſium Aſianorum numerum ita collegit. Nempe *Aſia* habebat XLII, *Heleſpontus* XIX, *Phrygia Pacatiana prima* XXIX, *Pacatiana altera* V, *Phrygia ſalutaris* XX. *Lydia* XXIV, *Caria* XXV, *Piſidia* XXVIII, *Pamphilia prima* XII, *Pamphilia ſecunda* XXIV, *Piſidia* XIX, *Ziaconia* XIX, *Cappadocia prima* VI, *Cappadocia ſecunda* VI, *Cappadocia tertia* V, *Armenia prima* V, *Armenia ſecunda* X, *Galatia prima* VII, *Galatia ſecunda* IV, *Pontus Palemoniacus* VI, *Helenopontus* VI, *Paphlagonia* V, *Honorias* V, *Bithynia prima* XIX, *Bithynia ſecunda* IV, *Cilicia prima* VII, *Cilicia ſecunda* IX, *Iſauria* XXIII. In recentiore notitia, quam videre potes apud Bingham. III, ad calcem libri IX, o. e. numerus Diœceſium Aſiæ minoris adauctus eſt ad CCCCIII.

Digitized by Google

Provinciis recenſent Eruditi (*d*). Hinc ipſis oculis vides, antiquorum temporum Diœceſes brevibus admodum limitibus fuiſſe circumſcriptas, nec noſtrarum Parochiarum valde diſſimiles extitiſſe.

§. V.

(d) Quandoquidem in Lib. II de Jure Patriarcali Quæſt. XXXVI, pag. 348, 349, 350, 351, 352, 353, ſex antiquas Provinciarum, Africanarum Diœceſes non, uti quidem Diœceſes reliquarum Provinciarum omnium in orbe Chriſtiano, recenſuimus; ne quis id negligentiæ nobis tribuat, catalogum earum heic ſubjungimus, uti a Carolo a Sancto Paulo & Holſtenio ex antiquis Conciliis, collatione Carthaginenſi, notitia Africæ a Sirmondo in miſcellaneis ſuis publicata, Operibus Auguſtini, & Victore Uticenſi, collectus eſt, quorum hic poſtremus de CLXIV Epiſcopis in prima harum Provinciarum, dicta Zeugitana, ſive Africa proconſulari loquitur; quamquam Carolus a Sancto Paulo non amplius CIV Diœceſes, earumque nonnullas bis terve nominatas, reperire potuit. Nam Bolita, & Vallis, & Vol tria tantum nomina ejuſdem Civitatis ſunt. Ita Abdera, & Abbirita, & Abbir Germaniciorum unum idemque ſunt. Uti quoque Sicca, & Zigga. Duaſſedemſai & Duæſenepſalitinæ duo corrupta ſunt nomina Civitatis Selemſal, quemadmodum Holſtenius in notis ſuis obſervat.

In Provincia Zeugitana, alias Africa Proconſulari:

1 Carthago. 2 Sicilibra. 3 Maxula. 4 Vallis. 5 Uthina. 6 Tuburbo. 7 Abdera. 8 Aſſurus. 9 Tucabor, al. Tucca Terebinthina. 10 Albitura. 11 Vazua. 12 Ammedera. 13 Sicca Venerea. 14 Thianiſſa. 15 Tuburbo minus. 16 Membreſa. 17 Melzita. 18 Utica. 19 Theudalis. 20 Hippozaritus, al. Hippo Diarritorum. 21 Membro. 22 Lapda. 23 Bulla Regia. 24 Tennona, al. Tunnona. 25 Beneventum. 26 Simithu. 27 Thele. 28 Carpis. 29 Utimmira. 30 Miſua. 31 Duaſſedemſai. 32 Migirpa. 33 Puppiana. 34 Puppita. 35 Urcita, forſan Uci. 36 Giſipa. 37 Uzita. Uci. 38 Bonuſta. 39 Ciciſita. 40 Neapolis. 41 Culſita. 42 Curubi. 43 Ceſala. 44 Bulla. 45 Clypea. 46 Meglapolis. 47 Timida Regia. 48 Zigga. 49 Semina. 50 Pariſium, forſan Pertuſa. 51 Rucuma. 52 Talbora. 53 Tagarata. 54 Cellæ. 55 Uzippara. 56 Abbirita. 57 Auſani, al. Auſaoha. 58 Tabuca. 59 Maraggarita, al. Narraggarita. 60 Muzua. 61 Abitina. 62 Tituli. 63 Eudala. 65 Tulana. 66. Vina, al. Vina. 67 Volita, al. Bolita. 68 Tones. 69 Mattiana. 70 Hilta. 71 Zama. 72 Cubdis. 73 Municipitogia. 74 Elima. 75 P... 76 Tadua. 77 Uzala. 78 Tizzica. 79 Abora. 80 Libertina. 81 Scilta. 82 Abitala. 83 Aredta. 84 Veri. 85 Ciumtuburbo, quod Holſtenius corruptam lectionem eſſe putat Civit. M. Tuburbo. 86 Hira. 87 Municipium Campium. 88 Nummula. 89 Tauracina. 90 Ucula. 91 Sinnara. 92 Succuba. 93 Horta, vel Horea. 94 Triſipellis. 95 Giutrambacaria. 96 Villa Magna. 97 Tigimmea. 98 Bolita. 99 Aga. 100 Cæcilita. 101 Tatia Montanenſis. 102 Mullita. 103 Duæ Senepſalitinæ. al. Selemſilita. 104 Egnge. Ab Holſtenio adduntur Furni, Simingita, Abtunga, & Simidita.

IN NUMIDIA.

1 Cirta, al. Conſtantina, civilis Metropolis hujus Provinciæ. 2 Cullu. 3 Ruſſicade. 4 Vaga, al. Bagaia. 5 Lares. 6 Mileum, rectius Mileuum. 7 Idrica. 8 Cuiculum. 9 Nobas Parſa. 10 Dinna. 11 Gemelle. 12 Callicitanis. Holſtenius eandem cum Culcita eſſe, judicat. 13 Zama Regia, ſedes regis Jubæ. 14 Lambir. 15 Sinitu. 16 Aquæ Tilitanæ. 17 Hippo Regius. 18 Tuburſica. 19 Calama. 20 Gaſauphala, alias Gazophyla. 21 Tigillaba. 22 Rotaria. 23. Tipaſa. 24 Tagaſte. 25 Tagura, al. Tagora. 26 Altaba. 27 Vegeſela. 28 Maſcula. 29 Macomades. 30 Tamugada. 31 Lambaſa. 32 Tabula. 33 Bercera. 34 Municipium, al. Municipium Tulenſe. 35 Burca. 36 Vala. 37 Centenaria. 38 Niba. 39 Amphora. 40 Buconia. 41 Sugita, al. Signita. 42 Patea. 43 Auſucurro. 44 Fuſſala. 45 Noba Barbara. 46 Idaſſa. 47 Monte. 48 Lamſorte. 49 Tididita. 50 Caſæ Medianæ. 51 Cethaquerſuſca, al. Cathaquenſa. 52 Cen-

Digitized by Google

§. V. At ubi nos Aſiam Minorem, atque Africam proconſularem, in (Bingh. O. E. Lib. IX, cap. II, §. 6.) contra Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim [illegible]

[illegible]

Centuzia. 53 Noba Germania. 54 Suſicaſia. 55 Noba Cæſaris. 56 Vazarita, al. Bazarita. 57 Reſſana. 58 Augurium, 59 Octabum. 60 Gilba. 61 Mathara. 62 Midila. 63 Purientiana. 64 Metæ. 65 Cæſarea. 66 Nobaſina. 67 Cœlia. 68 Zattara. 69 Táraſſa. 70 Caſtellum Titulianum. 71 Girus Marcelli. 72 Sillita, al. Sillilira. 73 Hizirzada. 74 Ruſtiziana. 75 Madaurus. 76 Buſſada. 77 Siſtroniana. 78 Regium. 79 Tegla. 80 Caſæ Nigræ. 81 Tubunia. 82 Tigiſi. 83 Zabi. 84 Narangara. 85 Muſti. 86 Centurio. 87 Aquæ Novæ. 88 Tebeſte. 89 Babra. 90 Maxorita. 91 Tamogazia. 92 Reſpecta. 93 Legiæ. 94 Mazaca. 95 Lugura. 96 Turres Concordiæ. 97 Beleſaſe. 98 Gaudiabe. 99 Garbis. 100 Marculita. 101 Suaba. 102 Germania. 103 Vadeſita. 104 Naratcara. 105 Lamiggiza. 106 Lamiggiga. 107 Vagar militia, al. Magarmelita & Aquæ. 108 Turres Ammeniatum. 109 Mulia. 110 Oſpitum. 111 Vagada al. Vaga, Vaiana, & Bagaja. 112 Lamaſua. 113 Tacarata. 114 Vilira, al. Vallita. 115 Seleucia, al. Solentiana. 116 Vada. 117 Maximiana. 118 Zaradra. 119 Girus Taraſi. 120 Vicus Pacis. 121 Tabraca. 122 Tucca. 123 Quidia. 124 Caſtellum. 125 Milevi. 126 Gira. 127 Feſſecta. 128 Damatcore. 129 Mada. 130 Cuæ Calaneæ. 131 Arſi arita. 132 Veſili, rectius Vegeſela. 133 Villa Regia. 134 Legæ. 135 Lanſua. 136 Vagrava. 137 Gilba, alia a ſuperiore. 138 Sile. 139 Gauriana. 140 Forme. 141 Forme altera. 142 Fatum. Holſtenio præter iſtas novem aliæ obſervatæ. Vicus Nigras, Druſiliana, Zuma, ſive Summa, Conſtantia, Limata, Murugenna, Zerta, Suſulitta, Centuria; ſed aliæ quædam bis legi ipſi videntur, uti Mileum, & Milevis, Zabi, & Zama, Vaga, & Vagada, Veſeli, & Vegeſela, Tamagazia, & Tamaguda, Culſita, & Culliſitavis, Germania & Nova Germania; & Quidia ſpectans ad Mauritaniam Cæſarienſem.

IN BYZACENA.

1 Adrumentum, civilis Metropolis, 2 Hortea Cælia. 3 Tagaſa. 4 Turreblandis. 5 Medianum. 6 Suſes. 7 Aſufenia. 8 Cillita. 9 Vicus Ateriæ. 10 Mibiarceſis. 11 Segnernis. 12 Miriciana. 13 Garlána, al. Garriana & Gratiana. 14 Suffetula. 15 Dicea. 16 Tices. 17 Ancuſa. 18 Maſcliana. 19 Valdentiniana, aliis Valentiniana. 20 Nara. 21 Seberiana. 22 Tubulbaca. 23 Midita. 24 Tambaja. 25 Jubeclidia. 26 Neptita. 27 Bubelia. 28 Cellæ. 29 Decoriana. 30 Patera. 31 Theuzita. 32 Maſtitis, al. Martiris. 33 Thagamutha. 34 Autentum. 35 Abaradira. 36 Bana. 37 Octabium. 38 Octabum. 39 Aquiaba. 40 Hermiana. 41 Paradamium, al. Feradi minor. 42 Turris. 43 Taraza. 44 Crepedula. 45 Troſiana. 46 Leptis Minor. 47 Feradimaja, al. Feradi Major. 48 Temuniana, vel Temoniana. 49 Unizibira. 50 Tamalluma. 51 Mizuca. 52 Miſſimana. 53 Serbatiana. 54 Marazana. 55 Pederodiana. 56 Tuſurus, 57 Matarita. 58 Uſula. 59 Iſpiniana, al. Hierpiniana. 60 Aquæ Albenſes. 61 Menepheſſa. 62 Capſe. 63 Acola, al. Aquila. 64 Tarbalte. 65 Municipia, & Gerviſiæ. 66 Tizia. 67 Ruſpe. 68 Varorita. 69 Felianum. 70 Cebaradeſa. 71 Foratiana. 72 Boana. 73 Mimana. 74 Telepte. 75 Preſidium. 76 Natio. 77 Maraguia. 78 Tercicana. 79 Maeriana. 80 Gurgaita. 81 Cululi. 82 Arſurita, al. Saſurita. 83 Tagarbala. 84 Aquæ Regiæ. 85 Quæſtoriana. 86 Carcabia. 87 Victoriana. 88 Materiana. 89 Hirina. 90 Gummi. 91 Morotheorita. 92 Ticualta. 93 Auzegera. 94 Gawarita. 95 Helia. 96 Talapte. 97 Limmica. 98 Junca. 99 Thenæ. 100 Jubatiana. 101 Tamaza. 102 Unuricopolis. 103 Aggir, al. Aggarita. 104 Byzacium. 105 Tapſus. 106 Madaſſumma. 107 Tyſurſus. 108 Septimunicia. 109 Amundaſa. 110 Abidus, al. Aviduvicus. 111 Beneſenſis. 112 Dura. 113 Ruſiana. 114 Forontiniana. 115 Egnatia. 116 Frontoniana. 117 Tegariata. 118 Aggarita. 119 Garriana. 120 Caſtrum. 121 Vite, ubi Victor Vitenſis fuit Epiſcopus, qui hiſtoriam perſecutionis Vandalicæ ſcripſit. 122 Circina. 123 Præcanſa. 124 Cufrura. 125 Filace. 126 Oppenua. 127 Sublecta. 128 Cen-

culis-

poſim nominas, immenſiſque earum terrarum tractibus deſcriptis, ac centum tantum Diœceſibus in toto eo ſpatio tam longe lateque patenti enumeratis, ampliſſima territoria unicuique attribuis Diœceſi: At pace tua, calculos haud bene ſubduxiſti. Alias ſis rationes mecum inito. Ac primum reſecandæ nobis ſunt vaſtiſſimæ ſolitudines, deſerta immania, ac littora arenoſa, quæ nemo hominum unquam incoluit, tum ex omnes regiones amputandæ, quas Chriſtianæ fidei lumen nondum pervaſerat, iiſque tantum locis, quæ cœleſti doctrina colluſtrata erant, ſupputatis, quantula reſtat tota Ægyptiaca res Chriſtiana? Vix tanta, ut in centenos exiguos Chriſtianorum cœtus partiri poſſis. Quid mihi ex Pli- [illegible] nio.

culiana. 129 Sulviana. 130 Vaſſinaſſa. 131 Aquæ. Ab Olſtenio, octo ſubjunguntur, Taphrura, Tiella, ſive Zella; Cabarſuſſis, Tyſurus, Tyſdros, Caſulæ Cariunæ, Dionyſiana, Aquæ. Sed quædam nomina ipſi dicuntur minus neceſſario repetita, ut Miriciana & Maracia, quæ duo tantum nomina unius ejuſdemque civitatis ſint, ita quoque Boana, & Bona; & Gurgaita eadem quæ Gurges in Mauritania Cæſarienſi.

IN MAURITANA SITIFENSI.

1 Sitifi. 2 Tamalluma. 3 Acufida. 4 Ficus. 5 Lemfocta. 6 Perdices. 7 Tubuſceptus. 8 Tucca. 9 Leſuita. 10 Flumen Piſcis. 11 Privatum. 12 Gegita. 13 Sataſa. 14 Cellæ. 15 Gadamuſa. 16 Zabi. 17 Aſſaſa. 18 Vamalla. 19 Suriſta. 20 Saldæ. 21 Horrea. 22 Aquæ Albæ. 23 Igilgili, al. Eguilguili. 24 Zarai. 25 Partenium. 26 Marovana. 27 Cidamus. 28 Macri. 29 Tamagriſta. 30 Aræ. 31 Mazota, al. Mopta. 32 Hippa. 33 Tamaſcunia. 34 Veſcetra. 35 Aſuoremita. 36 Serreita. 37 Meliebuza. 38 Covium. 39 Oliva. 40 Equizotum. 41 Caſtellum. 42 Eminentiana. 43 Nobalicia. 44 Lemelefi, al. Lemellenſe Caſtellum. 45 Socia. 46 Zalata. Ab Holſtenio addunrur Zabunia, ſive Medianæ Zabuniorum, Vanaccora, ſive Pamaccora & Maeriana, rejicitur autem Satafa, utpote ad Mauritaniam potius Cæſarienſem ſpectans, ubi etiam reperitur.

IN MAURITANIA CÆSARENSI ET TINGITANA.

1 Cæſarea. 2 Al a Miliarenſis. 3 Bilt. 4 Bacanaria. 5 Caput Cillanum, aliis Caput cellæ. 6 Ciſſæ. 7 Caſtellum Medianum. 8 Gurgites. 9 Columnæ. 10 Icoſium. 11 Florianum. 12 Minna. 13 Obba. 14 Maturbum. 15 Reperitanum. 16 Ruſubicari. 17 Suffara, alias Suffaſar. 18 Ruſtonium. 19 Tigis. 20 Aquæ. 21 Tabora. 22 Mamilla. 23 Sumula, al. Subbula. 24 Ubaba. 25 Tadana. 26 Zuchabari. 27 Tipaſi. 28 Ida. 29 Timiſi. 30 Taſacora. 31 Vagal. 32 Cartenna. 33 Gratianopolis. 34 Muſucaba. 35 Pamaria. 36 Lapidia. 37 Bulturia. 38 Malliana. 39 Caſtellum Tetraportienſe. 40 Bapara. 41 Tamazuca. 42 Quidinm. 43 Sarta. 44 Ita. 45 Girumons. 46 Panatoria. 47 Sucarda. 48 Fidota. 49 Novæ. 50 Uſinada. 51 Flumenzerita. 52 Amaura. 53 Seſtum. 54 Taranamuſa. 55 Nasbinca. 56 Villanoba. 57 Vardimiſſa. 58 Catula. 59 Regium. 60 Vaudinum. 61 Capra. 62 Ruſucurtum. 63 Sfaſteria. 64 Timida. 65 Tabla. 66 Ruſgonia. 67 Leoſita. 68 Oppidum Novum. 69 Aquiſira. 70 Tigana. 71 Ruſadir. 72 Caſtellum. 73 Muſecita. 74 Albula. 75 Bita. 76 Mauriana. 77 Bihana. 78 Arſenaria. 79 Oborita. 80 Labdia. 81 Teniſſa. 82 Catabita. 83 Herpis. 84 Voncaria. 85 Gypſaria. 86 Tamadempſis. 87 Vagæ. 88 Tabadcara. 89 Catra, vel Caſtra. 90 Elefantoria. 91 Garra. 92 Mrconium. 93 Ida. 94 Tubunæ. 95 Oppinum. 96 Tuſcamia. 97 Guuagita. 98 Maxita. 99 Satafa. 100 Viſſalſa. 101 Adſinuada. 102 Caſtellum Ripenſe. 103 Numidia. 104 Tamuda. 105 Caltadria. 106 Subur. 107 Ambia. 108 Muruſtaga. 109 Falliaba. 110 Bida. 111 Manacenſeri. 112 Tifilta, al. Tifilita. 113 Caſtellum minus. 114 Tigamibena. 115 Junca. 116 Corniculana. 117 Nobica.

118

nio (e) longiſſimam inter Alexandriam, & Cyrenem, inter Berenicem, & Zeptim diſtantiam commemoras? Quaſi vero interjectas Regiones Chriſtiani homines incolerent. Quod de Ægypto, id etiam de Arabia Petrea, Oſthoena, Meſopotamia, Armenia, Aſſyria, Chaldæa, idemque de Immirenis, Homeritis, Axumitis dictum volo.

QU.

---

118 Frontæ. 119 Caſtellum Jabaritanum. 120 Sereddeli. 121 Agna. 122 Macania. 123 Sitæ. 124 Altabæ. 125 Benepota. 126 Caſtra Sebetiana. 127 Siccesi. 128 Elenucleta. 129 Metagonium. 130 Voncariana. 131 Majuca. 132 Nabala. 133 Maura. 134 Tingaria. Holſtenius autem harum ſeptem ſupernumerarias eſſe dicit. Zuchabar enim & Zubur duo tantum nomina ſunt ejuſdem civitatis. Ita Roſtonium & Ruſgonia, modo pronuntiandi tantum differunt. Timida ad Africam proconſulatem ſpectat; & Labdia eadem eſt cum Lapda in Provincia memorata. Herpis pro Irpiniana in Byzacena poſita. Metagonium pro Mutugenna in Numidia, & Macaria pro Macriana in Byzacena.

IN TRIPOLI.

1 Leptis magna. 2 Sabrata. 3 Girba. 4 Oea. 5 Tacape.

(e) Plin. Lib. V, Cap. VI. Eratoſthenes a Cyreneis Alexandriam terreſtri itinere DXXV M. prodidit Plin. ibid. Berenice in Syrtis eſtimo cornu eſt, quondam vocata Heſperidum ſupra dictarum, vagantibus Græcis fabulis, nec procul ante oppidum fluvius Lethon lucro ſacer, ubi Heſperidum horti memorantur. Abeſt a Lepti CCCLXXXV M. paſſuum.

Suburbia (a) *ad Urbis ne Epiſcopatum pertinebant, an non erant Diœceſes ſeparatæ, ac liberæ?*

§. I. JOſeph Binghamus Epiſcopalium de grege heterodoxus O. E. Lib. IX, totus in eo eſt, ut primitivarum Diœceſium fines cum Civilium Territoriorum limitibus componat, atque exæquet. Quemadmodum igitur Civitatum Rectores non ſolum Urbibus ſed etiam earum ſuburbiis, ita & Urbium Epiſcopi, ſi Binghamum audimus, non ſolum Oppidanis Eccleſiis, ſed etiam ſuburbicariis præſidebant.

§. II. Mihi autem longe videtur ſecus. Atque aliter viſum eſſet etiam Binghamo, ſi ultimam antiquitatem conſuluiſſet. Duo enim tempora ſunt nobis diſtinguenda. Aut loquimur de iis temporibus quæ Parochiarum ortum conſequuta ſunt, aut de iis, quæ anteceſſerunt. Nam lippis & tonſoribus notum eſt, Parochias ante finem Sæculi III nullas extitiſſe, nec earum numerum auctum, niſi poſtquam Eccleſia Civitatis jure donata

(a) προάστεια ſeu ſuburbia ſenſu hodierno accepta nihil amplius, quam ædes mœnibus Civitatis contiguas ſignificabant; at antiquis temporibus omnes vicos, ſeu pagos denotabant, civitati in certo quodam diſtrictu circumjacentes; qui proinde tanquam ad civitatem pertinentes conſiderabantur, ut ut ſæpius multorum millium paſſuum intervallo ad ea disjuncti. Sic *Canopus* duodecim milliaribus diſtabat ab *Alexandria*, & tamen in actis Concilii *Chalcedonenſis* ab *Athanaſio* act. III, tom. IV, pag. 408, quoddam προάστειον, ſeu *ſuburbium* illius civitatis, vocari legimus. Ita *Daphne* Sozomeno lib. 5, c. 19, dicitur *ſuburbanum Antiochiæ*, licet 40 ſtadiis ſeu quinque mill. paſſ. inde diſtaret. Et Guido Pancirollus lib. I, c. 72, de nobili ſuburbio *Conſtantinopolis*, quod ἕβδομον ſive *ſeptimum*, appellabant, obſervat, illud ita vocatum fuiſſe, quod ſeptimo ab urbe lapide abeſſet, quamquam poſtea, civitate mirum in modum increſcente, propior illius pars facta atque habita eſt. Ita quoque in ſuburbanis *Carthaginis* locus erat, quem *Decimum* vocabant, quod decem milliaribus ab urbe diſtaret, uti Procopius Vandalic. lib. I, c. 17, auctor eſt. Sunt etiam, qui exiſtimant, quod *Ager Sexti*, in quo mortem pro religione Chriſti ſubiit *Cyprianus*, ita dictus fuerit, quod ſex milliaria a civitate abeſſet. *Martyrologium* enim *Romanum* loco *Ager Sexti* ponit *Sextum Milliare*. Jam in omnibus iſtiuſmodi ſuburbiis conventus agebantur particulares, a conventibus Eccleſiarum civitatis diſtincti; quemadmodum ex iis, quæ Euſebius lib. 7, c. 9, ex Epiſtola Dionyſii Alexandrini obſervavit, apparet, qui ſibi ad Colluthionem, locum regionis *Mareoticæ*, migrare juſſo multum conſolationis attuliſſe dicit, quod fratres, illic ſe ob vicinitatem urbis cariſſimorum, & conjunctiſſimorum hominum adſpectu crebrius fruiturum, monuiſſent, adfirmantes, eos acceſſuros ibique commoraturos, *&*, *tamquam in ſuburbanis remotioribus*, *particulares illic conventus futuros*.

Digitized by Google

nata fuit. (Vid. infr. Lib. VII.) Si Binghamus trium priorum Sæculorum memoriam repetiiſſet, nec ad poſteriora tempora deſcendiſſet, nullius ſane Epiſcopalis Diœceſis, quæ Urbem & Suburbia complecteretur, exempla inveniſſet, at contra quot oppida, quot pagi, quot vici, tot Diœceſes, tot Presbyteria, tot Epiſcopos reperiſſet.

§. III. Clemens Romanus Apoſtolorum fere æqualis primarum Eccleſiarum ortus hiſce refert verbis: *Per agros & Urbes prædicantes Apoſtoli, primitias ſuas, quas Spiritu probaverant, credituris Epiſcopos & Diaconos conſtituerunt*. Ex hiſce Clementis verbis tria intelligimus. Primo, Apoſtolos non ſolum in Urbibus, ſed etiam in agris, hoc eſt in vicis & pagis Evangelicam doctrinam diſſeminaſſe. Secundo, fidelium cœtus collegiſſe cum in Urbibus, tum in agris. Tertio, ſingulis cœtibus ſuos Epiſcopos, & Diaconos præfeciſſe. Haud equidem ignoro in prima illa Eccleſiæ ætatula Epiſcoporum nomine vocatos fuiſſe Presbyteros. (Vid. ſup. Part. I, Qu. III, & ſeqq.) Sed illud etiam ſcio, penes hosce Presbyteros, non ſecus ac poſtea penes Epiſcopos totius Diœceſis regendæ poteſtatem tunc reſediſse; nec urbanos inter ac ſuburbanos ullum diſcrimen poſitum fuiſse.

§. IV. Quod Clemens Sæculo I, idem etiam Sæculo II teſtatur Juſtinus Martyr Apol. II, pag. 98. *Solis qui dicitur die, omnium qui vel in OPPIDIS, vel in AGRIS degunt, in eumdem locum fit conventus*. Hæc certe Juſtini verba κατὰ πόλεις, ἢ ἀγροὺς (*b*) duos Chriſtianorum cœtus nobis exhibent, alterum in Urbibus, alterum in Agris, utrumque iiſdem ritibus, iiſdem Cæremoniis, eadem Liturgia, iiſdem Miniſtris inſtructum. Utrobique eadem ſacra conficiebantur; utrinque ſui erant Diaconi & Lectores; utrinque ſuus præerat προεστὼς *Epiſcopus*. Ubi verbum ullum, ulla littera, ullus apex in tota illa Juſtini Apologia, quæ Oppidanorum Eterias ab Vicariorum Synaxibus ulla varietate diſtinguant? Alterutrum mihi largiaris oportet, aut ne in Urbibus quidem fuiſse Epiſcopos, aut Agros etiam ſuos habuiſse Epiſcopos.

§. V. Quid plura? Adſunt nobis Sæculo III Concilii Antiocheni Patres, qui Epiſcopos & in Urbibus, & in Agris extitiſse confirmant. Hi enim in Ep. Synodica adverſus Paulum Samoſatenum hæc ſcripſerunt ad Dionyſium Pontificem Maximum: ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν τε, καὶ πόλεων: *Epiſcopos quoque finitimorum AGRORUM ET CIVITATUM aſſentatores ſubmiſit, qui in ſuis ad Populum Concionibus eadem de ſeipſo prædicarent* (*c*). Erant igitur tunc temporis Epiſco-

(b) Solis, qui dicitur die, omnium ſive urbes, ſive agros incolentium in eumdem locum fit conventus, & Commentaria Apoſtolorum, aut ſcripta Prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde ubi lector deſiit, *is qui præeſt* admonitionem, & adhortationem ad res tam præclaras imitandas ſuſcipit. Poſtea omnes ſimul conſurgimus, & preces emittimus; atque ut jam diximus, ubi deſiimus precari, panis affertur, & vinum & aqua; & *qui præeſt* preces & gratiarum actiones totis viribus emittit, & populus acclamat, Amen; & eorum in quibus gratiæ actæ ſunt, diſtriburio fit, & communicatio unicuique præſentium, & abſentibus per Diaconos mittitur.

(c) Ex MSS. Au. Le parole di quella lettera ſinodica ſono queſte: ἐπισκόπους τῶν ὁμο-

ſcopi in Civitatibus, erant & in Agris. Quinimmo cum Antiocheni Patres finitimos Antiochiæ agros in ſuburbanorum Epiſcoporum ditione poſitos narrent, liquet hinc Antiochenum Epiſcopum ex Urbis portis non exceſſiſse.

§. VI. Sed nihil eſt, quod vicanos Epiſcopos, paganaſque Diœceſes nobis magis oſtendat, quam Synodus Sardicenſis anni 347, & Synodus Laodicena anno 363 celebrata. Illa enim can. 6 edixit, *non amplius ordinandos Epiſcopos IN VICIS, aut in modicis OPPIDIS, ne vileſcat nomen Epiſcopi*. Hæc can. 57 cavet, *Ne in poſterum IN VICIS, & in PAGIS Epiſcopi conſtituerentur*. Hi certe Canones Sæculo IV lati nos monent, tribus ſuperioribus Sæculis Epiſcopos PAGIS & VICIS dari ſolitos fuiſſe, cum leges nonniſi ad eum, qui jam inoleverit, morem antiquandum, abrogandumque ferantur. (Vid. inf. Qu. XIV.)

§. VII. Agrorum Epiſcopi ante ſæculum

ὁμόρων ἀγρῶν τε καὶ πόλεων πρεσβυτέρων; *Epiſcopos quoque finitimorum agorum, & Civitatum, nec non & Presbyteros aſſentatores ſuos ſubmiſit, qui in ſuis ad populum concionibus eadem de ipſo prædicarent*: cioè, *che, Paolo traſſe nel ſuo partito i Veſcovi de' Territorj confinanti, e que' delle città con i loro Presbyterj*. Che ne' primi ſecoli non ſolo le città aveſſero i loro Veſcovi, ma anche i Territorj confinanti colle città, lo apprendiamo dalla Piſtola di S. Innocenzo I al Veſcovo di Gubbio, *cum omnes Eccleſiæ noſtræ intra Civitatem ſint conſtitutæ*: e dal fatto ſteſſo, che ci fa vedere la Dioceſi di Roma fino da' primi tempi circoſcritta poco più, che dalle mura della Città, ed il contiguo Territorio avente i ſuoi Veſcovi *proprj*, come ci atteſta Benedetto XIV de Synod. Diœceſ. l. 7, c. 1, §. 7. *Sex hujuſmodi Epiſcoporum Diœceſes Urbi Romæ admoaum proximæ ſunt, ac pene contiguæ, ſed tamen a Diœceſi Romana vere diſtinctæ, ac ſeparatæ*: La grande antichità poi di queſti Veſcovi ſuburbicarj ci viene dimoſtrata dal lodato Pontefice Benedetto XIV de Synod. Diœceſ. l. 13, c. 7, §. 3. *In vita S. Marci Pontificis, qui anno 336 Sancti Petri Cathedram implevit, apud vulgatum Anaſtaſium ſic legitur: „ Hic (S. Marcus) conſtituit, ut Epiſcopus Oſtienſis, qui conſecrat Epiſcopum urbis, pallio uteretur. " Sed Binius, & Labbeus in notis hanc conſuetudinem, ut Romanus Pontifex ab Epiſcopo Oſtienſi conſecraretur, S. Marci Pontificatu vetuſtiorem eſſe contendunt. Nam Dionyſius Papa (an. 261) a Maximiano Oſtienſi Epiſcopo conſecratus fuiſſe legitur. Celebris eſt S. Auguſtini textus in Breviculo Collationis tertia diei cum Donatiſtis c. 16, n. 29, Tom. 9, Coll. 571. Nec Romanæ Eccleſiæ (Epiſcopum) ordinat aliquis Epiſcopus Metropolitanus, ſed de proximo Oſtienſis*. Quanto abbiamo detto della Città di Roma, e ſuo contiguo Territorio, ſembra poterſi ancora applicare alle altre Città principali, e loro Territorj; e da vero, che nell' età più rimota le Cittadelle, i Borghi aveſſero i loro Veſcovi ſi può argomentare dal canone ſeſto del Concilio Sardiceſe, (an. 347.) ove ſi legge: *Licentiam non dandam ordinandi Epiſcopum aut in vico, aut in modica civitate, ne vileſcat nomen Epiſcopi*, e dal canone 57 del Concilio Laodiceno: (an. 363.) *Quod non oporteat in vicis, vel in pagis conſtituere Epiſcopos*: Imperciocchè queſti Canoni appunto ci porgono indizio, che anteriormente nelle Cittadelle, e ne' Borghi vi foſſero i loro Veſcovi, perchè la legge ſuppone l' uſo contrario invalſo, e la proibizione ſuppone l' eſiſtenza della coſa proibita. Que' Veſcovi dunque τῶν ὁμόρων ἀγρῶν di cui parla la Piſtola Sinodica de' Padri Laodiceni, doveano eſſere veri Veſcovi Dioceſani, e i loro diſtretti, oſſia Dioceſi dalla Dioceſi d' Antiochia *vere diſtinctæ, ac ſeparatæ* non meno che dalla Dioceſi di Roma i ſette Veſcovati ſuburbicarj.

Digitized by Google

culum IV eodem ac Urbani honore & nomine dignati fuerunt. Sæculo autem IV (*d*) Urbium Epiſcopi criſtas tollere cœperunt, ruris Epiſcopos ſuperbe deſpicere, infra ſe putare, eoſque per jocum, ac contemptum Chorepiſcopos, ſeu Rurepiſcopos appellitare. Horum Epiſcoporum contemptum, ac deſpicientiam [illegible] magna etiam auctoritatis, ac poteſtatis jactura ſequuta eſt. Hinc Concilium Antiochenum Ancyrani, ac Neocæſarienſis veſtigiis inhærens anno 341 hunc Canonem tulit: *Si qui ſunt in vicis, vel pagis, vel qui Chorepiſcopi nominantur, etiamſi impoſitionem manuum Epiſcoporum acceperint*, (*e*) *placuit Sanctæ Synodo, ut ſuum* [illegible]

(d) Ex MSS. Anonym. ibid. Nè fino al Secolo IV comparisce in verun monumento differenza alcuna tra i Veſcovi delle Città, e i Veſcovi de' contigui Territorj; gli uni, e gl' altri venivano chiamati ſemplicemente Veſcovi ſenza altro prenome, e gl' uni, e gl' altri avevano i loro Presbyterj composti di Preti, e di Diaconi, come ne fa fede S. Clemente I Papa nella ſua lettera a Corintj: *Per agros* (κατὰ χώρας) *& urbes prædicantes* (Apoſtoli) *primitias ſuas, quas ſpiritu probaverant, credituris Epiſcopos, & Diaconos conſtituerunt*: ſolamente nel Secolo IV fu introdotta la differenza tra i Veſcovi delle Città, e de' contigui Territorj, nè prima di queſto Secolo i Veſcovi Terrazzani furono chiamati *Corevescovi*, nè furono ſubordinati ai Veſcovi civitatenſi. I primi Concilj, che gl' intitolarono *Corevescovi* oſſia *Veſcovi Villani*, e che cominciarono a reſtringere l' originaria loro autorità, furono i Concilj Ancirano, e Neoceſarienſe tenuti nel principio del IV Secolo. Venne in ſeguito il Concilio Antiocheno celebrato nell' anno 341, che fece il famoſo canone decimo: *Ii qui ſunt* &c.

(e) Ex MSS. Anonym. Ibid. Le parole, *etiamſi impoſitionem manuum Epiſcoporum acceperit*, hanno fatto opinare a Pier de Marca de Concord. S. & I. lib. 3, c. 13, §. 5, al Vaneſpen J. E. U. part. 5, p. 23, edit. Lovan. 1732, e ad altri graviſſimi Scrittori, che vi poſſano eſſere ſtati anche di que' Corevescovi, che non erano inſigniti dell' ordine Veſcovile. Ma ſe ben ſi peſino le addotte parole, ſi vedrà, che furono inſerite non per altro, che per riſpondere a Corevescovi, che ricuſavano di ſubire il nuovo giogo dicendo, che anch' eſſi non men, che i Veſcovi Civitatenſi erano veri Veſcovi inſigniti dell' ordine Veſcovile; il che non oſtante riſpondono i Padri Antiocheni, *etiamſi impoſitionem manuum Epiſcoporum acceperint*, i Veſcovi Terrazzani, *ſciant modum ſuum*, ſappiano, che la loro autorità viene ad eſſere moderata, oſſia regolata, *& SIBI SUBJECTAS ECCLESIAS ADMINISTRARE SUA CURA, ET MODERAMINE CONTENTI SINT*: e che nell' amminiſtrare, e reggere le loro Chieſe debbono contentarſi ne' limiti dell' impoſta loro moderazione, cioè *Conſtituant lectores, & Subdiaconos, & exorciſtas, & eorum promotioni ſufficere exiſtiment* (I) ſi contenteranno di ordinar ſolamente Lettori, Suddiaconi, ed Eſorciſti: *Presbyterum autem, & Diaconum ordinare non audeant ſine Epiſcopo Civitatis, cui ipſe & pagus ſubjicitur* (II) non potranno più ordinare Preti, e Diaconi ſenza la licenza del Veſcovo Civitatenſe: (III) al quale eſſi, e il loro diſtretto vengono ad eſſere ſoggettati: *Corepiſcopus autem fiat ab Epiſcopo civitatis, cui ſubijcitur*, (IV) e da cui (come da principal collatore colla giunta degl' aſſiſtenti) avranno a ricevere la loro ordinazione. *Si quis autem ea quæ definita ſunt, tranſgredi audeat, ipſe quoque honore, quem habet, privetur*. Queſto Canone confermativo, ed ampliativo de' Canoni decimo terzo, e decimo quarto de' Concilj Ancirano, e Neoceſarienſe, che ſono i primi, che ſi leggono ſcritti in ſu di queſto propoſito, ci dà una grande pruova, che prima di queſti Concilj i Veſcovi Terrazzani eſercitavano l' autorità che da queſti Concilj fu loro levata. Ma ſiccome all' eſecuzione di queſti Canoni s' opponevano i Veſcovi Terrazzini allegando l' originaria lo-

ſuum modum ſtiant, & ſibi ſubjectas Eccleſias adminiſtrent, earumque cura, & moderamine contenti ſint: conſtituunt autem Lectores, & Subdiaconos, & **Exor-**

ro podeſtà ricevuta da Dio nell' ordinazione Veſcovile, così nel Concilio Sardiceſe, e Laodiceno fu decretato, che nelle Cittadelle, e ne' Borghi oon aveſſero ad eſſer ordinati più Veſcovi, ma ſuli Preti. Queſti Canoni Sardiceſi, e Laodiceni ebbero la ſua piena eſecuzione riguardo alla nuova erezione di Chieſe Veſcovili, nè dopo furono erette Cattedrali ſe non nelle Città; ma nelle Cittadelle di maggior cooſiderazione, ch' erano in poſſeſſo di avere la Chieſa Veſcovile ebbero a ſoffrire una inſuperabile reſiſteoza, a cui non ſi trovò altro ripiego, che di erigere quelle Cittadelle in Città. Le Cittadelle poi, e i Borghi di minor conſiderazione piuttoſto, che ſubire la legge del Concilio Sardiceſe, e Laodiceno, s'uniformarono alla legge del Concilio Antiocheno, o amarono piuttoſto d' aver Coreveſcovi ſubordinati a Veſcovi Civitatenſi, che ſoli Preti, i quali Coreveſcovi ebbero ad eſſer rimpiazzati ora da Veſcovi eſuli, ed erratici, or da Novaziani, e Meleziani riuniti alla Chieſa, e finalmente termioarono col reſtar ſoppreſſi. Le Cittadelle dunque, e Borghi parte ſi conſervarono i loro Veſcovi, parte ebbero a contentarſi di ſoli Coreveſcovi, e parte non ebbero mai, che ſoli Preti. Quindi riceve lume il paſſo di S. Atanaſio Apol. II. *Mareotes Ager eſt Alexandriæ, quo in loco* (I) *Epiſcopus nunquam fuit, immo ne* (II) *Corepiſcopus quidem, ſed univerſa ejus loci Eccleſiæ Epiſcopo Alexandrino ſubjacent, ita tamen ut ſinguli pagi ſuos* (III) *Presbyteros habeant.*

Hyacintus Sbaralea Diſſ. de Corepiſcopis n. 10. Nomen ipſum *Chorepiſcopi* dignitatem prodit; ipſumque nequaquam ſimplicem Presbyterum eſſe manifeſtat: nam quid eſt *Chorepiſcopus*, niſi ruris, aut regionis Epiſcopus; ita namque Latine redditur Græca vox *ἀγροῦ* vel *χώρας*; & propter quid Epiſcopi titulum hic retulit; oiſi quia velut Epiſcopus conſecratus fuit: & officia Epiſcopalia exercere poterat, & in conciliis Niceno I, Neocæſarienſi, Epheſino, Chalcedonenſi, Noviomenſi, Cariſiacen. I, Sueſſionen. III, & Duziacen. *Chorepiſcopos*, legimus ſubſcriptos, memoratoſque inter *Epiſcopos* non quidem ſemper ſuorum Epiſcoporum loco, cum id non oſtendatur, ſed tamquam & ipſi Epiſcopi; qui enim aliorum loco, atque nomioe ſive Chorepiſcopi, Epiſcopique, ſive Presbyteri intererant, id Acta ſignificabant, ut illa Chalcedoneoſis, & ſi quæ ſunt, quæ occurrant; igitur cum *Chorepiſcopi* non dicantur quampluribus in Synodis aliorum nomine interfuiſſe, id factum aſſerere eſt nullo momento, temereque rem interpretari, atque referre. Quod autem in Epheſino, & in Chalcedonenſi Conciliis Jacobus quidam dicatur modo *Chorepiſcopus*, & modo *Presbyter*, nequaquam noſtram expugnat opinionem, ut quidam arbitrantur: nam ibi Jacobus Presbyter alius eſt a Jacobo *Chorepiſcopo*: qui quoniam ab Eutychio Principe vocatur *Epiſcopus*, recte Lupus Act. VI Appendicis ad Epheſinum Concilium adnotat ideo factum, quod Chorepiſcopi *conſecratione* non ſimplices Presbyteri ſed veri Epiſcopi eſſent. Quare duo, qui in Synodo Neocæſarienſi interfuiſſe leguntur *Chorepiſcopi Cappadociæ* a Sozomeno judicati ſunt Epiſcopi; dum lib. 6, cap. 4, memorat Prapidium apud *Cappadoces in multis pagis munere Epiſcopali* functum: Et quid eſt, quod in magna illa Carthagin. Catholicos inter & Donatiſtas collatione anno 411, Alipius Tagaſten. Epiſcopus de *Donatiſtis Epiſcopis* cum objiceret, improperaretque: *Scriptum eſt, omnes iſtos in fundis, vel in villis eſſe Epiſcopos ordinatos, non in aliquibus Civitatibus*: numeri oſtentandi cauſa, Petilianus Conſtantien. Donatiſtarum Antiſtes repoſuit: *Sic etiam tu multos habes per omnes agros diſperſos ſane, & crebros ſine populis*, collat. 1, num. 181, 182, niſi *Epiſcopos* dicere, qui Chorepiſcopi? Nec omittendum eſt, *Cæſarium Civitatis Aleæ, vel Arcæ Chorepiſcopum* inter Epiſcopos Conciliorum Epheſini, & Chalcedonen. ſubſcripſiſſe Act. 1.

Idem

Exercitas, & eorum promotioni ſufficere exiſtiment, Presbyterum autem, & Diaconum ordinare non audeant ſine Epiſcopo Civitatis, cui & ipſe & pagus

---

Idem ibid. n. 12. Reſtat nunc, ut reſpondeatur argumentis, quibus oppoſitum probare conantur contrariæ ſententiæ defenſores; quorum agmen ducit Sorbonicus Doctor *Witaſſes* Tract. 6 de Sacramento ordinis part. 2, qu. 1, Append. de Chorepiſcopis: probatque 1, ex ſynodo *Ancyrana*, quæ omnium prima (ſi verum eſt, eam anno circiter 314 habitam fuiſſe) Chorepiſcopos memoravit, & can. 13, al. 12, de iiſdem ita ſanxit: *Chorepiſcopis non licet Presbyteros, & Diaconos ordinare*; igitur, inquit Witaſſes, *Epiſcopi* non erant illi: cum inauditum ſit, Episcopis legitime inſtitutis, nec officio interdictis, Presbyteros, & Diaconos ordinare non licuiſſe. Reſpondetur primum, Auctorem hunc parum ſibi conſtare, cum *Epiſcopos fuiſſe* non diffiteatur. Prob. 3 eos Chorepiſcopos de quibus agit Antiochena Synodus; quæ tamen can. 10 decrevit de eiſdem, ut *Presbyterum, & Diaconum ordinare* non auderent; ſimiliter Prob. 4. *Epiſcopos* dicit eos, de quibus diſponit Laodicena Synodus can. 57, & ex Epiſcopis Chorepiſcopos factos autumat, ita ut *nihil agerent ſine conſenſu Epiſcopi* ex eadem Synodo. Deinde eſt etiam inauditum, Preſbyteros offerre non poſſe; & tamen id illis ruris vetuit Synodus *Neocæſarienſis* can. 13 facere in civitate præſente Epiſcopo, vel Presbyteris urbis tamquam in loco alieno. Poſtea ſi inauditum eſt, *Epiſcopis* Civitatum non licere Presbyteros & Diaconos ordinare; inauditum non eſt id non licere Epiſcopis ruris, ſive *Chorepiſcopis*, qui ſunt Epiſcopi minores, & Epiſcopis urbium ſubjecti: proindeque in aliena Parœcia, atque Diœceſi: quamobrem uti non licet Epiſcopo vulgo *titulari*, & alicujus Epiſcopi civitatis *coadjutori* ordinare quemquam ſine permiſſu Epiſcopi; ut ex Concilio Trident. oſtenſum eſt ſupra cap. 4, n. 13, *de ſacris Ordinat.* ita nec Chorepiſcopo licere poteſt; ea propter Rigiboldo Chorepiſcopo Rhemen. crimini datum eſt, quod in *Presbyterum* ordinarit *Gotheſcalcum Sueſſonicæ Parœcia Monachum inſcio Civitatis ſuæ Epiſcopo*, ex Actis Concilii Cariſiacen. 1, ann. 849. Nec eſt, quod dicat, Synodum *Antiochenam* interdixiſſe quidem Chorepiſcopis Presbyteros, & Diaconos ordinare *ſine Epiſcopo Civitatis*; ſed non cum ejuſdem Epiſcopi permiſſu. Nam quid aliud edixit *Ancyrana* Synodus? *Fas non eſt Chorepiſcopos ordinare Presbyteros, vel Diaconos; ſed neque urbis Presbyteros, niſi cum litteris ab Epiſcopo permiſſum fuerit, in aliena Parochia*; quam lectionem, & textus Græcus, & vulgaris Dionyſii translatio, Simeon Logotheta, Ariſtenus, Zonaras, Balſamon, & Blaſtares Græci conſtanter retinent; etſi complures alii, ut ut corrigerent, eam depravarint. Cujus canonis ſenſus non is eſt, quem ſibi effinxit Witaſſes, ſed non licere Chorepiſcopis nedum in ſua Parœcia Presbyterum, & Diaconum ordinare, ut habet & Antiochenus canon: ſed neque vocatis a populo alienæ Diœceſis vel Sede vacante, vel Epiſcopo illius Diœceſis impedito urbis illius *Presbyteros* ordinare, aut etiam urbis ſuæ Presbyteros ad alienam Parœciam ſe transferentes, ut ibi ordinarentur, fas non erat ordinandi ſine litteris, ac permiſſu *Epiſcopi*. Refert Witaſſes inter varias hujus *Ancyrani* canonis verſiones, & illam, inquit, *Adriani* I Papæ ex *Epitome Canonum* quam Carolo Magno obtulit anno 774, antiquiſſimæ verſionis adhærentis, quæ eſt: *ut Chorepiſcopi Presbyterum, vel Diaconum non ordinent; nec Presbyter aliquid agat in Parochia ſine Præcepto Epiſcopi*. Verum illa Canonum Epitomes non eſt Adriani PP. ſed alicujus Galli ex integra Canonum collectione ab eodem Adriano anno ut creditur 787 Carolo M. oblata, deſumta, interpolata, vel potius depravata poſt ſæculum VIII, in odium, ut videtur, Chorepiſcoporum; cum canonem X Antiochenum his verbis exhibeat; *quod Chorepiſcopi ordines inferiores uſque ad Subdiaconatum dare non poſſunt*; quod prorſus falſum eſt: & Carolus M. anno 789 in capitul. Aquiſgran. integros canones *Antiochenum*, &

Neo-

gus ſubjicitur. Si quis autem ea, quæ definita ſunt, tranſgredi audeat, ipſe quoque HONORE, quem habet, privetur. Chorepiſcopus autem fiat ab Epiſco-

---

Neocæſarien. de Chorepiſcopis Iſidorianæ verſionis adduxit. Deinde quoquo modo ſe habeat lectio Canonis Ancyrani, longe præſtat, potiorque eſt Antiochenus illo; hæc enim Synodus poſterior eſt, & ex 97 Epiſcopis conſlata; Ancyrana vero ex ſolis 18 Epiſcopis.

Bingham. O. E. Lib. II, cap. 14, §. 2. Jam vero licet ex ipſo nomine de Chorepiſcoporum officio quodammodo poſſit judicari, magna tamen inter viros eruditos de hujus ordinis natura agitata fuit controverſia. Inter Scholaſticos, & Canoniſtas recepta eſt opinio, ſuiſſe eos tantummodo presbyteros; uti videre eſt in Franciſco Turriano (not. in can. LIV Concil. Nic. Arab. Apud Labb. Tom. II Concil. p. 308.) Guilielmo Eſtio (in IV ſent. diſt. 35, §. 40.) Antonio Auguſtino (Epit. jur. canon. lib. 6, tit. 1, c. 8, 11, 13.) & Gratiano, (diſt. 68, c. 4, 5.) quos non Salmaſius (Walo Meſſalin. c. 5, p. 315.) ſolum, ſed Marcus Antonius de Dominis (Spalat. de rep. part. 1, lib. 2, c. 9, n. 17, 18, 19.) etiam, Richardus Fieldius Coſthe Church (lib. 5; c. 29.) & Johannes Forbeſius (lib. 2, c. 11, prop. 14, p. 249.) ſequuntur, quorum ultimus diverſa adfert argumenta, quibus probare nititur, ſuiſſe eos meros Presbyteros, nec ullam umquam Epiſcopalem ordinationem accepiſſe. Alii duo Chorepiſcoporum genera ſuiſſe exiſtimant, alios quidem, qui ordinationem habuerint Epiſcopalem, alios autem qui meri fuerint Presbyteri. Quæ Joannis Cabaſſutii (notit. Concil. c. 8, p. 45, edit. Venet. MDCCIII, p. 22.) Petri de Marca de concord. lib. 2, c. 13, tot. & Roberti Bellarmini de cleric. lib. I, c. 17, tot. eſt opinio. Concedunt, in quibuſdam caſibus contigiſſe, ut Chorepiſcopi vere fuerint Epiſcopi, quod Epiſcopi ordinati fuerint ante, quam Chorepiſcopi fierent. Et eatenus quidem recte ſtatuunt. In primitiva enim Eccleſia quandoque Epiſcopi ad hunc illum locum fuerunt ordinati, ſed non recepti, & quidem vel ob multitudinis perverſitatem, vel perſecutionis æſtum, vel ſimili ex ratione. Et iſtiuſmodi Epiſcopi (quos veteres Scriptores, (Socrat. lib. 4, c. 7.) σχολαίους & σχολάζοντας ἐπισκόπους, Epiſcopos vacantes dicunt) non habentes in ſua ipſorum Eccleſia ſacris operandi libertatem, ſub alio quodam Epiſcopo, qui eos in miniſterium ſuum cooptare volebat, ad muneris ſui adminiſtrationem admittebantur. Concilium *Nicænum* (can. 8, tom. 2, p. 34.) ſimili ratione conſuluit atque proſpexit Epiſcopis *Novatianis*, qui ad Catholicam redire vellent Eccleſiam; ut Epiſcopus loci ſive ad Presbyteri cujuſdam oppidani, ſive ad Chorepiſcopi officium eos admitteret; quia duo Epiſcopi in uno oppido eſſe non poterant. Atque ita quoque ab eodem Concilio (Epiſt. Synod. ap. Socrat. lib. 1, c. 9.) de Epiſcopis *Meletianis* decretum fuit, ut ad Eccleſiæ unitatem reverſis ipſis liceret ſub Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopis officium ſuum adminiſtrare. Jam vero conſtat, hujuſmodi Chorepiſcopos omnes proprie dictos ſuiſſe Epiſcopos, quod Epiſcopi ordinati fuerint ante, quam Chorepiſcoporum nomine ſub aliis miniſterium peragerent. De reliquis vero omnibus Petrus de Marca judicat, quod tantum Presbyteri fuerint. Verum iſtæ opiniones (quæ parum inter ſe diſcrepant) a Thoma Barlovio, (Letter to Biſhop Uſh in Uſh. Lett. 222, p. 520.) Henrico Hammondo, (diſſert. III contr. Blondel. c. 8. tot. imprimis §. 41, 42, 43.) Guilielmo Beveregio, (Pand. tom. 2, not. in Conc. Ancyr. can. 13, p. 176.) Guillielmo Caveo, (prim. chriſt. part. 1, c. 8, p. 224, p. 182, edit. Germ. Lipſ. 1723.) & ab ipſo Davide Blondello (apol. p. 95, cæt.) rejiciuntur, qui, etſi ab aliis inter eos refertur, qui contrariam tuentur ſententiam, longam diſſertationem contra Petrum de Marca edidit, qua Chorepiſcopos omnes, antiquis memoratos Conciliis, veri nominis Epiſcopos ſuiſſe, demonſtrare nititur. Ad quod probandum nihil requiritur amplius, quam quod Athanaſius Apologia ſua II perhibet, ubi inter Presbyteros, & Chorepiſcopos perſpicue diſtinguit. Loquens enim de illegitima *Iſchiræ* promotione, qui ab *Euſebianorum* factione regionis *Mareotidis*, Epiſcopus conſtitutus erat, *Mareotidem* dicit regionem tantum *Alexandriæ*, & omnes iſtius terræ tractus Eccleſias ſoli

ſcopo Civitatis, cui ipſe ſubjicitur. Can. 10. Cum autem Chorepiſcopi pactos ſibi terminos tranſilirent, neque a Presbyteris, Diaconiſque ordinandis manus abſtinerent, dignitatem exuere, inſignia ponere, cunctiſque Epiſcopalibus juribus renuntiare coacti ſunt. Eorum rem, locumque, non tamen dignitatem, poſtea tenuerunt Presbyteri, qui a nobis nunc Parochii vocitantur (*f*).

§. VIII. Ex hiſce omnibus perſpicuum eſt, primis Eccleſiæ temporibus, quibus nondum Parœciæ, Parochique invaluerant, ſingulas Civitates, ſingulos vicos, ſingulos pagos, verbo, ſingulos fidelium cœtus ſuum habuiſſe Epiſcopum, ſuum Presbyterium, ſua Sacra, perinde ac noſtræ modo habent Cathedrales Eccleſiæ. Hinc lucem mutuantur illæ: S. Ignatii Martyris voces: *Ubi comparet Epiſcopus, ibi & populus.* Ep. ad Smyrn. pag. 6. *Sine Epiſcopo neque baptizare licet, neque Agapem facere.* Ep. ad Trallian. pag. 48. *Ubi paſtor eſt, ibi ſequantur & oves.* Ep. ad Philadelph. pag. 90. *Sine Epiſcopis & Presbyteris nihil facite, ſed in eodem loco convenite, ut preces ſint una, ſupplicatio eadem, una mens, una ſpes.* Ad Magneſian. pag. 33. Ad Epheſ. pag. 20. *Unum altare eſt, ſicut unus eſt Epiſcopus ... Sacramenti veritatem fraternitate omni præſente celebremus.* Ep. ad Philadelph. pag. 41. Quæ ſane nullo modo intelligi poſſunt, niſi ſtatuamus, quot Oppida, quot vici, quot pagi, totidem etiam Diœceſes, totidem Epiſcopos, totidem Cathedrales Eccleſias extitiſſe.

QU.

ſoli Epiſcopo *Alexandrino* ſubjectas fuiſſe, nec umquam vel Epiſcopum, vel Chorepiſcopum, (Athan. apol. II, tom. I, p. 802, tom. I, p. 200, edit. Pariſ. MDCXCVIII.) ſed tantum Presbyteros inter ſe habuiſſe, ſuis quemque vicis, ſive Eccleſiis adligatos. Hoc, ut ſcite obſervat David Blondellus Apol. p. 127, evidenter indicat, *non unum Presbyteris Chorepiſcopos fuiſſe, aut eamdem formam geſtaſſe, prout decretalium ſuppoſitori* (ſub *Leonis & Damaſi* Paparum nomine latitanti) *ſomniare viſum eſt.*

(f) Balſamon in Scholiis ad Synod. Antioch. cap. VIII ait in locum Chorepiſcoporum ſucceſſiſſe περιοδευτάς.

Q U. VI.

Singulæ Diœceſes ſingulas ne an plures habebant Eccleſias?

§. I. S. Juſtinus Martyr (ann. 140.) omnem hac de re dubitationem tollit: τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται. *Solis qui dicitur die, omnium ſive Urbes, ſive agros incolentium in id ipſum fit conventus*. Ecquod majus quærimus teſtimonium, ut credamus, ſingulas Diœceſes ſive Urbanas, ſive Suburbanas ſingulas tantum habuiſſe Eccleſias?

§. II. At inquis. S. Juſtinus ſibi minime conſtat. Nam interrogatus a Quinto Junio Præfecto, quem in locum convenirent Chriſtiani, hæc reſpondit: *An exiſtimas omnes in eumdem locum convenire ſolitos? minime res ita ſe habet, quoniam Chriſtianorum Deus loco non circumſcribitur, ſed cum inviſibilis ſit, Cœlum & Terram implet, atque ubique a fidelibus adoratur, & ejus gloria collaudatur*. At quis non videt, S. Juſtinum hic non loqui de Sacris Ædibus certis, deſtinatiſque divino cultui perſolvendo, ſed de illis locis, in quibus, neceſſitate cogente, rei divinæ vacabant Chriſtiani, cum ſcilicet ad Eccleſiam liber aditus non patebat, rati nempe, Deum ubique ſuorum votorum conſcium fore. *Cum ab omnibus fugaremur*, (ad Hieracem ſcribebat Dionyſius Alexandrinus apud Euſeb. Hiſt. Eccl. Lib. VII, cap. XXII, pag. 304, Edit. Taurin.) *nihilominus tunc quoque feſtos peregimus dies. Quivis denique locus, in quo varias ærumnas pertulimus, ager, inquam, ſolitudo, navis, ſtabulum, carcer INSTAR TEMPLI fuit ad peragendos conventus*. Hæc verba *inſtar Templi* nos ſubmonent, ea loca non fuiſſe vera Templa, aut Eccleſias, ſed neceſſariis tantum Chriſtianorum uſibus ad colendum Deum inſerviiſſe, tum cum ad Eccleſiam accedere non poterant. Cæterum cum Tyrannorum vis ſinebat, omnes in unum, eumdemque locum, Eccleſiamque confluere ſolitos fuiſſe, perſpicuum eſt ex iis quæ de S. Gregorio Thaumaturgo narrat S. Gregorius Nyſſenus, videlicet, *non potuiſſe propter perſecutionem IN UNUM CONGREGARI ECCLESIÆ FIDELES, ſed ſparſos tantum manipulos:* atque ex iis, quæ Cyprianus ait Ep. 56: *Ne quiſquam, Fratres Dilectiſſimi, cum Populum noſtrum fugari conſpexerit metu perſecutionis, & ſpargi conturbetur, quod COLLECTAM FRATERNITATEM non videat, nec Epiſcopos tractantes audiat, ſimul tunc eſſe non poſſumus*.

§. III. Inſtas. Sacræ litteræ nos docent, in eadem Urbe Hieroſolymitana ſub ipſum rei Chriſtianæ exordium plures uno, eodemque tempore fuiſse Eccleſias. Nam Act. II, 46, hæc habentur: *Frangentes circa Domos panem*. Vide, ne tua tibi vineta cecideris. Nam textus Græcus habet κλῶντες κατ' οἶκον ἄρτον: h. e. *Frangentes circa Domum panem*. Hæc autem

Do-

Domus qua de hic loquitur Lucas, *Cœnaculum* dicta, ſita erat in ſuperiore parte Ædium Joannis, cui cognomen Marco. In hac domo Apoſtoli, Chriſtianique omnes, qui Hieroſolymis erant, ſtatos ſuos conventus agere ſolebant, in hac Epularia ſua ſacrificia facere, in hac auguſtiora Religionis Myſteria enuntiare, & celebrare, uti ex ipſo D. Luca intelligi maxime poteſt narrante, Divum Petrum e carcere, in quo Agrippæ juſſu detinebatur, Angeli ope nocte eductum, ſtatim tanquam conſuetum Chriſtianorum locum petiiſſe *DOMUM Mariæ Matris Joannis, qui cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes;* (Act. XII, 12.) quam domum ob id ipſum, & alia ibidem peracta Myſteria in Templum poſtea converſam teſtatur S. Cyrillus Hieroſolymitanus Catech. 16, §. 5, & S. Epiphanius de Menſur. & ponderib. §. 14. (*a*). Quamquam, quid in Urbe Hieroſolymitana Diœceſium, & particularium Eccleſiarum formam quærimus eo tempore, quo nondum ullæ inſtitutæ Diœceſes, quoque Apoſtolos non plantatarum, ſed plantandarum Eccleſiarum cura ſollicitos anxioſque tenebat?

§. IV. Urges. Paulus in ſua ad Romanos Epiſtola ſalutat Domum Priſcæ, & Aquilæ, Domum Narciſſi, Domum Ariſtobuli. Plures ergo Romæ tunc erant Chriſtianorum Domus, ſeu Eccleſiæ. At unde ſcis, Domum Narciſſi, & Domum Ariſtobuli fuiſſe Eccleſias? Ego potius ex hoc ipſo Pauli loco colligere mihi poſſe videor, Romæ tunc temporis nonniſi unam extitiſſe Eccleſiam. Habe Pauli verba XVI, 3, 5, 11. *Salutate Priſcam & Aquilam adjutores meos & DOMESTICAM EORUM Eccleſiam. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtobuli domo, ſalutate eos qui ſunt ex Narciſſi domo.* Cur Paulus unam Priſcæ & Aquilæ domum vocat *Eccleſiam?* cur nomen *Eccleſiæ* reticet, cum Narciſſo, Ariſtobulo, eorumque Domeſticis ſalutem dicit? niſi quod non in Narciſſi, nec in Ariſtobuli ædibus, ſed in ſola Priſcæ, & Aquilæ Domo conventus fierent Chriſtianorum. Quin & Corinthi, unde ad Romanos tum ſcribebat Paulus, unam tantum fuiſſe Eccleſiam innuere videntur, quæ Apoſtolus habet n. 21, 22, loc. cit. *Salutat vos*, inquit, *Timotheus adjutor meus, Lucius & Jaſon & Soſipater cognati mei. Salutat vos Cajus hoſpes meus, & UNIVERSÆ*

(a) Bingham. O. E. Lib. 8, cap. 1, §. 13. Medus meridiana luce clarius oſtendit, quod Apoſtoli ſemper in certum locum ad preces, & ſupplicationes faciendas in Monte *Sione* coirent, qui fuerit hyperoon ſive cœnaculum, toties in Actis Apoſtolorum memoratum; ubi Apoſtoli fuerint congregati, quando Spiritus Sanctus in ipſos deſcendit Act. II, ubi Servator ultimam cœnam celebravit; ubi diſcipulis ſuis poſt reſurrectionem ſuam duobus diebus Dominicis, proxime ſe ſubſequutis, apparuerit Jo. XX. Locus ille, ubi ſeptem Diaconi electi fuerint, & ordinati Act. VI, & ubi primum Concilium Hieroſolymitanum coactum fuerit Act. XV. Quo in loco poſtea pulchra Eccleſia erecta, & *Eccleſia Montis Sion, & ſuperior Apoſtolorum Eccleſia* tempore Cyrilli Epiſcopi *Hieroſolymitani*, & Hieronymi dicta ſit. Quod hæc fuerit domus congregationis, memorata Act. II, 46. ubi Apoſtoli de templo reverſi panem frangere, hoc eſt, Euchariſtiam celebrare conſueverint. Putat enim cum multis aliis criticis, verba ἐν οἴκῳ ſeu κατ' οἶκον, non *domatim*; vel *per domos*; ſed *in domo* ſive

SIÆ ECCLESIÆ hoſpes ὁ ξένος μου καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης, quæ verba cogunt nos exiſtimare, Chriſtianos omnes, qui Corinthi degebant, in Caji Domo ſuos egiſse conventus.

§. V. Quod ſi adhuc ſubdubitas, in unaquaque Epiſcopali Diœceſi unam tantum fuiſse Eccleſiam, unum Altare, ſcrupulum omnem evellet Canon qui vulgo dicitur Apoſtolorum XXXII, quique ſæculum ſecundum ſapit, (Vid. ſup. Lib. III, Qu. I, Not. a.) quo exauctorantur ii omnes Presbyteri, qui alios ab Epiſcopali indicerent, haberentque conventus (*b*): *Si quis Presbyter ſeorſim ab Epiſcopo congregationem fecerit, & alterum Altare fixerit, deponatur.*

ve loco, in quo congregatio fieri ſolebat, reddi debere.

(b) Thomaſſin. de V. & N. E. D. Part. I, Lib. II, cap. 21, §. 4. His verbis perſpicue inſinuatur, in Diœceſi una unam fuiſſe Eccleſiam, ad quam convenirent omnes cum Epiſcopo, & in qua eſſet Altare unum, ubi Epiſcopus unus, aut eo abſente, vel jubente, Presbyter offerret. Nam ſi in urbe, vel ruri plures fuiſſent Eccleſiæ Parochiæque, ad quas coiret populus, & in quibus Presbyter ſacra celebraret, illis certe verbis ad ſignificandum ſchiſma uſi non eſſent Majores noſtri. Nec illi dicerentur ferocire in Epiſcopum, & rebellare velle, Eccleſiamque conſcindere, qui alibi conventum facerent, quam ubi eſſet Epiſcopus; aut qui erigerent Altare aliud, ab eo diverſum, ubi Epiſcopus celebraret.

Q U. VII.

In ſingulis Diœceſibus Chriſtianorum numerus major ne erat, quam ut in unum omnes locum convenire poſſent?

§. I. LUdovicus Thomaſſinus (*a*) Epiſcopales priorum ſæculorum Diœceſes longe, lateque patuiſse, nec Urbes tantum, ſed & Suburbanos agros ſinu ſuo complexas eſse ratus, ac ſingulas Diœceſes ſingulas tantum Eccleſias habuiſſe falſus, totus eſt in primitivorum Chriſtianorum numero minuendo, extenuandoque, ut fidelibus omnibus uniuſcujuſque Diœceſis in una Eccleſia locus eſse poſſit. Nos vero, qui ſingulas Urbes, ſingulos Vicos, ſingulos pagos, totidem Diœceſes fuiſſe exiſtimamus, (Vid. ſup. Part. III, qu. V.) neceſse non habemus ultimæ Antiquitatis Chriſtianos ad tam exiguam paucitatem redigere, licet omnes cujuſque Diœceſis fideles in unam tantum Eccleſiam concludamus. (Vid. ſup. Part. III, Qu. V.)

§. II. Quamquam nec in Anſaldi (*b*) ſententiam concedere tam facile poſsumus, qui in ipſis Eccleſiæ incunabulis maximam, ingentemque Chriſtianorum multitudinem ſe comperiſſe autumat. Inter Thomaſſinum, & Anſaldum mediam ſecamus viam, nec tam moroſi ſumus, ut rem Chriſtianam plurium locorum in unam tantum Ædem compellamus, nec tam liberales, ut ſingula Oppida pluribus ſacris Ædibus locupletemus. Nulla enim ad id re cogimur.

§. III. Neque enim multum negotii mihi exhibent quina, & ſi vis, etiam octona illa hominum millia, quibus Petrus initio ſtatim una, atque altera concione, Chriſtianam Religionem probavit (Act. II, 41, & IV, 4.). Nam maxima illorum pars erant Advenæ *Parthi*, *Medi*, *Elamitæ*, *& qui habitabant Meſopotamiam*, *Judæam*, *Cappadociam*, *Pontum*, *Aſiam*, *Phrygiam*, *Pamphyliam*, *Ægyptum*, *& partes Libiæ*, *quæ eſt circa Cyrenem*, *& Romani quoque*, *Judæi*, *& Proſelyti*, *& Cretes*, *& Arabes*, (Act.

(*a*) V. & N. E. D. part. I, Lib. II, cap. 22, §. 7. Id vero minus tibi mirum videbitur, ſi perpendas, I Pauciores tunc adhuc infideles in Chriſtianæ fidei caſtra confugiſſe. II Adventante jam vitæ fine, aut certe majori jam ætate Chriſtianos pleroſque ſacro fonte tingi ſolitos fuiſſe; quocirca fidelium propriæ Miſſæ intereſſe non poterant. III Pœnitentes a fidelibus avulſos, ne ipſos quidem Miſſæ fidelium adeſſe potuiſſe.

(b) Innocens Anſaldus Ord. Præd. Regii Taurinenſis Athenei Theologiæ Profeſſor diſſertationem edidit, cui Titulus: *Multitudo maxima eorum, qui prioribus Eccleſiæ ſæculis Chriſtianam Religionem profeſſi ſunt, oſtenſa, & vindicata.* Auguſtæ Taurinorum 1756.

(Act. II, 9.) qui ad anniverſarios Pentecoſtes Feſtos dies agendos Hieroſolymas ventitarant, confluxerantque, quique, exactis ſolemnibus illis diebus, Domum ſuam redierunt Chriſtianæ doctrinæ ſemina in Patriam afferentes: ita qui Hieroſolymis ſubſtiterant, non tam multi fuerunt, ut una eos Domus capere non poſſet.

§. IV. Nec vero poſtea valde admodum creverat Chriſtiana res in Regione ea. Nam anno ſeptuageſimo, quo Urbs exciſa fuit, cæſa fuerunt undena centena millia Hebræorum, cum jam Chriſtiani omnes, qui Hieroſolymam incolebant, divino Oraculo admoniti, antequam Urbs obſidione clauderetur, Pellam profugiſſent (c). Hi igitur Chriſtiani, qui ſuorum Civium aſpectu ſe ſe tam facile ſubtrahere potuerunt, atque in parvum oppidulum ſedem ſuarum omnium rerum, Domumque transferre, quin illis Oppidanis incommodi fierent, aut importuni, haud tam multi fuiſſe videntur, ut coire in unum cœtum non poſſent. Quos mihi circumdedi, brevitatis cancelli, non ſinunt, me per alias Urbes evagari. Satis eſt hæc paucula Hieroſolymitanæ Civitatis attigiſſe, ubi Eccleſia orta eſt, ubi Apoſtoli omnes Chriſti fidem evulgarunt, doctrinamque ſuam plurimis miraculis teſtati ſunt, plurimoque ſanguine obſignarunt. Ab hac una diſce omnes.

§. V. Enimvero quis ſibi in animum unquam inducat, Romanos Imperatores, immanes licet, & efferatos Chriſtianorum hoſtes, at certe publicæ rei, ſuarumque rationum minime inimicos decreviſſe delere Chriſtianum nomen, ſi tanta fuiſſet Chriſtianorum multitudo, quantam ipſe opinaris? Quid? Caſtella, Municipia, Urbes, Decurias, Tribus, Caſtra ipſa, Palatium, Forum, Senatum penitus perdidiſſent, ſi eam, quam tute ais, ſententiam præ ſe ferret illa Tertulliani vox: *Heſterni ſumus, & veſtra omnia implevimus: ſola vobis relinquimus Templa.* (In Apologet. cap. 37.) Neque enim hæc Tertulliani verba ita ſunt accipienda, quaſi vero Caſtella, Municipia, Ca-

(c) Euſebius Lib. III Hiſt. Eccl. cap. V, pag. 93, edit. Cantabrig. Sed & cum univerſa plebs fidelium, inquit, Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, ex oraculo, quod viris quibusdam Sanctiſſimis divinitus editum fuerat, ante initium belli ex civitate migrare, & oppidum quoddam trans Jordanem, *Pellam* nomine incolere juſſa fuiſſet, jamque omnes, qui in Chriſtum crediderant, relictis Hieroſolymis, ſedes ſuas Pellam tranſtuliſſent: ita, & regia urbe, quæ totius gentis caput eſt & univerſa Judæa viris ſanctis deſtitura, tum demum divina illos ultio ob tot admiſſa, tum in Chriſtum, tum in ejus Apoſtolos ſcelera corripuit, totamque illam impiorum ſobolem funditus delevit. Ita fit, ut Epiphanius Hæreſi XXX, §. 2, *Poſt excidium Hieroſolymorum* dicat ἐν Πέλλῃ τινὶ πόλει κωλυεὶ ἡ τῆς Δεκαπόλεως, *in Pella quadam Decapoleos Urbe frequentes habitaſſe Chriſtianos*. Tum autem elapſos Hieroſolymis noſtros viri eruditi cenſent, cum Ceſtius obſidionem paullulum ſolvit, ut eſt traditum ab Joſepho lib. II *de Bello cap.* XX, *pag.* 206, *tom.* II *Opp. edit. Haverc.* Conſule Orſium lib. II H. E. Num. XXVIII, pag. 274. Eodem ſpectant, quæ ante Orſium animadverterunt Henricus Hammondus Annor. in Matth. cap. XIV, Pearſonus in Annalibus Paulinis ad an. 66, & Johannes Guillelmus Bajerus Differt. de Chriſtianorum migratione in oppidum Pellam imminente Hieroſolymorum excidio edit. Jenæ ann. 1694.

Caſtra, Palatium, Forum non conſtarent niſi Chriſtianis hominibus, ſed quod nullus in Republica Ordo eſſet, nulla claſſis, in qua non Chriſtianorum aliquis numeraretur. Vocabulum illud *implevimus* non ſignificat loca omnia Chriſtianorum hominum plena fuiſſe, ſed nullum locum fuiſſe, qui Chriſtianis hominibus vacaret, uti patet ex iis quæ ſequuntur verbis: *ſola vobis relinquimus Templa*. Nam quo ore, qua fronte Ethnici veteres exprobare potuiſſent noſtris hominibus, Chriſti Religionem probari non potuiſſe (*d*), niſi femellis, atque hominibus ex trivio, ac vulgo arreptis, ſi forum, ſi Senatus, ſi Curia Chriſtianis hominibus conferta fuiſſent?

§. VI. Nonnulla veterum Patrum effata, quæ infinitam pene Chriſtianorum multitudinem in ipſis Eccleſiæ cunabulis memorant, haud quidem metiamur, ut quidam indocti, verborum magnificentia. Cum enim viderent Chriſtianorum fidem, quæ bellum indicebat omnibus cupiditatibus, quæ ſatius eſſe ducebat, in mendicitate, in exilio, in tormentis, ac cruciatibus, in infamia & odio, in equleo atque ignibus Chriſtum colere, quam Ethnicorum Deos venerari in ſummis opibus, & bonorum omnium copia, tam brevi tempore, tam altas radices egiſſe, ac omnibus Imperii viribus nequidquam obnitentibus obluctantibuſque, totum terrarum Orbem pervaſiſſe, nullaſque amplius eſſe Civitates, ac nationes, apud quas non eſſet pervagata, idque non humana ſed divina tantum (*e*) vi fieri potuiſſe, rem hanc tam ma-

(d) Veteres Ethnici id quidem noſtris hominibus exprobrabant. Confer Celſum apud Origenem lib. III, *num.* IV, *tom.* I *Opp. edit. Pariſ. Monachor. S. Mauri*, Minucium Felicem *in Octavio*, qui Cæcilium ſic inducit contra Chriſti aſſeclas diſſerentem: *Qui de ultima fæce collectis imperitioribus, & mulieribus credulis ſexus ſui facilitate labentibus, plebem profanæ conjurationis inſtituunt*. Hoc idem innuit Lucianus *Dialog. de Morte Peregrini num.* 12, *pag.* 335, *tom.* III *Opp. edit. Amſtel. an.* 1743, dum viduas tantum, anus, & orphanos ad carcerem Peregrini concurſum facere conſueſſe ſcribit. Non diſcrepat auctor Dialogi Inſcripti *Philopatris inter opera Luciani tom.* III, *pag.* 608, *ſeq.* quo loco Chriſtianos irridens, *male veſtitum* quemdam nominat, qui Chlevocharmo neſcio quid oſtenderit. Tyrannus præterea Romanum Martyrem alloquens apud Pudentium Carm. X, *περὶ στεφάνων* v. 75, pag. 214, edit. ann. 1687, inquit:

„ Infame monſtrum, vilis inteſtabilis
„ Tu ventilator urbis, & vulgi levis
„ Procella, mentes inquietas mobiles
„ Ne ſe imperita turba dedat legibus.

Johannes Hornbeekius Batavus in eo libro, qui *de Converſione Indorum, & Gentilium inſcribitur, lib.* II, *pag.* 184, quin ullam temporum rationem habuerit, non modo Apoſtolorum ætate, ſed etiam ſecundo, tertioque exeunte ſæculo ad Lactantii nempe tempora Chriſtianos paſſim viles fuiſſe contendit.

(e) Moshem. H. E. ſæc. I, Part. I, cap. IV, §. 8. Divinæ fuerint neceſſe eſt cauſſæ, quibus effici potuit, ut homines ab omnibus præſidiis humanis relicti, inopes, nudi, nec eloquentia, nec eruditione valentes, piſcatores, publicani, Judæi denique, id eſt cæteris gentibus inviſi, tam brevi tempore magnam humani generis partem ad avitas religionee deſerendas, novamque naturæ humanæ inimicam ſuſcipiendam adducerent. Inerat nimirum in ipſis verbis eorum incredibilis quædam, & divina vis animos flectendi. Accedebant prodigia, & miracula futu-

magnam, tamque mirandam, grandioribus, ac plenioribus verbis extulerunt, ut rei dignitatem orationis granditate ac gravitate exæquarent. Ad Euſebium vero quod attinet, cujus lare te, tuaque omnia tutari videris, vetus querela eſt, ejus Hiſtoriam plurimis fœdatam erroribus, totamque ex mendaciis eſſe conſutam (f).

§. VII. Quamobrem Iſaccum Beauſobrium, Gilbertum Burnetum, Valterum Moylium, Davidem Clarkſonum verberibus cædat, per me licet, Anſaldus, eorumque etiam humeros, non equidem repugno, ſaligno fuſte dolet, quod in primitivam Eccleſiam ſolitudinem vaſtitatemque intulerint; at interim ne in aliud ſcopulum incidat, nimiaque Chriſtianorum multitudine nimiam nobis difficultatem conficiat iis fidelibus omnibus ſacra miniſtrandi. Sint nobis Chriſtiani in agris, ſint in oppidis, ſint in Urbibus; quinimmo nulla ora ſit, ad quam primis Eccleſiæ Sæculis non aliqua Chriſtianorum pars pervenerit (g); dummodo tamen & in vicis, & in pagis, & in Urbibus in unum omnes cœtum poſſint convenire.

QU.

futurarum rerum præſignificatio, reconditorum conſiliorum patefactio, animi ſummis in rebus magnitudo, bonorum omnium, quibus delectantur cæteroquin homines, contemtio, cruciatuum morte deteriorum, ipſiuſque mortis patientia hilaris, & læta, vita denique labis omnis neſcia. His enim rebus omnibus abunde inſtructos fuiſſe Jeſu Chriſti nuntios, ita verum eſt, ut illa, quæ veriſſima putantur ab omnibus. Fac, defuiſſe hæc ornamenta ſanctiſſimis illis viris, nec ulla probabilis ratio tam celeriter propagatæ a puſilla & imbecilla hac manu religionis Chriſtianæ reddi poterit.

Jungenda eſt his omnibus facultas, qua præditi erant hi legati divini, vim iſtam miracula edendi ad diſcipulos ſuos transferendi. Multi nimirum, ſimul atque aqua ex præſcripto Chriſti luſtrati, manibuſque impoſitis, & precibus Deo conſecrati erant, linguis continuo peregrinis, quas numquam didicerunt, cogitata ſua efferebant, futuros eventus prædicebant, ægrotos, nomine Jeſu pronuntiato, ſanabant, ipſos defunctos in vitam revocabant, aliaque humanis viribus ſuperiora patrabant. Quales, quantique videri debuerunt homines in quibus poteſtas erat tantas facultates cum aliis communicandi?

Alias qui comminiſcuntur repentinæ hujus inter homines mutationis cauſas, ſomnia nobis recitant, quæ nullis placebunt, niſi rerum humanarum ignaris. Sunt qui amorem Chriſtianorum erga pauperes, ignavorum, & vitioſorum hominum turbam allexiſſe, opinantur, ut ad Chriſtianam religionem ſeſe applicarent. Sed hi ſecum haud reputant, in præſens vitæ periculum ſeſe conjeciſſe, qui ſacra Chriſtiana recipiebant, neque cogitant, vitioſos, inertes, & deſides inter Chriſtianos haud toleratos fuiſſe. Æque illud, quod alii tradunt, ineptum eſt, ſceleratam, & improbam Sacerdotum, qui Diis ſerviebant, vitam multis cauſæ loco fuiſſe, ut ad Chriſtianos ſeſe conferrent. Contemptum antiquarum religionum flagitia ſacerdotum gignere poterant, non vero amorem Chriſtianæ religionis, cui vitæ, inſaniæ, ac paupertatis periculum adjunctum erat. Excors certe ſit oportet, qui ſecum ita ratiocinatur: Sacerdotes religionis, quam a teneris didici, male vivunt: Itaque ad homines me conferam contemptos, & publicis legibus damnatos, caputque ac fortunas meas in ſummum diſcrimen objiciam.

(f) Joſeph. Scalig. Elench. Trihæreſ. Serar. cap. 28. Nullus Scholaſticorum veterum plura ad Hiſtoriam Chriſtianiſmi contulit, nullus plura errata in ſcriptis ſuis reliquit, nullius plures hallucinationes extant.

(g) Juſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Judæo, pag. 345. „ Ne unum

„ qui-

„ quidem eſt genus mortalium, ſive Barbarorum, ſive Græcorum, ſive etiam aliorum omnium, quocumque appellentur nomine, vel Hamaxobiorum, vel Nomadum domo carentium, vel in tentoriis viventium, & pecoribus vitam tolerantium, inter quos per nomen Crucifixi Jeſu ſupplicationes, & gratiarum actiones Patri & fabricatori rerum omniom non fiant. "

Mosh. H. E. ſæc. I, P. I, cap. 4, §. 6. Egreſſi Hieroſolyma legati Chriſti magnam terrarum orbis partem peragrabant, & numeroſas Deo Societates exiguo temporis ſpatio variis in gentibus colligebant. Cœtuum ab illis conditorum non mediocris numerus in ipſis Sacris libris, *Actis* in primis Apoſtolorum indicatur.

Collegerunt nomioa horum cœtuum Phil. Jac. Hartmannos, de rebus geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis cap. VII, p. 107, & Jo. Alb. Fabricius in Luce Evangelii toti orbi exoriente cap. V, p. 83.

Idem ſæc. II, P. I, cap. I, p. 62, §. 3. Ad quas ſigillatim Provincias vel in orbe Romano, vel extra illum, lux veri cœleſtis hoc ſæculo primum pervenerit, veterum monumentorum penuria diſtincte commemorare vetat. Adſunt, qui docent, teſtes exceptione ſuperiores, in oniverſo fere Oriente, inter Germanos, Iberos, Celtas, Britannos, & alios populos Chriſtum pro Deo cultum fuiſſe. Sciſcitantibus vero, quinam horum populorum hoc ſæculo, quinam ſuperiori diſciplinam Chriſtianam receperint? Quid reſpondeam, non habeo. Pantenus ſcholæ Alexandrinæ præfectus, Indos cognitione Chriſti imbuiſſe fertur: Verum Indi hi Judæi quidam fuiſſe videntur in Arabia felici viventes, quos Bartholomæus, Apoſtolorum unus, jam antea ſacris Chriſtianis initiaverat. Nam Pantenus *Evangelium* inter eos Matthæi, teſte Hieronymo reperiebat, quod a primo, doctore ſuo Bartolomæo, acceperant.

Ex Gallia religio Chriſtiana in Germaniam cis Rhenanam, quæ in Romanorum erat ditione, & in Britanniam, Galliæ adverſam tranſiiſſe videtur. Quamvis enim Germanorum Eccleſiæ quædam origines ſuas ad S. Petri, aliorumque Apoſtolorum comites, & diſcipulos referre ſoleant, Britanni vero ex Beda credere malint, Luium, Regem, ab Eleutero Romano Pontifice hoc ſæculo ſub Marco Antonino doctores Chriſtianæ religionis petiiſſe ac impetraſſe: plurimum tamen antiquæ narrationes iſtæ dubitationis habent, & a viris doctoribus repudiantur.

Gallia Tranſalpina, quam *Franciam* hodie vocamus, forte jam aut per Apoſtolos, aut amicos eorum & diſcipulos, ante hoc ſæculum notitiam quamdam Chriſti acceperat: At certa tamen Eccleſiarum in hac Europæ parte monumeota hoc demum ſæculo comparent. Eo enim Pothinus, vir in primis pius & Chriſti amans, cum Irenæo & aliis Sanctis hominibus ex Aſia in Galliam profectus inſtitutioni populorum tanto cum fructu operam dabat, ut Lugduni ac Viennæ cœtus Chriſto dicatos colligeret; quorum quidem primus ipſe Pothinus antiſtes ſeu Epiſcopus fuit.

Hanc tam celerem religionis ſanctiſſimæ propagationem doctores hujus ætatis præpotenti Dei voluntati, virtuti divinæ veritatis, miraculis denique ac prodigiis Chriſtianorum, onice fere tribount.

Idem Sæc. III, Part. I, Cap. I, §. VI, pag. 100. Prolatos hoc ſæculo Eccleſiæ fines eſſe, nemo dubitat: qua ratione, quibus auctoribus, quibus in orbis terrarum partibus, non æque manifeſtum eſt. Origenes Arabum gentem quamdam, tribum, puto, Arabum vagantium, & ſub tentoriis viventium religionis, quam ipſe profitebatur, cognitione imbuit. Gothi, gens ferox & bellicoſa, quæ Meſiam, & Thraciam incolebat, perpetuiſque excurſionibus vicinas Provincias vexare ſolebat, per Sacerdotes quoſdam Chriſtianos ex Aſia abductos, Chriſti notitiam adipiſcebantur. Cui quum Sacerdotes iſti, & vitæ ſanctimonia, & miraculis dignitatem, & auctoritatem in populo rapinis adſueto, litterarumque omnium experte compararent, evenit, ut magna ejus pars Chriſto nomen daret & morum feritatem quodammodo exueret.

Paucis & exilibus Chriſtianorum familiis, quas in Gallia ſuperiori ſæculo Aſiatici quidam doctores condiderant, plures, & majores a tempore Decii Imperatoris, acceſſerunt. Septem enim pii viri, Dionyſius, Gatianus, Trophimus, Paulus, Saturninus,

Mar-

Martialis, Stremonius, ſub hoc Imperatore in hanc Provinciam migrabant, atque varia inter pericula Eccleſias Lutetiæ, Turoni, Arelate, aliiſque locis colligebant: quorum diſcipuli paullatim per univerſam Galliam dogmata Chriſtianæ diſſeminarunt. Ad hanc etiam ætatem referri debent Eccleſiarum Germanicarum, Colonienſis, Trevirenſis, Metenſis, aliarumque origines, quarum parentes Eucharius, Valerius, Maternus, Clemens, & alii fuerunt. Scoti patriam ſuam hoc etiam ſæculo luce Chriſtianæ religionis illuſtratam eſſe perhibent: idque ſatis in ſe credibile eſt, extra controverſiam licet poni certis teſtimoniis nequeat.

Digitized by Google

Q U. VIII.

Epiſcopales primorum temporum Eccleſiæ erant ne ſui juris?

§. I. NOſtrorum temporum Novatores, qui non ſuas Eccleſias ad primitivarum Eccleſiarum exemplar exigunt, ſed primitivas Eccleſias ad ſuarum Eccleſiarum formam effingunt, primorum temporum Eccleſias omnes ſui juris, omnes ejuſdem dignitatis auctoritatiſque, omnes denique inter ſe æquales ac pares extitiſſe, audent comminiſci. (Moshem. Hiſt. Eccl. Sæc. I, Part. II. cap. 2, §. 14, Boehm. Jur. Eccleſiaſt. Proteſt. Lib. V, Tit. VIII, §. 3, 4.) Ex hac doctrina proſeminatæ ſunt tot illæ hæterodoxorum familiæ, quæ Eccleſiam primum Catholicam nefario ſcelere lacerarunt, ſeque ipſas alio ſubinde Schiſmate conſciderunt, novoque jam in dies diſſidio ſe ſe invicem diſcerpere, nunquam conceſſant.

§. II. Jacobum I Magnæ Britanniæ Regem dicere ſolitum ferunt, falvum Regem, niſi ſalvis Epiſcopis, ullo modo eſſe non poſſe. *No Biſhops no King*. At Carolus I, Jacobi Filius, fato ſuo comprobavit, Epiſcopalem auctoritatem, quæ ſuis clauſtris non eſt coercita, civilis Majeſtatis malam eſſe cuſtodem. Nam (ſi Moshemio credimus) (*a*) cum Epiſcoporum auctoritati amplificandæ, ac novo modo, nulloque exemplo exaggerandæ ſtuderet, in judicium populi raptus eſt, capite damnatus, ac pro ipſis Regiæ aulæ foribus anno 1648 ſecuri per-

(a) Mosh. Inſtit. Hiſt. Eccl. Sæc. XVI, Sect. II, Part. II, cap. II, §. 20. *Filius Jacobi Carolus I, quæ a Patre inchoata acceperat, perficere conſtituerat. Igitur huc curas omnes, & conſilia referebat, ut poteſtatem Epiſcoporum dilataret, & Univerſam Britanniæ, & Hiberniæ Eccleſiam gubernationi Epiſcoporum ſupra modum evectæ ſubjiceret, quam Majeſtatis Civilis optimam cuſtodem eſſe cenſebat. Adminiſtrum hujus voluntatis cum maxime habebat Guillelmum Laudum Londinenſem tunc Antiſtitem, poſt Cantuarienſem ab anno 1633 Præſulem . . . . Quibus rebus, cum immane & Regi, & Univerſo Epiſcoporum Ordini & ſibi odium conflaſſet, in judicium populi anno 1640 rapiebatur, proditæ tam libertatis, quam Religionis damnabatur, & ſecuri percutiebatur. Peremto Laudo, Civile illud inter Regem, & Senatum Regni bellum tantum cœpit incrementum, ut nonniſi Regis ſanguine extingui potuerit.*

Vid. Ant. Wood Athen. Oxon. Tom. II, p. II, Petrum Heylinum *Cyprianus Anglicus* or the Hiſtory of the rife and Death of William Laud 1668, Clarendon Hiſt. de la rebellion & des guerres civiles d'Angleterre Tom. I, pag. 116, 187, 243, &c.

Jus Epiſcopale.

percuſſus. Sunt qui Presbyterianos aut Puritanos (*b*), ſunt qui Brownistas (*c*) [illegible] ſen-

(b) Mosbem. pag. 678. Diſſidia inter Epiſcopales, & Puritanos hæc præcipue ſunt. Illi contendunt majeſtatis civilis eſſe jus illud, quod *Reformandi* dicunt, ſeu labes, & errores tam in religione ipſa, quam in publica Deum colendi forma, delendi, & emendandi. Puritani contra munus hoc magiſtratui à Deo datum eſſe negabant, & ſacri potius ordinis eſſe, religioni nitorem, & dignitatem ſuam reſtituere, quæ Calvini etiam mens erat, ſtatuebant. Illi & religionis, & diſciplinæ ſanctioris inſtaurandæ rationem non ex ſolis divinis libris, verum etiam ex primorum ſæculorum Chriſtianorum ſcriptis, & inſtitutis, ſumi debere, ſtatuebant. Puritani contra libros divinitus dictatos unicum illum puriſſimum fontem eſſe, unde omnis ratio religionis ipſius, quam Eccleſiæ ſanandæ, & ordinandæ via & regula ducenda eſſet, pugnabant, primorumque ſæculorum legibus & doctoribus omnem auctoritatem detrahebant. Illi Romanam Eccleſiam veram eſſe Eccleſiam, affirmabant, multis licet modis deformatam & vitiatam. Pontificem Romanum temere ſibi quidem communis totius Eccleſiæ capitis nomen arrogare, at pro legitimo tamen Epiſcopo habendum eſſe, doctoreſque idcirco auctoritate ejus conſecratos jure optimo rem divinam facere. Sic Anglorum Antiſtites præcipere oportet, ſi ab ipſis Jeſu Chriſti legatis muneris ſui origines & dignitatem repetere velint. Longe ſecus Puritani, qui Romanam Eccleſiam veræ Eccleſiæ nomen, & jura perdidiſſe, Antiſtitem ejus ipſum Anti-Chriſtum, omnem ejus diſciplinam vanam, ſuperſtitioſam, veritati divinæ inimicam eſſe, conſtanter decernebant, omnemque idcirco cum ea communionem ipſa peſte cautius fugiendam eſſe docebant. Illi optimam eſſe judicabant eam civitatis Chriſtianæ formam quæ primis quatuor, vel quinque ſæculis obtinuit, immo meliorem, & perfectiorem illa, quæ ab ipſis Apoſtolis conſtituta fuit; hos enim ſic rem publicam ſacram compoſuiſſe, ut tener, & puerilis Eccleſiæ ſtatus ferebat, poſteris vero officium reliquiſſe, firmatis, & amplificatis Chriſtianorum rebus, convenientius eam digerendi. Puritani contra diſputabant, totam regendæ Eccleſiæ rationem ſacris litteris explicatam eſſe, Legatoſque Servatoris exemplum immutabile omnibus ætatibus imitandum exhibuiſſe, quum primos cœtus ita gubernari juberent, ut tum temporis Judæorum cœtus regerentur. Illi contendebant de rebus mediis ſeu indifferentibus, quas ſacrorum librorum auctoritas haud definivit, de ritibus publicorum conventuum, verbi cauſa, veſtimentis ſacerdotum diebus feſtis, magiſtratum ſupremum pro lubitu conſtituere poſſe, nec levius peccare, qui legibus ejus de ejuſmodi rebus latis reſiſtant, atque illos, qui civiles leges violent. Puritani vero turpe & indecorum eſſe adſeverabant, ea pro neceſſariis imperare, quæ Chriſtus ipſe libera reliquit: Sic enim libertatem a Chriſto nobis partam labefactari. Addebant, eos ritus, in quibus vis quædam eſt ſuperſtitione hominum mentes obligandi, pro mediis & indifferentibus haberi nullo modo poſſe, ſed tamquam impios, & profanos vitandos eſſe. Tales autem ex mente eorum illæ erant, quas Regina cum Senatu ex antiquis abrogari vetuerat cæremoniæ.

(c) Mosh. p. 679. Sectarum nulla celebrior eſt illa quæ Auctore Roberto Browne homine volubili, & mente parum ſibi conſtante circa annum MDLXXXI coaluit. Is de ſumma ipſius religionis nec cum *Epiſcopalibus*, nec cum reliquis Puritanis, magnopere diſſidebat: at de natura Eccleſiæ, ejuſque gubernatione nove & mirabiliter ſentiebat. Totam primum gentem Chriſtianam in minores dividebat ſocietates, quales illæ erant, quas ipſi collegerunt Apoſtoli; tot nempe homines, quot unum, idque modicum ſpatium capere poteſt, Eccleſiam conſtituere, & omnibus Eccleſiæ juribus frui affirmabat. Singulos hos minutos cœtus ſui eſſe juris pronunciabat, omnique tam Epiſcoporum, in quibus aula, quam conciliorum, in quibus Puritani facultatem Eccleſiam regendi collocabant, imperio ipſo jure divino ſolutos. Suprema poteſtas ſaluti, & tranquillitati exilium harum familiarum conſulendi, ex mente ejus, in populo reſidet, ſingulaque ejus membra, æquali prorſus jure ac potentia valent. Congregata igitur multitudo de rebus ſanctioribus delibe-

rat,

Digitized by Google

ſeu Independentes (*d*), ſunt denique, qui Non-Conformiſtas (*e*) omnes tanti

rat, idque ratum habet, quod plurimorum ſuffragiis judicatum eſt. Hæc ipſa ſibi ex fratrum numero certos deligit homines, qui publice doceant, & reliqua ſacra conficiant: eadem, ſi e re videatur Eccleſiæ, doctores hos libere creatos ad privatam conditionem reverti jubet. Nec enim hi doctores ulla re fratribus reliquis ſanctiores aut majores ſunt niſi publice rem divinam faciendi poteſtate, quam univerſam voluntati, & judicio fratrum debent. Docendi præterea munus minime illis proprium eſt, ſed cuncti fratres, ſi cupiant, pro concione vaticinari, ſeu fratres docere, atque exhortari poſſunt. Quocirca poſtquam is concionari deſiit, qui ab Eccleſia juſſus eſt, ſingulis fratribus integrum eſt, ſi quæ forte animo volvant aut ſcitu utilia, aut minus clare percepta exprimere, & in medium proferre. Paucis: univerſæ civitatis Chriſtianæ talem faciem eſſe debere judicabat Brownius, qualis Eccleſiæ fuit illius, quæ ipſos Apoſtolos magiſtros habuit. In hac autem tuenda ſententia adeo ſeſe immoderatum cum ſociis præſtabat, ut omnia cum Eccleſiis alia lege conſtitutis pacis, communionis & amoris vincula rumpenda eſſe duceret, & Anglicanam in primis tamquam ſpuriam, cœno Pontificio pollutam, omniſque divinæ virtutis vacuam cæteris omnibus accuratius fugiendam eſſe, præciperet. Secta hæc injuriarum, quas ſummas in Anglia ſuo forte vitio ſuſtinebat, impatiens, in Bataviam migravit, & Medioburgi, Amſtelodami, Lugduni conſedit, at diuturnitate caruit. Ipſe parens ejus in patriam rediit, & repudiatis novis ſententiis ſuis, ſacerdotium conſequutus eſt: exules reliqui multis implicati ſunt inteſtinis litibus. Quæ facta ſapientiores induxerunt, ut diſciplinam magiſtri temperarent, & tolerabiliorem redderent. Ita celebris, quæ nondum deſiit *Independentium* ſeu *Congregationalium fratrum* familia ex illis nata eſt.

(*d*) Nomen *Independentes* ex eo acceperunt ſine dubio, quod omnes Chriſtianorum cœtus ſui eſſe juris ſeu *Independentes* diſputarunt. Jo: Robinſonus diſerte vocabulum *Independentes* in hoc dogmate explicando adhibet: *Apologia pro exulibus Anglis cap. V. p.* 22, ubi dicit, *cœtum quemlibet particularem* (*recte inſtitutum, & ordinatum*) *eſſe totam, integram, & perfectam Eccleſiam ex ſuis partibus conſtantem immediate & Independenter* (*quoad alias Eccleſias*) *ſub ipſo Chriſto*. Et forte ex hoc ipſo loco *Independentium* vocabulum antea inauditum, natum eſt. Non recuſarunt primum illud Robinſoni diſcipuli. In Anglia ante A. MDCXL ignotum plane fuit. Certe in *Conſtitutionibus Eccleſiaſticis*, in conventibus Antiſtitum Londini & Eboraci hoc anno ſancitis, ubi omnes, quæ tum inter Anglos extabant, ſectæ numerantur, Independentium nulla occurrit mentio. Vid. Conſtitutions and Canons Eccleſiaſtical, treated upon by the Archbiſhops of Canterbury and Yorck and the reſt of the Biſhops and Clergy in their ſeveral Synods An. MDCXL, in DAV. WILCKINS Conciliis magnæ Britaniæ & Hiberniæ, Vol. IV, cap. V, p. 548. Paullo vero poſt maxime ab A. MDCXLII in rerum Anglicarum annalibus frequentiſſima fit hæc appellatio. Neque veteuerunt primum ita ſe vocari *Independentes* Angli, ſed ipſi potius in Apologia, quam A. 1644, in 4 Londini ediderunt, nomen hoc ſine metu uſurparunt (Apologogetical-Narration of the Independans). Poſtea vero quum, quod ſupra diximus, multæ ſectæ ſuum etiam hoc vocabulum facerent, immo cives improbi & publicæ majeſtatis interitum molientes hac nota vulgo inſignirentur, ſtudioſiſſime illud ab ſe deprecati ſunt, & ſe *Fratres Congregationales*, cœtuſque ſuos *Eccleſias Congregationales* nominarunt.

(*e*) Moſh. p. 676. Alii ſacra publica ritu, quem Eduardus VI ſanxerat, celebrabant, alii Helvetorum rationem, tamquam ſimpliciorem, & magis defæcatam, præferebant. Illi *Conformiſtarum* nomen ex eo invenerunt, quod ſacra ſua legi ab Eduardo latæ convenienter conformabant ſeu inſtruebant: Hi *Nonconformiſtæ* & *Puritani* vocati ſunt, quia majorem cultus divini puritatem, & caſtitatem flagitabant, nec omni ſuperſtitionis fæce formulam Eduardi vacare,

ti ſceleris, flagitiique miniſtros (*f*) atque ſatellites fuiſse opinantur. Ego vero rem hanc altius repeto, atque in veteris Religionis prolapſione

---

re, arbitrabantur. Ætatem tulerunt hæc vocabula, & ad noſtra uſque tempora notarum loco ſunt, quibos, quæ magnam diſtrahunt Britanniam, ſocietates Chriſtianæ diſtinguuntur.

(f) Vid. Ant. a Wood Athenæ Oxonienſes Tom. II, pag. 732, 733, & Joannem Durellom Hiſt. rit. Eccl. Angl. cap. I, pag. 4, Lond. 1671. *Fateor, ſi atrocis* illius Tragœdiæ tot actus fuerint, quot ludicrarum eſſe ſolent, poſtremum fere Independentium fuiſſe . . . adeo ut non acute magis, quam vere dixerit l' Eſtrangius noſter: Regem primo a Presbyterianis interemptum, Carolum deinde ab Iodependentibus interfectum.

Vid. Joannem Miſtonum in Defenſ. pro populo Anglicano adv. Claud. Salmaſ. p. 181. Sed redis jam ad illos regii ſupplicii auctores. *Si res ipſa ponderibus ſuis, & momentis recte æſtimetur, exitus facti nefandi ita Independentibus imputari debet, ut principii, & progreſſus gloriam Presbyteriani ſibi poſſent vindicare.* Audite Presbyteriani, ecquid nonc juvat, ecquid confert ad innocentiæ, & fidelitatis opinionem veſtræ, quod a rege puniendo abhorrere tantopere videremini? Vos iſto regis actore verboſiſſimo, accuſatore veſtro, *pluſquam dimidium itineris confeciſtis, vos ad quartum Actum, & ultra in drammate hoc deſultando frigultientes ſpectati eſtis, vos merito regis occiſi crimine notari debetis, ut qui viam ad ipſum occidendum muniiſtis; vos nefariam illam ſecurim cervicibus ejus infixiſtis, non alii.* Væ vobis imprimis, ſi unquam ſtirps Caroli regnum poſthac in Anglos recuperabit: in vos, mibi credite, cudetor hæc faba. Sed Deo vota perſolvite, fratres, diligite liberatores veſtros, qui illam calamitatem, atqoe certam perniciem ab invitis etiam vobis hactenus prohibuere. Poſtolamini vos item, quod aliquot annos ante per varias petitiones jus regis imminuere moliti eſtis, quod voces contumelioſas regi illis ipſis libellis quos nomine Senatus Regi porrexiſtis, inſertas publicaſtis; videlicet in illa declaratione dominorum, & communium, Maii 26, 1642, aperte quid ſenſiſtis de regis auctoritate aliquot perduellionem ſpirantibos & inſanis poſitionibus faſſi eſtis. Nullæ oppidi portas Hothamus, tali mandato a ſenatu accepto, venieoti regi occluſit, vos quid rex pati poſſet, hoc primo rebellionis experimento cognoſcere concupiviſtis. Quid hoc dici potuit accommodatius ad conciliandos inter ſe Anglorum animos, atqoe a rege pœnitus abalienandos? cum intelligere hinc poſſint, ſi rex revertator, ſe non ſolum regis mortem, ſed etiam petitiones quondam ſui frequentiſſimi Parlamenti acta de liturgia & Epiſcopis abolendis, de Triennali Parlamento, & quæcumque ſommo populi conſenſu ac plauſu ſancita ſunt tamquam ſeditioſas, atque *inſanas Presbyterianorum poſitiones* luituros. Sed repeote mutat animum homo leviſſimus, & quod modo *rem ipſam recte æſtimanti* ſibi videbatur ſolis Presbyteriaois deberi, id nooc *rem* eandem *ab alto revolventi* Iodependentibus totom deberi videtur. Modo Presbyterianos *vi aperta atque armis contra regem graſſatos eſſe*, eumque [ab iis bello victum, captom, in carcerem conjectum affirmabat, nunc omnem *hanc rebellionis doctrinam* Independentium eſſe ſcribit. O hominis fidem & conſtantiam! quid aliam jam opus eſt narrationem comparare contra ſuam, quæ ipſa ſibi tam turpiter decoxit? Verum de te ſi quis dubitat, albuſne an ater homo ſis, tua legat quæ ſequuntur. Tempus eſt, inquis, pandere oude, & quando prorupetit inimica regibus ſecta: belli iſti ſane Puritani ſub regno Eliſabethæ prodire tenebris Orci, & Eccleſiam inde turbare primum cœperunt, immo rempub. ipſam: non enim ſunt minores reipub. peſtes, quam Eccleſiæ. Nunc te vere Balaamum vox ipſa ſonat, ubi enim virus omne acerbitatis evomere cupiebas, ibi inſciens atque invitus benedixiſti. Hoc enim tota Angliæ notiſſimum eſt, ſi qui ad exemplum Eccleſiarum vel Gallicarom, vel Germanicarum, ut quaſque reformatiores eſſe judicabant, puriorem cultus divini rationem ſequi ſtudebant, quam pœne omnem Epiſcopi noſtri cæremoniis, & ſuperſtitionibus contaminaverant, ſi qui tandem

ne horum omnium malorum ſementem invenio. Ipſi Angliæ Reges adverſus ſupremam Eccleſiæ auctoritatem calcitrantes exemplo ſuo Populum docuere, eadem adverſus Regiam poteſtatem conari; nec Epiſcopatus umbra quam retinuerant, patulis licet, ingentibuſque diffuſa ramis, ſatis erat, legitimæ obedientiæ clauſtris ſemel revulſis effractiſque, ad civium animos in officio continendos. (*g*) Præclaram hercle Eccleſiaſticæ Hierarchiæ formam atque ideam memoras, Epiſcopos ab univerſo Epiſcopatu abſciſſos, ramos ſine trunco, artus ſine corpore, membra ſine capite! Optimum pol erga Patriam ac Regem fidelitatis exemplar narras Epiſcopos, qui Univerſæ Eccleſiæ, ac Pontificis, cui lege

divi-

---

dem pietate erga Deum, aut vitæ integritate cæteris præſtabant, eos ab Epiſcoporum fautoribus Puritanos fuiſſe nominatos. Hi ſunt quorum doctrinam regibus inimicam eſſe clamitas, neque hi ſolum, nam *plerique reformatorum*, inquis, *qui in alios diſciplinæ ejus articulos non jurarunt, hunc tamen unum videntur approbaſſe, qui regiæ adverſatur dominationi*. Ita Independentes, dum graviſſime inſectaris, laudas; qui eos ab integerrima Chriſtianorum familia deducis, & quam doctrinam Independentium eſſe propriam ubi aſſeris, eam nunc *reformatorum pleroſque approbaſſe* confiteris; eo uſque demum audaciæ, impietatis, apoſtaſiæ provectus es, ut etiam Epiſcopos, quos tamquam peſtes, & Antichriſtos ex Eccleſia radicitus evellendos, atque exterminandos eſſe nuper docuiſti, eos nunc *a rege tuendos fuiſſe* affirmas, ne quid *Sacramento* ſcilicet *inaugurationis derogatum iret*.

(g) Vid. Encyclop. V. Cal. pag. 244, n. 6. Bayle, qui ne doit pas êtres ſuſpect aux incrédules, qui vivoit parmi les *Calviniſtes*, & qui les connoiſſoit très-bien, leur a reproché, dans ſon Avis aux Réfugiés, en 1690, d'avoir pouſſè la licence des écrits ſatyriques á un excés dont on n'avoit point encore eu d'exemple; d'avoir, dés leur naiſſance, introduir en France l'uſage des libelles diffamatoires, que l'on n'y connoiſſoit preſque pas; il leur rapele les Édits par leſquels on fut obligé de réprimer leur audace, & la malignité avec laquelle leurs docteurs, l'Evangile á la main, ont calumnié les vivans, & les morts. Il leur oppoſe la modération & la patience que les Catholiques, en pareils cas, ont montrée en Angleterre. Il accuſe les premiers d'avoir enſeigné conſtament que quand un Souverain manque á ſes promeſſes, ſes ſujets ſont déliés de leur ſerment de fidélité, & d'avoir fondé, ſur ce principe, toutes les guerres civiles dont ils ont été les auteurs.

Il leur repréſente que quand il a été queſtion d'écrire contre le Pape, ils ont ſoutenu avec chaleur des droits & l'indépendance des Souverains; que lorſqu'ils ont été méconrens de ceux-ci, ils ont remis les Souverains dans la dépendance á l'égard des peuples; qu'ils ont ſouflé le froid & le chaud, ſuivant l'intérêt du lieu, & du moment. Il leur montre les conſéquences afreuſes de leurs principes touchant la prétendue ſouvraineté inaliénable du peuple; & aujourd'hui nos politiques incrédules oſent nous vanter ces mêmes principes, comme une découverte précieuſe, & nouvele qu'ils ont faite, ils ne ſavent pas que c'eſt une doctrine renouvelée des Huguenots. Il n'y a, continue Bayle, point de fondement de la tranquillité publique que vous ne ſapiez point de frein capable de retenir les peuples dans l'obéiſſance, que vous ne briſiez . . . Vous avez ainſi vérificé les craintes que l'on a conçues de votre parti, dés qu'il parut, & qui firent dire que quiconque rejete l'autorité de l'Egliſe, n'eſt pas loin de ſecouer celle des puiſſances ſouveraines; & qu'après avoir ſoutenu l'égalité entre le peuple & les paſteurs, il ne tardera pas de ſoutenir encore l'égalité entre le peuple, & les magiſtrats ſéculiers.

Bayle va plus loin, il prouve que les Calviniſtes d'Angleterre ont autant contribué au ſupplice de Charles I que les Indépendans; que leur ſecte eſt plus ennemie de

la

Digitized by Google

divina ſubjecti erant, cui & jurejurando arctius ſe ſe obſtrinxerant, cuique ab initio uſque eo paruerant, imperium detrectabant, fidem frangebant, obedientiam relinquebant! Nihil eſt, quod Regium imperium magis firmet, ſtabiliat, augeat, quam Religio, quæ Principes Deo, & Eccleſiæ obedientes efficit. Hæc obedientia ſubditorum obedientiam parit, alit, ac fovet; in hanc Cives, tanquam in ſpeculum intuentur, hanc veluti exemplar ſibi ſumunt, ab hac melius ac plenius, quam ex Legibus, ſanctionibuſque eam diſcunt reverentiam, quam & ipſi adverſus Imperantes adhibere debent.

§. III. Audivi, qui dicerent, tum cum Angliæ Reges Romanæ, Univerſæque Eccleſiæ jugum excuſſerunt, rem Eccleſiaſticam a priſtinis ſuis inſtitutis nimium deſciviſſe; neque vero primis temporibus illas extitiſſe Eccleſias aut Epiſcopos, quæ aliarum Eccleſiarum aliorumque Epiſcoporum mancipes eſſent, ſed omnes inter ſe æquales fuiſſe ac pares; non igitur tunc everſam Eccleſiæ Hierarchiam, ſed ſolummodo inſtauratam, intraque fines divinitus conſtitutos conſiſtere juſſam. At cave ſis, ne hæc eadem dictata adverſus Regium dominatum recinant cives novis rebus ſtudentes, ſuamque rebellionem moris majorum, priſcarumque legum inſtauratione obvolvant. Hac certe fidelia ſuam conjurationem dealbarunt rebelles Angli. Accipe eorum orationem ex Joanne Miltono; Defenſ. Pop. Anglic. cap. 8, pag. 148. *Si quo tempore majores noſtri jus ſuum per ignaviam, ſocordiamque amiſere; an id oberit nobis ſuis poſteris? Pro ſe illi quidem ſervitutem ſpondere ſi vellent, pro nobis certe non poterant, quibus ſemper jus erit noſmet in libertatem vindicandi, quod illis erat in ſervitutem ſemet tradendi.* Verum hæ voces ſeditionum nutriculæ, inquies, fallaciarum, errorumque erant pleniſſimæ. Quaſi vero non & illud falſiſſimum, omnes principio Eccleſias & Epiſcopos æquales fuiſſe, æqualitatemque non niſi ſero exuiſſe.

§. IV. Sacræ litteræ nos edocent, Eccleſiam, quam Chriſtus Dominus inſtituit, unam eſſe, ac una vi, uno Spiritu, una Fidei, morumque face animari, vegetari, foveri. *UNA eſt Columba mea, perfecta mea.* Cantic. VI, 8. *Deſpondi Vos UNI viro Virginem caſtam exhibere Chriſto.* II ad Corinth. XI, 2. *Erat autem tunica INCONSUTILIS deſuper contexta per totum.* Joann. XIX, 23. *Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis, qui credituri ſunt, ut & ipſi in nobis UNUM ſint, ut credat Mundus, quia tu me miſiſti*, Joann. XVII, 20. *Et alias*

la puiſſance ſouveraine qu'aucune autre ſecte proteſtante; que c'eſt ce qui les rend irréconciliables avec les Luthériens & les Anglicans. Il fait voir que les Païens ont enſeigné une doctrine plus pure que la leur, touchant l'obéiſſance, que l'on doit aux loix & à la patrie; il réfute toutes les mauvaiſes raiſons par leſquelles ils ont voulu juſtifier leurs révoltes fréquentes. Il démontre que la ligue des Catholiques pour exclure Henri IV du trône de France, parce qu'il étoit Huguenot, a été beaucoup moins odieuſe, & moins criminele que la ligue des Proteſtans pour priver le Duc de Yorck de ſa couronne d'Angleterre, parce qu'il étoit Catholique. Telle eſt l'analyſe de *l'Avis aux Réfugiés*, qu'aucun Calviniſte n'a osé entreprendre de réfuter.

alias oves HABEO, quæ non ſunt ex hoc ovili; & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet UNUM ovile & UNUS Paſtor. Joan. X, 16. *In UNO Spiritu omnes nos in unum baptizati ſumus*, Judæi . . . *& in UNO Spiritu potati ſumus . . . Ut non ſit ſchiſma in corpore, ſed id ipſum pro invicem ſollicita ſint membra*. I ad Corinth. II, 13, 25. Quæ ſane omnia fidei, morum, divinique cultus *Unitatem* nobis prædicant. Qui autem Eccleſia *Una* eſſe poſſet, unumque fidei, morum, divinique cultus concentum efficere ac ſervare, ſi ſingulis Eccleſiis integrum eſſet ſibi credendi regulas proponere, ſibi morum, Diſciplinæque Canones præſcribere, ſibi ſuique propriam liturgiam cudere? quo unquam pacto tot Eccleſiæ toto Terrarum Orbe diſperſæ ac diſſipatæ in eaſdem leges & convenire, & conſentire potuiſſent, niſi una aliqua extitiſſet Eccleſia, quæ omnium princeps ac magiſtra eſſet, ad quam aliæ omnes tanquam ad centrum ſuas lineas ducere poſſent, ſuamque doctrinam vitamque explorare? Præclare S. Cyprianus Lib. I, Epiſt. 3. *Navigare audent ad Petri Cathedram, atque ECCLESIAM PRINCIPALEM, unde unitas Sacerdotalis exorta eſt*. Et Lib. IV, Ep. 8. *Scimus, hortatos nos eſſe ut Eccleſiæ Catholicæ MATRICEM agnoſcerent & tenerent*. Et S. Iræneus lib. III, cap. 3. *Ad Romanam Eccleſiam propter POTIOREM PRINCIPALITATEM neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam hoc eſt eos, qui ſunt undique fideles*.

§. V. Quod ſi, ut Eccleſia una dici poſſit, ſatis eſſet, ſi de quibuſdam tantum fidei capitibus (*h*) aut morum regulis Eccleſiæ inter ſe una men-

(h) Moshem. pag. 666. Omnes reliquæ Chriſtianorum Eccleſiæ communi quodam & religionis, & diſciplinæ vinculo colligantur: non item Reformata, quæ nec unam habet religionis formam, ſed varias, haud modice in nonnullis diſcrepantes, nec eamdem ſequitur divini cultus regulam, nec denique eadem ubique ratione gubernatur. Proinde nec a doctoribus ſuis Eccleſia hæc exigit, ut unum omnes idemque ſentiant & doceant, ſed varie patitur plurima non exigui ponderis dogmata explicari, modo prima religionis elementa una cum pietatis præceptis inviolata maneant. Haud male igitur hanc Eccleſiam magnam civitatem dixeris ex varii generis Eccleſiis compoſitam, quam, ne in varias ſectas diffluat, æquitas omnium in tolerandis diſſentientibus continet.

Non talis ſtatim ab initio hæc Eccleſia, ſed fati quadam vi eum in ſtatum compulſa fuit. Helveti, apud quos nata eſt, & Jo. Calvinus in primis, alter Eccleſiæ hujus parens, nulli pepercerunt diligentiæ, ut omnes cœtus, qui ipſis ſeſe adjunxerant, uni credendi & agendi formæ, uni etiam gubernationis legi ſubjicerent: Ac licet Lutheranos fratrum errantium loco complecterentur, veniam tamen & impunitatem nec ipſi dabant, nec a ſocijs dari volebant illis, qui Lutheranis ſententiis de S. Cœna, perſona Chriſti, prædeſtinatione, cognatiſque rebus aperte faverent. Vehementes vero quum apud Britannos concertationes cum de forma gubernationis ſacræ, tum de ritibus nonnullis & aliis rebus, inter Epiſcopales, qui vocantur, & Puritanos orirentur, neceſſarium viſum fuit Eccleſiæ fines dilatare, & eos quoque in germanis fratribus cenſere, qui a Genevenſium inſtitutis, & opinionibus diverterent. Multo etiam major moderatio Concilium Dordracenum conſequebatur. Rejectæ enim licet, & condemnatæ Arminianorum ſententiæ in plurimorum ſeſe animos inſinuabant. Eccleſia Britannica Caroli I tempore a Calvini de divinis decretis ſententia publice deſciſcebat, & ad primorum ſæculorum Chriſtianorum leges, ſententias, & mores totam ſeſe componere ſtudebat. Cœtus Germanici quidam ne ſemetipſi Auguſtanæ confeſſionis beneficiis privaſſe

mente, uno ore conſentiant*, uti *Latitudinarii* blaterant Hæterodoxi, næ omnes totius terrarum Orbis Civitates *una* Civitas dicendæ eſſent, cum aliquæ jam ſint leges, atque inſtituta, quæ omnium omnino Civitatum communia ſunt. Hæccine igitur eſt illa Ecleſiæ *Unitas*, quam tantopere prædicabat Sæculo II Sanctus Irenæus lib. I contra Hæreſ. cap. 10, n. 2. *Neque hæ, quæ in Germaniis ſitæ ſunt, Eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt, nec quæ in Hiſpaniis, aut Galliis, aut in Oriente, aut in Ægypto, aut in Africa, aut in Mediterraneis Orbis Regionibus ſedem habent*. Hoccine igitur eſt illud *Unum Lumen*, *Unum* illud *robur*, *Unus* ille *fons*, quem tam vivis coloribus expreſſit Sæculo III S. Cyprianus Lib. de Unit. Eccleſiæ? *Quomodo Solis multi radii, ſed lumen unum; & rami Arboris multi, ſed robur unum tenaci radice fundatum; & cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur, unitas tamen ſervatur in origine .... Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa per Orbem totum radios ſuos porrigit: unum tantum lumen eſt, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur. Ramos ſuos in univerſam terram copiâ ubertatis extendit; profluentes largiter rivos expandit, unum tamen caput eſt, & origo una, & una Mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa*.

§. VI. Si a Patrum dictis ad Majorum noſtrorum facta provocaveris, habes ſtatim prima Chriſtiani nominis Æra Corinthiorum Eccleſiam ab Clemente Romano in ordinem redactam (S. Irenæus lib. III adverſus Hær. cap. 3, S. Epiphanius hær. 27, S. Hieronymus Lib. de Vir. illuſtrib.). Habes altero Ævo Martyres Lugdunenſes ab Eleutherio Papa de graviſſimis rebus reſponſa petentes (Hieronym. de Script. Eccleſ. cap. 35.). Habes etiam tertio ſæculo Carthaginenſem Epiſcopum ad Romanam Eccleſiam rem omnem *de Lapſis* referentem. S. Cyprianus Ep. ad Fabian. & Cornel. (Vid. ſup. Lib. I, Quæſt. XVIII, §. I, & Not. a.). Qui fit, ut Romana Eccleſia ad alias Eccleſias res ſuas nunquam detulerit, contra vero omnes aliæ Eccleſiæ ſua omnia ad Romanam Eccleſiam & retulerint, & detulerint? Illud profecto dicendum, Romanam Eccleſiam aliarum omnium Eccleſiarum clavum tenere, eamque illud eſſe punctum, ad quod Chriſtiani omnes ſuam fidem, moreſque ſuos collineare tenentur.

QU.

---

vaſſe dicerentur, non audebant publice Genevenſibus ex toto adſentiri. Galli poſtremo exules mollioribus dudum ſententiis adſueti, & gentis ſuæ more liberius philoſophantes, quum per totum Reformatum orbem ſparſi eſſent, plurimos ingenio, & eloquentia ad æmulationem accendebant. Hæc omnia, & alia quædam tantum paullatim patientiæ, & lenitatis animis inſtillarunt, hodie, ut omnes, niſi qui aut Romano Pontifici adſentantur, aut Socinianorum, Anabaptiſtarum, Quackerorum opiniones acriter tuentur, locum ſuum inter cives Reformati cœtus tueri valeant. Factum hoc eſt multis invitis & reluctantibus: nec hodie deſunt, qui veterem ſeveritatem reduci & Calvini dogmata ſancte cuſtodiri volunt: ſed numero, & auctoritate longe ſuperantur ab illis, qui pauca credita ad ſalutem eſſe neceſſaria opinantur, varie multa dogmata explicari patiuntur, & quam ampliſſime patere Eccleſiam reformatam cupiunt.

Digitized by Google

QU. IX.

Quæ, quantaque ea poteſtas, quam gerunt Epiſcopi uti Diœceſani?

§. I. Poſtquam Diœceſanæ Juriſdictionis fontes aperuimus, ejuſque ſedes ac domicilia inviſimus, ſequitur nunc, ut ejus etiam vires, opes, facultateſque, quanti ſint, æſtimemus. Quod ut facilius facere poſſimus, repetenda nobis eſt memoria Corinthii illius ſchiſmatis, cui ſedando, atque in poſterum præcavendo Diœceſana poteſtas fuit inſtituta. Redeamus igitur ad Hieronymum, qui rem totam narrat in Comment. Ep. ad Tit. *Antequam Diaboli inſtinctu ſtudia in Religione fierent, & diceretur in Populis: Ego ſum Paulli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam autem unuſquiſque eos, quos baptizaverat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto Orbe decretum eſt, ut unus de Presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, ut ſchiſmatum ſemina tollerentur . . . Hæc propterea, ut oſtenderemus ad unum omnem ſollicitudinem eſſe delatam, ut diſſenſionum plantaria evellerentur.* Et in Epiſt. ad Evagr. *Quod autem poſtea unus electus eſt, qui cæteris præponeretur, in Schiſmatis remedium factum eſt, ne unuſquiſque ad ſe trahens Chriſti Eccleſiam rumperet.* Ne qua igitur ſchiſmata in Eccleſiis oriantur, *Cautio* atque *Proviſio* eſt totius Juriſdictionis fundamentum, quam Epiſcopi gerunt uti Diœceſani. Habes hic libellam, normam, perpendiculum, queis uti poſſis in Diœceſanorum juribus penſandis, dimetiendis, æſtimandis.

§. II. Cum decretum fuit, ut unus de Presbyteris primas in Eccleſia teneret, tunc cæterorum Presbyterorum poteſtas ad interitum vocata minime fuit, ſed tantum in Ordinem redacta. Rem clarius loquar. Quamdiu omnes omnium ſuorum charitates, voluntateſque Eccleſia complexa fuit, tres, aut quatuor Presbyteri, quos gravitas, prudentia, ſanctitas commendabat, conjungebatque, puſillos Chriſtianorum cœtus regebant, gubernabant, moderabantur, quin inter ſe re ulla diſſiderent. At poſtquam priſtina charitas, ac benevolentia refrixit, atque auctæ Chriſtianorum opes, crevitque Presbyterorum numerus, non amplius inter ſe congruere, nec una mente conſentire, nec uno ore concinere videbantur, ſed in ſtudia ſcindi cœperunt, unuſquiſque ſuis rationibus ſervire, graviora onera defugere, leviora officia ſibi depoſcere, moleſtiora in medio relinquere. Unde officiorum perturbatio ſequebatur, atque confuſio. Neceſſitas igitur poſtulabat, ut Presbyterorum Collegio unus præficeretur, qui ſingulis ſua munia divideret, qui penſa in-

inter collegas diſtribueret, qui videret, ne quid præpoſtere, incondite, ac perturbate fieret, qui totum cœtum quodammodo contineret, qui primas partes ageret, præcipua munera obiret, quæque ipſe non poſſet, aliis mandaret.

§. III. Hinc plane intelligimus, quorſum ſpectent illa Sancti Ignatii verba: *Sine Epiſcopo nemo quidquam eorum faciat, quæ ad Eccleſiam pertinent. Nemini licet baptizare ſine Epiſcopi juſſu. Nulli licitum eſt Euchariſtiam celebrare ſine venia Epiſcopi.* (a). Neque enim a S. Ignatio hæc dicuntur, quaſi vero Presbyteris deeſſet poteſtas Baptiſmum, Euchariſtiam, aliaque ſacra conficiendi, ſed quod ordo flagitaret, ut in iis miniſteriis ineundis Presbyteri omnes ab unius nutu penderent, ne confuſio, & perturbatio oriretur.

§. IV. Cæterum in iis omnibus, a quibus omne Schiſmatum, turbarum, confuſionis periculum aberat, priſtinam ſuam Presbyteri retinebant dignitatem. Omnia communi omnium conſenſione decernebantur. Nil unquam agebat, nil aggrediebatur, nil moliebatur Epiſcopus, niſi ex Presbyterorum ſententia. In Legibus ſciſcendis, in ſententiis ferendis, in pœnis ſanciendis, in reis condemnandis, abſolvendiſque nihil unquam audebat Epiſcopus, niſi prius Presbyterorum ſuffragium tuliſſet. Verum quæ hic coarctavimus, & peranguſte referſimus, dilatemus, explicemuſque, ac per ſingula Diœceſanorum jura & officia eamus.

QU.

(a) Ignatius Epiſtola ad Polycarpum n. IV, pag. 71, eum monet, ut curet, ne quidquam ſine ejus ſententia fiat. Et Epiſtola ad Epheſios n. IV, p. 91, Edit. Londin. an. 1746. Unde decet vos concurrere ſententiæ Epiſcopi . . . quod & facitis . . . Digne nominabile veſtrum Presbyterium οὕτως συνήρμοσται τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ: h. e. *ſic concordatum eſt Epiſcopo, ut cordæ citharæ.*

Et Epiſtola ad Smyrnenſes ibidem num. VIII, pag. eadem 51, edit. Londin. ὐκ ἐξόν ἐςιν χωρὶς τῦ ἐπισκόπυ, ὄτε βαπτίζειν, ὄτε ἀγάπην ποιεῖν. *Non licet ſine Epiſcopo baptizare, aut agapen facere.*

Canon Apoſtolicus XXXVIII, tom. I Concilior. edit. Hard. Pariſ. pag. 19. οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τῦ ἐπισκόπυ μηδὲν ἐπιτελείτωσαν, αὐτὸς γάρ ἐςιν ὁ πεπιςευμένος τὸν λαὸν τῦ κυρίυ, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθησόμενος: „ Presbyteri, & „ Diaconi ſine ſententia Epiſcopi nihil perficiant; ipſe enim eſt cujus fidei populus „ eſt creditus, & a quo pro animabus ratio exigetur. “ Confer Beveregii Adnotationes in Canonem Apoſtolor. XXXIX; pag. 471, tom. I PP. Apoſtolic. edit. Amſtelod. an. 1724.

Tertullianus de Bapt. cap. XVII, pag. 230, edit. Venetæ ann. 1748. „ Dandi baptiſmi jus quidem habet ſummus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus, dehinc Presbyteri, & Diaconi, non tamen ſine Epiſcopi auctoritate propter Eccleſiæ honorem, quo ſalvo, ſalva, pax eſt. “

Cyprianus Epiſt. XVI, pag. 36, edit. Oxon.

Digitized by Google

Oxon. „ Quod enim non periculum metue„ re debemus de offenſa Domini, quando„ aliqui de Presbyteris nec Evangelii, nec „ loci ſui memores, ſed neque futurum „ Domini judicium, neque nunc ſibi Præ„ poſitum Epiſcopum cogitantes, quod num„ quam omnino ſub anteceſſoribus factum „ eſt, cum contumelia, & contemtu Præ„ poſiti totum ſibi vendicent? “

Canon. Apoſt. 38. Presbyteri, & Diaconi, ſine ſententia Epiſcopi, nihil perficiant.

Q U. X.

Cedo primum Diœceſanorum officium & jus.

Verbi Divini prædicatio cujum munus?

§. I. Janſenianarum partium Epiſcopi, cum agitur de ſua dignitate augenda, amplificandaque, Apoſtolorum Succeſſores ſe ſe venditant, & oſtentant, cum autem agitur de laboribus ſuſcipiendis, perferendiſque, tunc ipſi ſibi cavent loco, ac poſt principia latent. Quæ citra Apoſtolos magis tetigit, quam divini verbi prædicatio? Quod onus magis refugiunt noſtrorum temporum Epiſcopi, quam prædicandi munus? In hac re ſiletur ſua in Apoſtolorum locum ſucceſſio, nulla vox de veteri uſu, de more priſtino, muta eſt noſtrorum temporum accuſatio, divina Inſtitutio non attingitur; & licet alias clamitent, Epiſcopalia jura, & officia nulla humana vi, nullo temporum lapſu, nulla conſuetudine vel tantillum e ſua ſede, loco, ſtatuque dimoveri poſſe, tamen divini verbi prædicatione ſe ſe relevari, atque exonerari facile patiuntur.

§. II. Dictitant illi, ſe aliis gravioribus curis diſtineri, & ab Evangelii prædicatione avocari; quaſi vero ulla alia res gravior eſſe poſſit, aut majoris momenti, quam Evangelii veritas, atque doctrina. *Non eſt æquum*, ajebat Apoſtolus Act. VI, *nos derelinquere Verbum Dei, & miniſtrare menſis.* (*a*) *Conſiderate ergo fratres, viros ex vobis boni teſtimonii ſeptem plenos Spiritu Sancto, & Sapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. Nos vero orationi, & Miniſterio Verbi Dei inſtanter erimus.* Et I ad Corinth. I, 18. *Non miſit me Dominus baptizare, ſed prædicare.* Et ad Timoth. Ep. II cap. 2. *Prædica Verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.*

§. III. Neque vero exiſtimes, *Verbi Miniſterium* Apoſtolis duntaxat, atque Apoſtolicis viris divinitus mandatum eſſe, ſed omnibus Epiſcopis, neque illis tantum qui juſſi erant peregre proficiſci, atque in Barbarorum oras Chriſtianorum doctrinam inferre, verum etiam illis qui ad Diœceſium regimen alligati erant, ut

(a) Mos erat antiquorum temporum, ut Evangelium legeretur a Lectore, quemadmodum colligitur ex Epiſtolis 33, 34, S. Cypriani, & ex Concilio Toletano I, cap. 2. Id vero munus in Evangelii honorem Diaconis poſtea demandatum fuit. Græci etiamnum vetuſtum retinent morem, ut Evangelium publice legatur a Lectoribus, teſte Smithio Ep. de præſenti Eccleſiæ Græcæ ſtatu. pag. 145.

ut divinum cultum alerent, foverent, corroborarent. Satis enim vero id declarant vetuſtatis exempla. *Solis qui dicitur die* (inquit S. Juſtinus Martyr ann. 150, Apol. II.) *omnium ſive Urbes, ſive agros incolentium in eumdem locum fit conventus, & Commentaria Apoſtolorum, aut Scripta Prophetarum leguntur. Deinde, ubi Lector deſit, is qui praeſt* (Epiſcopus) *ADMONITIONEM, ET ADHORTATIONEM AD RES TAM PRÆCLARAS IMITANDAS SUSCIPIT.* (Vid. ſup. Part. III, Qu. V, §. 4.) Certum eſt, hic Sanctum Juſtinum loqui de Epiſcopis Diœceſanis hoc eſt de iis qui collectis fidelium cœtubus præerant, fundatiſque jam Eccleſiis regendis erant præpoſiti. Certum itidem eſt, Sanctum Martyrem hic referre mores Eccleſiarum ſui temporis, ritus, cæremoniaſque, quæ in Sacris faciendis adhibebantur. Certum denique eſt ex ipſo Juſtino, inter Miſſarum ſolemnia, lecto Evangelio, concionem ad Populum haberi ſolitam fuiſſe, (*b*) eamque non ab aliis, quam ab Epiſcopo habitam eſſe.

(b) Bened. XIV de Sacroſ. Miſſ. Sacrif. L. II, cap. VII, n. 7. In more poſitum erat apud Hebræos, ut poſt lectionem Legis, & Prophetarum ſermo haberetur ad populum, quamobrem narrat S. Lucas cap. 4, Chriſtum Jeſum Sabbato quodam in Synagogam ingreſſum legiſſe Iſaiam, & ſermonem habuiſſe. Et in actis Apoſtolorum c. 13, Paulus, & Barnabas poſt lectionem a Synagogæ Principibus ſunt invitati, ut ad populum verba facerent. In Juſtini Martyris Apologia ſecunda, & lib. 8 Conſtitutionum Apoſtolicarum apparet, Homiliam, ſeu ſermonem ad populum poſt lectum Evangelium haberi conſueviſſe. Et Cyprianus in vita Sancti Cæſarii Arelatenſis cap. 14 narrat, ſe jubere ſolitum Eccleſiæ portas occludi, ne quiſquam ab audiendo ſermone ſe ſubduceret. Duo de ſacris Concionibus compoſuit volumina Ferrarius, quibus totam rem eruditiſſime pertractavit. Præter ſermonem, monita quædam etiam populo exhibebantur, de quibus loquitur Conc. Aurel. apud Ivonem par. 2 Decreti cap. 120. *Ut in diebus Dominicis, & Feſtis poſt ſermonem intra Miſſarum ſolemnia habitum, plebem Sacerdos admoneat, ut juxta Apoſtolicam Inſtitutionem omnes in commune pro diverſis neceſſitatibus preces fundant ad Dominum pro Rege, & Epiſcopis, & Rectoribus Eccleſiarum, pro pace, pro peſte, pro infirmis, qui in ipſa Parochia lecto decumbunt, pro nuper defunctis, in quibus ſingulatim precibus Plebs orationem Dominicam ſub ſilentio dicat, Sacerdotes vero Orationes ad hoc pertinenter per ſingulas admonitiones ſolemniter expleant; poſt hæc Sacra celebretur Oblatio.*

Fleur. de moribus primorum Chriſtianorum cap. 14. Erat Eccleſia Dei non ſolum Domus orationis, verum etiam ſchola ſalutis. Evangelia cæteroſque ſacros Codices Epiſcopi exponebant aſſiduitate nihilo minore, quam Profeſſores SS. Litterarum aſſolent, auctoritate vero longe etiam majore; ex quo factum fuit, ut Doctoris nomen fere ſolis Epiſcopis ab Antiquis ſcriptoribus tribueretur. Docebant autem *publice & per Domos* quemadmodum Apoſtolus loquitur: docendi porro methodum cuicumque ſtatui accommodabant, uti in Epiſtolis ad Titum & Timotheum obſervatum cernimus. Illud maxime cavebant, nequid ſuomet ingenio excogitarent, ac veluti de ſuo in medium afferrent; ſed ſatis habebant, bona fide retuliſſe, quidquid ipſi a Patribus ſuis ſpiritualibus, hoc eſt, ab antiquioribus ſe Epiſcopis & Presbyteris accepiſſent, Traditione uſque ad tempora Apoſtolorum nunquam interrupta. Iidem Epiſcopi Fidelium animos imbuebant ingenti odio quarumcumque novitatum, præſertim in doctrina fidei, ut adeo, ſiqui forte Chriſtianorum contraria ſuæ fidei dogmata proponi audirent, ii obturatis ambabus auribus e veſtigio fugam arriperent, nihil ſolliciti de refutandis erroribus, quippe quam curam Paſtoribus ſuis integram relinquerent. (Ignat. Epiſt. ad Trall.)

Digitized by Google

ſe. Hæc Sæculo II. Nec Sæculo III alii invaluerant mores. Teſtem habemus locupletiſſimum Divum Cyprianum. *Ego prius legeram, & EPISCOPO TRACTANTE, cognoveram, non ſacrificandum Idolis, nec ſimulacra ſervum Dei adorare debere*. Ep. 55, pag. 107, Edit. Oxon. *Nec quiſquam, Fratres Dilectiſſimi, cum Populum noſtrum fugari conſpexerit metu perſecutionis, & ſpargi, conturbetur, quod collectam fraternitatem non videat, nec tractantes* (hoc eſt concionantes) *EPISCOPOS audiat*. Ep. 58, pag. 114. Idem teſtatur Pontius Diaconus in vita Cypriani num. 18, pag. 187, Act. SS. Martyr. Siric. Edit. Ruinartii Veron. *O Beatum Eccleſiæ populum, qui EPISCOPO SUO tale, oculis pariter & ſenſibus, & quod eſt amplius, publicata voce compaſſus eſt; & ſicut IPSO TRACTANTE ſemper audierat*. Quod ſi ad inſequentia ſæcula deſcendamus, habemus Concilia, quæ Diœceſanos Epiſcopos ad hanc ipſam rem etiam atque etiam hortantur, excitant, acuunt, extimulant. Synodus Carthaginenſis IV, anno 398, can. 20: *Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe revocet, ſed lectioni & orationi & Verbi Dei PRÆDICATIONI tantummodo vacet*. Cabillonenſis III, ann. 813, can. 1: *Epiſcopi aſſidui ſint in lectione, & ſcrutentur Myſteria Verborum Dei, quibus in Eccleſia doctrinæ fulgore ſplendeant, & VERBORUM DEI ALIMENTIS ANIMAS SIBI SUBDITAS SATIARE NON CESSENT*. Auro contra æſtimanda ſunt quæ de S. Cæſario Arelatenſi Epiſcopo (an. 544.) narrantur apud Mabillonium in Actis Bened. Sæc. I, pag. 667. *Docuit præterea memoriter, quamdiu potuit, altaque voce ſemper in Eccleſia PRÆDICAVIT .... Non equidem credo, ajebat, quod quiſquam ſenſum tam obduratum habeat, ut cui Deus dicit: Clama ne ceſſes, non ipſe clamet. Timeat illud: Væ tacentibus de te, quoniam loquaces muti ſunt; & illud Apoſtoli: Canes muti non valentes latrare. Etenim quantæ ove, tacente Sacerdote aberraverint, de tantarum animarum ſalute rationem eſt redditurus*.

§. IV. Non iſtis modo vivitur moribus; at Epiſcopus, qui noſtris temporibus aſſiduam operam Prædicationi navet, ſingulisque Dominicis diebus ad Populum verba faciat, eſt *rara avis in terris, nigroque ſimillima Cycno*. Quid mirum igitur, ſi tot malorum ſeges in Eccleſia ſuccrevit, ſi tot corruptelarum alluvies in Chriſtianam Rempublicam exundavit, ſi relanguit pietas, ſi refriguit probitas.

Trall.) Ea res fecit, ut hæreſum multæ per priora ſæcula excitatæ ſine Conciliis, ſine judiciorum celebritate condemnarentur. Etenim Paſtores omnes Traditionibus Apoſtolorum, populus autem univerſus doctrinæ Paſtorum admirabili cum ſententiarum, tum voluntatum conſenſione inhærebant. Ad hæc Fideles pro ſe quiſque divinæ Legis ſtudio vacabant, eamque diu noctuque vigili cura meditabantur. Domum reverſi, quæ in Eccleſiis audierant, ipſi relegebant, & familiari de iiſdem rebus inter ſeſe collato ſermone Paſtorum explanationem memoriæ mandabant. (Conſtit. Apoſt. 4, c. 11.) In primis vero Patresfamilias hoc genus privatæ repetitionis domi ſuæ diligenter curabant, erantque ſinguli eorum quaſi totidem peculiares Paſtores, qui precationi, & lectioni domeſticæ præerant, qui conjugem, liberos, famuloſque erudiebant, & ut erant ipſi Moderatoribus Eccleſiæ addictiſſimi, ita ſuos etiam in officio, & obedientia Eccleſiæ debita continebant.

tas, ſi tepuit juſtitiæ amor, ſi reſtinctus eſt vetus ille ad virtutes animorum impetus, ſi novæ quotidie hæreſes, nova ſchiſmata in dies ſuboriuntur (*c*), ſi virulenta ſcabies ſerpit, ſi impietas, rerumque divinarum contemptus ubique graſſatur impune. Eſt potius, cur miremur, atque inter miracula ſcribamus, quo omnium maximo Religio noſtra comprobatur, Eccleſiam Catholicam rabidis hæreticorum morſibus, venenatis improborum, atque conſceleratorum hominum telis, omnibus Inferorum conatibus ac viribus quotidie peti, atque obſideri, ab ſuis vero deſertam, derelictam, deſtitutam, defenſione pene omni ſpoliatam, omni remigio nudam, Protectarum, Claſſiariorum, Epibatarum auxilio orbatam ſua ſola vi ſtare ſemper invictam, ſemper immotam, veſtigioque ſuo ſemper hærentem. Næ Deus noſtris temporibus hoc fortaſſe ſiverit, ut ſi alia deſint miracula, in hoc uno omnes commori tandem fateantur Catholicorum Eccleſiam eam eſſe, cui Chriſtus ſpopondit, in ſeque recepit, nullis turbinibus, nulla nimborum, nulla procellarum, nulla hoſtium vi unquam eſſe caſuram.

§. V. Noſtrates diem dicunt Proteſtantibus, quod ii careant Epiſcopis; at illi nobis vicem rependunt (*d*),

(c) Duaren. de SS. Eccl. Miniſt. Lib. VIII, cap. 5. De doctrina ſane divina, cujus miſera plebs mirum in modum famelica eſt, ab Epiſcopis omnino deſerta conquerimur. Illud enim accidit hoc tempore, quod vates futurum prædixerat. Emittam famem in terram: non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini; & commovebuntur a mari uſque ad mare, & ab Aquilone ad Orientem circuibunt, quærentes verbum Domini, & non invenient. Et ſane dubium non eſt, quin hæc paſtorum ignavia, errorum omnium, & hæreſeon, quibus hodie concutitur orbis, magna ex parte fons & origo ſit. Nec mirum eſt gregem perire, qui paſtore deſtitutus, luporum inſidiis quotidie expoſitus eſt. Vagos enim quoſdam circumforaneos ac mercenarios concionatores in numero paſtorum non pono, quos longe lateque a paſtoribus differre ſacris litteris edocemur. De his paſtoribus vaticinatur Ezechiel, & ita eos depingit, ut in eo vaticinio noſtri ſæculi mores velut in ſpeculo quodam intueamur: verba ejus hæc ſunt: „ Væ paſtoribus „ Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos. Nonne „ greges a paſtoribus paſcuntur? Lac co„ medebatis, & lanis operiebamini, & quod „ craſſum erat occidebatis: gregem autem „ meum non paſcebatis. Quod infirmum „ fuit, non conſolidaſtis: quod ægrotum, non „ ſanaſtis: & quod confractum eſt, non al„ ligaſtis; & quod abjectum eſt, non redu„ xiſtis: & quod perierat, non quæſiſtis: „ & cum auſteritate imperabatis eis, & cum „ potentia. Et diſperſæ ſunt oves meæ, eo „ quod non eſſet paſtor: & factæ ſunt in „ devorationem omnium beſtiarum agri. „ Erraverunt greges mei in cunctis monti„ bus, & in univerſo colle excelſo, & non „ erat, inquam, qui requireret. Propterea „ paſtores audite verbum Domini. Vivo „ ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo „ quod facti ſunt greges mei in rapinam, „ & oves meæ in devorationem omnium „ beſtiarum agri, eo quod non eſſet paſtor, „ ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gre„ gem meum de manu eorum, & ceſſare „ eos faciam, ut ultra non paſcant gregem, „ nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos, „ & liberabo gregem meum de ore eorum, „ & non erit ultra eis in eſcam, &c. “ Proinde hac radice non exciſa, aut ego vehementer fallor, aut vix ullæ flammæ his malis finem allaturæ ſunt. Celebratur veteris cujuſdam Philoſophi dictum, homines non pallio, ſed auribus trahendos eſſe. Quod vel maxime hic locum habere ſemper arbitratus ſum. Sed jam ſatis aut forte nimium querelis datum eſt.

Digitized by Google

(*d*), dicamque ſcribunt, quod deſidioſis, inertibus & inutilibus, ne quid amplius dicant, Epiſcopis abundemus. Quid porro refert, nullum ne an inutilem habeas Epiſcopum? *Juxta communem dicendi modum illa dicitur Eccleſia viduata*, quæ licet Epiſcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere. Innoc. III, rel. in C. 2, de Transl. *Non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi ... Infatuatum ſal ad nihilum prodeſt, niſi ut projiciatur foras, & a porcis conculcetur*. D. Hieronym. ad Heliodor. Ep. 1. *Væ Paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges a Paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis ... & diſperſæ ſunt oves meæ, eo quod non eſſet Paſtor, hoc eſt quod eſſet Paſtor inutilis*. Ezech. cap. 34.

§. VI. Huic morbo rei Chriſtianæ tam exitiali mederi volens Synodus Tridentina (*e*) hæc ſtatuit Seſſ. V, cap. 2, de Refor. *Quia vero Chriſtianæ*

(d) Chemnitius in exam. Concil. Trident. part. 2, l. 13, Sect. 4, n. 45. Tales nunc ſunt Epiſcopi, de quibus recte dicitur, quod non ſint veri, & legitimi Epiſcopi, ſed figmentum humanum, quia prorſus a ſe rejecerunt Epiſcopale officium, quod fuit tempore Apoſtolorum, tempore Hieronymi, & Leonis etiam tempore; factique ſunt principes gentium, qui dominantur, quia Chriſtus Apoſtolis quidem dixit: *Reges gentium dominantur, vos autem non ſic*. Succeſſoribus autem Apoſtolorum h. e. noſtris Epiſcopis forſan dixit: *Vos autem ſic*: Neque ſuceeſſio, qua gloriantur, facit Epiſcopum, ſed officium juxta præſcriptum Salvatoris adminiſtratum.

(e) Van-Eſpen J. E. U. Part. I, tit. 16, cap. 7, §. 4. Sanctus Carolus fideliſſimus Concilii Tridentini executor in ſua prima Provinciali Synodo part. 1, tit. 6, ita loquitur: „ Apoſtoli, in quorum locum Epiſcopi ſucceſſerunt, ſatis nobis aſſeruerunt, *Verbi Dei prædicationem eſſe præcipuum* illorum munus, qui in Epiſcopali Sede collocantur. Quamobrem nos auctoritatem Sacroſancti Tridentini Concilii & veterum Patrum ſecuti, in Domino & Epiſcopos hortamur, ut *toto pectore* in hanc curam incumbentes, greges ſibi commiſſos *ipſimet*, præſertim in Eccleſia ſua verbo Dei paſcant. Quod ſi *morbi* cauſa, aut quodam *animi languore* impediti non fuerint, ſciant ſibi prætermiſſi neceſſarii officii, Judici Deo præcipue rationem eſſe reddendam. Sin autem ſe interdum *vere* impeditos cognoverint, per viros idoneos, ex præſcripto ejuſdem Concilii deligendos, hoc munus ſtudioſiſſime populo præſtent. " Non minus hanc obligationem urgent Patres Synodi P. II Cameracenſis tit. 17, c. 2. „ Et quia inter munia Epiſcopalia potiſſimas partes ſibi merito vindicat prædicatio verbi Dei, & ab Apoſtolis memoriæ proditum ſit, non eſſe æquum ipſos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis, quantum fieri poterit, diligentiam adhibere ſtudebunt Epiſcopi, ut negotiis ſæcularibus ſe ſe expediant, etiam regiminis Epiſcopalis maximam partem doctis, & prudentibus viris committendo, & rerum temporalium adminiſtrationem Œconomo fideli concredendo, ut prædicationis officio ſibi proprio liberius vacare poſſint. Quod ſi legitime impediti per ſe ipſos id præſtare non poſſint, alios viros doctos tum in ſuis Eccleſiis Cathedralibus, tum in aliis ſuæ Diœceſis deputent, qui eorumdem nomine hoc aſſidue præſtent; ſaltem quoad dictas Cathedrales ſolemnioribus feſtis, & tempore Adventus, & Quadrageſimæ, ut minimum ter in ſeptimana; horam autem cum ipſemet Epiſcopus concionator ſibi commodiorem præſcribere poſſit, non obſtantibus quibuſcumque. " Et Synodus P. II Mechlinienſis tit. 16, cap. 3, ait: „ Inter cætera meminerit Epiſcopus oneris prædicationis verbi Dei. " Nulla proinde conſuetudo, nulla contraria multorum praxis Epiſcopos ab hoc munere prædicationis exime-

næ Reipublicæ non minus neceſſaria eſt Prædicatio Evangelii, quam lectio; & hoc eſt præcipuum Epiſcoporum munus, ſtatuit & decrevit eadem Sancta Synodus, omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & omnes alios Eccleſiarum Prælatos teneri PER SE IPSOS, ſi legitime (hoc eſt morbo) *impediti non fuerint, ad prædicandum Sanctum Dei Evangelium . . . . Si quis autem hoc adimplere contempſerit, diſtrictæ ſubjaceat ultioni.* Morbum aliqua ſaltem ex parte hoc Decreto allevaſſent Tridentini Patres, ſi quam facile eſt leges ſciſcere vitiorum emendatrices, commendatriceſque virtutum, tam facile etiam eſſet, eas in Epiſcoporum mores inducere (*f*).

§. VII.

---

mere poteſt; ſed eadem indiſpenſabili lege, qua ſalutem ſubditorum ſuorum procurare tenentur, eadem hoc prædicationis officium eiſdem impendere jubentur: quia, ut ait Concilium Lateranenſe III, ſub Innocentio III, in cap. 15, ✠ de offic. Ordin. „ *Inter cætera, quæ ſpectant ad ſalutem populi Chriſtiani, pabulum verbi Dei permaxime ſibi noſcitur eſſe neceſſarium; quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur.* " Unde illud S. Ambroſii de ſemetipſo: *Officium docendi nobis impoſuit Sacerdotii neceſſitudo*. Lib. I Offic. cap. I. Synodus quoque Tridentina *Seſſion. 24, cap. 4°, de reformat.* declarat, Præcepto Divino, *mandatum eſſe omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas agnoſcere &c. . verbique Divini Prædicatione paſcere*. Nequaquam ergo (uti etiam recte advertit Fagnanus ad Cap. inter cætera ✠ *de officio Ordinarii num. 12.*) in his Epiſcopi poſſunt ſe excuſare in vim contrariæ conſuetudinis; quia cum ſit contra præceptum Divinum, illa conſuetudo reputari debet pro corruptela, & abuſu. Verum cum præcipuus ſcopus hujus Paſtoralis, & Epiſcopalis muneris ſit, debita populi inſtructio, ideſt, ut de omnibus, quæ ad ſalutem conſequendam ſcitu ſunt neceſſaria, ſit plene inſtructus, Epiſcopus huic ſuo muneri haud ſatisfaciet, ſi v. g. aliquoties per annum publice ex Cathedra concionetur; ſed vel præcipue in hoc totis viribus incumbere debet, ut populum ſibi commiſſum *per ſe*, quantum poteſt, alioſque inſtruat.

(*f*) Præcipuum Epiſcoporum munus eſſe prædicare, & quidem per ſe ipſos, pluribus monſtrant *Van-Eſpen Jur. Eccleſ. univ. part. 1, tit. 16, c. 7, fere per tot.* ubi quod nulla conſuetudo Epiſcopos ab hac obligatione eximere valeat, ait *Rouſſeaud de la Combe in ſua Juriſpr. Canon. verbo Prædicator ſect. 1, n. 1, & 2.* Atque hinc deſcendit, quod nemo regulariter prædicare poteſt diſſentiente Epiſcopo; *Rouſſeaud de la Combe ubi ſupra n. 3.* Confer etiam *Ducaſſ. de Juriſd. Eccleſ. c. 7, ſect. 4, n. 1.* Et jure meritoque; repugnat enim ut quis vices alterius gerat, eo contradicente. Quod attinet ad Regulares, *in Conc. Trident.* diu multumque diſputatum eſt, an & ii huic legi obſtricti eſſe deberent. Cauſam diſputationi dederunt privilegia, quibus Regulares a S. Sede donati ſunt; conſule Pallavic. Hiſtor. Conc. Trid. lib. 7, c. 7. At *ſeſſ. 5, c. 2, de Reform.* placuit diſtinguere Eccleſias ſuorum Ordinum inter ac Eccleſias non ſuorum Ordinum. In illis ultra licentiam ſuorum ſuperiorum neceſſaria quoque fuit exiſtimata licentia Epiſcopi. In his vero ſufficere viſa eſt ſimplex Benedictio Epiſcopi cum licentia ſuorum ſuperiorum. Decretum hoc in quantum permittit Regularibus prædicare in Eccleſiis ſuorum Ordinum, de licentia ſuorum ſuperiorum, & vix petita benedictione ab Epiſcopo, valde diſplicuit nonnullis Patribus Tridentinis, & præſertim Brachio Martello Epiſcopo Feſulano. *Acerbe ſe angi*, inquit in cœtu Patrum ſuper diſcuſſione hujus decreti inſtituto 15 Aprilis 1546, *quod liberum eſſet Regularibus neque miſſis, neque vocatis ſuis in Cœnobiis, per Epiſcoporum Diœceſes concionari. Quod*, exclamavit, *quidnam aliud eſt, niſi permittere, ut Lupi non per oſtium, ſed aliunde ingreſſi ovile perturbent?* Deinde in Congregat. generali habita 10 Maj denuo oratione ſatis prolixa coram Patribus id ipſum urgere, & quidem vehementiſſime perrexit. Atque hoc in cauſa fuit, ut *ſeſſ.*

Digitized by Google

§. VII. Plura hac de re deſideranti plura dabunt Andreas de Sauſſai in Panopl. Sacerd. Part. II, Lib. IV, Cap. I, & ſeqq., Claudius Eſpencæus in Epiſtolam Paulli ad Timoth. Lib. II, cap. 3, aliique (g).

QU.

24, *c.* 4, *de reform.* habita die 11 *Novembris* 1563, cùm jam numerus Epiſcoporum eſſet frequentior, & temporum condirio convenientior, decretum fuerit, ut *Nullus in Eccleſiis ſuorum Ordinum contradicente Epiſcopo prædicare præſumat*. Nec diverſum ſtatuit Conſtitutio Clementis X, quæ incipit *Superna*, ſi ſerio perpendatur. Quo reſpiciens *Rouſſeaud de la Combe loc. cit.* §. 2, 5, ait, Regulares ſine permiſſione Epiſcopi, vix prædicare poſſe in eorum Capitulis, aliiſque locis Monaſteriorum Fratribus ſuis, non item Populo. Sine Epiſcopi licentia prædicare, & Regulares poſſe Monialibus ſibi ſubjectis, iiſque ſolis & clauſis januis, reſcripſit Sacra Congregatio Concilii interpres *in Converſana Juriſdictionis* 8 *Maji* 1751, *ad dubium decimumtertium*. Conceptum enim fuerat hoc dubium: *An ad crates Eccleſiæ ſeu collocutorii, aut alibi, liceat Commiſſario Monaſterii ſermonem aut conciones habere ad Moniales ſine Epiſcopi licentia?* Et reſponſum fuit *affirmative pro ſolis Monialibus, & clauſis januis*. Videtur autem hac reſolutione receſſum a mox dicta Conſtitutione Clementis X. Quod vero concernit Clericos ſæculares, a mox dicta lege excipiendi ſunt Parochi, tum Canonici Theologi, qui vi propriorum munerum prædicare poſſunt, & tenentur, quin opus habeant licentiam Epiſcopi impetrare. Cæterum ſi vel Parochus, vel Canonicus Theologus impeditus ſit prædicare per ſe ipſum, nequit alium ſubſtituere ſine approbatione Epiſcopi; *Rouſſeaud de la Combe eodem loco ſect.* 3, *num.* 1, *& ſect.* 5, *n.* 5. Quod ſi vel unus vel alter negligat prædicare, poteſt Epiſcopus alium ſubſtituere impenſis negligentis, ſecus vero ſi prædicare velit; *idem Auctor ubi ſupra*. Notabile eſt, quod Epiſcopus poteſt, ubi ita exiſtimar, non approbare Clericum vel ſæcularem vel Regularem ad prædicandum; nec tenetur cauſam aperire cur illum non approbet. Sin autem ipſe Epiſcopus cauſam manifeſtaverit, cur illum non approbaverit, eaque minus legitima ſit, non prohibetur recurſus ad Superiores; *Rouſſeaud de la Combe ibid.* ſect. 2, n. 4.

(g) Carolus Regius de Origine ac ritibus priſcis ſacrarum concionum: Origo Sanctiſſimæ hujus conſuetudinis in Chriſtiana Eccleſia, ab ipſa vetere hebræorum Eccleſia promanavit: apud quam & ſtati conventus erant, & recitatio, & ſermo. Conveniebant enim in Synagogas unoquoque Sabbato, tum legebatur pars aliqua ſanctorum voluminum, poſtea ſermo modo paræneticus, modo Didaſcalicus, vel ex utroque mixtus adhibebatur, ſive ad obſcuriora divinis litteris explicanda, ſive ad formandos corrigendoſque mores. Hæc omnia facile colliguntur ex Luc. 4. *Intravit*, inquit, *Jeſus ſecundum conſuetudinem ſuam die Sabbati in Synagogam, & ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Iſajæ Prophetæ, & cum evolvit librum, invenit locum ubi ſcriptum erat: Spiritus Domini ſuper me,* poſtque recitatum locum ſubditur, *& cum plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & omnium in Synagoga oculi erant intenti in eum: cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta eſt Scriptura in auribus veſtris*. Similia dicuntur Act. 13. *Venerunt Antiochiam* (nempe Paulus, & Barnabas,) *& ingreſſi Synagogam die Sabbatorum ſederunt. Poſt lectionem autem legis, & Prophetarum miſerunt Principes Synagogæ ad eos dicentes: Viri fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad populum dicite. Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens, ait: Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite*. Et poſt abſolutum Sermonem ſubjungitur: *Exeuntibus autem illis, rogabant ut ſequenti Sabbato loquerentur ſibi verba hæc*. Et mox: *ſequenti vero Sabbato pene univerſa civitas convenit audire verbum Dei*: ubi & conventus Civitatis & lectio, ſive recitatio legis, ac prophetarum habetur, tum exhortatorius ac paræneticus Sermo. Sed hæc proximis Chriſto Domino temporibus, cum certum ſit hoc ritu geſta, quanto ante cœpta ſint, non oſtendunt. Et Sacrarum

qui-

quidem tractationum origo aliqua mihi dubium non eſt, quin ab ipſa prope mundi origine repeti debeat. Nam etſi *Philo Judæus lib. de Abrahamo initio*, de antiquis Patribus loquens, *ſcholas nullas frequentaverant*, inquit, *nullis præceptoribus uſi fuerant, ſed a ſe ipſis inſtituti doctique ordinem naturæ ſecuti ſunt*, tamen cum cæteras diſciplinas ab *Adamo* propagatas apud Chriſtianos Doctores communis ſententia ſit, veræ pietatis, ac morum diſciplinam, uti majores momenti eſt, ita accuratius ab eo traditam, & aliquod jam tum exercitum fuiſſe religionis magiſterium, dubitandum nequaquam videtur. Nec vero *Enos Geneſi* IV cœpiſſe dicitur invocare nomen Domini propterea quod nullus antea religionis cultus eſſet, ſed ut eo loco noſter *Pererius* putat, quod eum ipſe cura, & prædicatione excoluit. Jam *Noe* inter prædicatores merito numeretur, qui a Divo Petro *ſecunda Epiſtola* cap. 2, *Juſtitiæ præco* nominatur, & iterum *Epiſtola prima cap.* 3, *prædicaſſe ſignificatur, iis qui increduli fuerant, cum fabricaretur arca; quem denique Joſeph Hebræus* refert corrupta hominum facta moleſte, & indigne ferentem adeo fuiſſe, ut melius voluntates, ac opera tranſmutarint, ut cum videret illos ſibi non parere, veritus ne ſe & ſuam familiam interimerent, in aliam regionem migravit. Verum qui, quoque modo ſacri conventus ſermoneſque uſque ad id tempus, atque etiam ex hoc tempore uſque *ad Moiſem* fuerint, proditum non eſt. Potuit tamen intelligi vis eloquentiæ ex eo quod audax ædificandæ *Turris Babyloniæ* conſilium ingreſſos omnes facta narrat hiſtoria, quia erat terra labii unius, & ſermonum eorumdem; nempe ut facile incitari, & inflammari quæ ad id opus neceſſaria erat multitudo poſſet. Quare, & totum opus ea communione ſublata diſturbatum eſt. Videtur deinde aliquod doctrinæ magiſterium in *Ægypto Joſeph* exercuiſſe, qui dicitur *Pſalmo* 104 *conſtitutus* a Pharaone *ut erudiret Principes ejus ſicut ſemetipſum & ſenes ejus prudentiam doceret*. Quo loco Sanctus Auguſtinus *optime conveniſſe dicit tanti Patriarchæ zelo, ut non tantum alendis corporibus, ſed & ipſis hominibus melioribus efficiendis occuparetur*. Nec veriſimile eſt tanto tempore, *quo Hebræi in Ægypto* vixerunt omni pietatis doctrina caruiſſe. Sed illud obſervandum eſt, cum ſtatuiſſet eum populum Dominus liberare, & ad certam vitæ, pietatiſque rationem formare, *Moyſi* quem Principem legebat, *Aaronem* eloquentem addidiſſe, quia, ut infra proprio loco dicetur, præcipuum regendarum communitatum eſt inſtrumentum oratio. Prima deinde concio tempore *Moyſis* indicatur, *Exodi* IV, ubi ex præcepto Domini *Moyſes*, *& Aaron congregaverunt cunctos ſeniores filiorum Iſrael, loquutuſque eſt Aaron omnia verba, quæ loquutus eſt Dominus ad Moyſen*: at multi deinceps cœtus, ſermoneſque publici memorantur, præſertim quibus accepta a Deo *Moyſes* populo exponebat. Atque hæc de vetuſtiſſimo ſacrarum concionum uſu.

Sed ut ad originem lectionum legis, quæ Chriſti fiebant tempore redeamus, ſane antiquam fuiſſe, *S. Jacob in Act. Apoſt. cap.* 15, docet, cum ait: *Moyſes enim a temporibus antiquis habet in ſingulis civitatibus, qui eum prædicent.* Joſephus autem *lib.* 2 *contra App.* id a *Moyſe* inſtitutum refert, & ob eam quoque cauſam cæteris eum legislatoribus præfecit. *Non ſemel*, inquit, *audire, nec ſecundo, nec ſæpius, ſed in unaquaque ſeptimana alia opera relinquentes ad legis auditionem congregari præcipit univerſos, eamque perfecte condiſcere, quod ſcilicet omnes legislatores reliquiſſe noſcuntur*. Hoc Moyſis præceptum de cujuſque hebdomadæ ad legem audiendam conventu, in ſacris litteris diſerte, quod ego animadverterim, non extat. Sed *Deut.* cap. 31, ſeptimo quoque anno legenda præcipitur, anno remiſſionis, in ſolemnitate tabernaculorum. Significat tamen crebram tractationem *Lev.* X Deus, dum prohibens Sacerdotes tabernaculum intraturos quicquam quod inebriare poſſit, bibere, cauſam addit, *ut habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum, & profanum, inter pollutum, & mundum, doceatiſque filios Iſrael omnia legitima mea*. Veriſimile tamen eſt, etiam tum Sabbatis ſingulis fuiſſe morem docendi: quos dies Philo Lib. de *Decalogo* ubique tradit præcipue fuiſſe ſtudio ſapientiæ dedicatos: & ob eam rem proſeu-

chas, ſeu Synagogas fuiſſe quasdam juſtitiæ cæterarumque virtutum ſcholas: & libro de *Vita Moſys* c. 3, eum morem, & ipſe ab eo repetens, deſcribit his verbis: *Mos erat certis temporibus præcipue Sabbatis operam dare ſtudio ſapientiæ, principe*, ideſt Moyſe, *doctoris vice fungente, præmonſtranteque officia, ſubditis autem honeſte proficientibus, & mores, vitamque corrigentibus*. Quæ conſuetudo a majoribus per manus accepta, hodie durat apud Judæos. Cæterum cum initio Moyſes fungeretur hoc munere, partitus videtur in plures, tum cum ſeptuaginta viros juſſu Dei elegit, qui divino repleti ſpiritu prophetare cœperunt. Nam cum ante ex Soceri Jetri conſilio legiſſet, qui ad civilem ſibi adminiſtrationem adjumento forent; hos, ut maxime in rebus divinis auxilio eſſent, adlectos, ducent ſacri interpretes. *Deut.* XXIV, & XXXI, doctorum mentio fit, & *Num.* XI, Magiſtrorum. Adque iidem ſignificari omnibus his locis videntur, qui ſcribæ alibi nuncupantur. Itaque cum, ut recte inter cæteros Toletus *c.* 18 *Job.* docet, *ſcribæ cœperint una cum lege*, Doctores illi & Magiſtri iidem atque ſcribæ ſtatuendi videntur. Nam quod S. Hieronymus *in c.* 8 *Iſa.* non multo ante Chriſtum tempore extitiſſe ſcribas, & phariſæos ait, vel de ſolis intelligendum eſt phariſæis, quos dumtaxat ubique Joſephus inter Judaicas ſectas enumerat, numquam autem ſcribas, vel quod ritus aliquos de novo, quo tempore Phariſæi orti ſunt, ipſi quoque aſſumpſerunt.

Ex hactenus dictis colligitur, initium ſacrarum concionum repetendum a prima divini cultus origine: Ubi autem ſcripta lex acceſſit, & acceſſiſſe lectionem ejus, & explicationem, quæ proprie ad Sacerdotes, & Scribas pertinebat: quibus deinde non multis ante Chriſti adventum temporibus acceſſere Phariſæi, proptereaque dictum eſt, *ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi;* illud enim negari non poteſt, ſive præceptum fuerit Moyſis, ut ſcribit Joſephus, ſive mos ab illo introductus, qui præcepti vim habuerit, ut Sabbatis ad audiendam legem, & explicationem ejus, morumque diſciplinam conveniretur; fuiſſe morem hunc non ſemel interruptum, vel in captivitatibus, vel in ipſorum Regum, & populi idolatriis. In captivitatibus quidem ne legere quidem licuiſſe legem S. Chryſoſtomus, & in homilia *contra Judæos*, & in demonſtratione contra Gentiles, quod Chriſtus ſit Deus, ad finem affirmat. Certe dum ipſi Sacri libri penitus amiſſi erant, ut colligitur IV Regum XXII, & II Par. XXXV, ubi unus narratur inventus, cumque tradantur combuſti, antequam reſtituerentur ab Eſdra (ut ajunt plerique) legi non potuere.

Sed merito quærat aliquis, num idem eſſet lector, & explicator, quia Chriſtus Dominus prius legit ipſe, deinde explicavit Iſajæ locum. Et Eſdræ II, 8, Eſdras idem loquitur, & legit. At Philo Lib. *quod omnis probus eſt liber*; loquens de Eſſæis, aliter eos feciſſe ait. *Has*, inquit, (hoc eſt primas leges) *ediſcunt, & alio tempore, ſed præcipue recurrente die ſeptimo, quem ſacratum exiſtimant, feriatumque ab omnibus aliis negotiis. Quoties ſacras Ædes, quas Synagogas vocant, adeunt, pro ætatis ordine juniores ad ſeniorum pedes conſidunt, & ad audiendum ſe componunt. Ibi alius ex libro legit, alius quiſpiam unus e peritioribus accedens, quæ obſcura ſunt explicat*. In Act. c. XIII, Paulus & Barnabas poſt lectionem invitantur a Principibus Synagogæ, ut loquantur ſi quem haberent *Sermonem exhortationis ad populum*: & alibi docuiſſe in Synagogis dicuntur, nec unquam legiſſe. Itaque videtur hic mos fuiſſe, ut certus eſſet lector, ſermo ab aliis haberetur, qui ſi vellent alium Scripturæ explicare locum, etiam eum legerent, quod fecit Chriſtus Dominus; nec tamen vetitum fuiſſe, quin legeret idem & explicaret. Quo loco admirari licet ſingulare Iſajæ privilegium, ut ejus prophetiam Dominus ipſe, & legere ſtans voluerit, non ſolum explicare, ſed & demonſtrare completam.

Rurſus dubitari poteſt, num omnibus liceret in Synagoga docere. Ita affirmant aliqui, & videtur ex eo confirmari, quod Chriſtus Dominus a nullo invitatus ſæpe docuerit. Sed mihi veriſimile non eſt, fuiſſe promiſcuum, & confuſum morem; ſed ſolum Scribis, & Phariſæis licuiſſe differere

etiam

etiam non invitatis pro ſuo munere: Chriſtum autem Dominum extra omne exemplum eſſe: Paullum ſua uſum poteſtate, quod eſſet Phariſæus eruditus ad pedes Gamalielis, & cæteros Apoſtolos, vel invitatos, ut Paullum, & Barnabam, vel ſeſe obtuliſſe, ac veniam impetraſſe dicendi. Neque obſtat locus Ambroſii, qui in illa Pauli verba I Cor. XIV, *Poteſtis enim per ſingulos prophetare, ut omnes diſcant, & omnes exhortentur.* Hæc, ait, *traditio Synagogæ eſt, quam nos vult ſectari, quia Chriſtianis quidem ſcribit, ſed ex gentibus factis, non ex Judæis, ut ſedentes diſputent ſeniores dignitate in cathedris, ſequentes in ſubſelliis, noviſſimi in pavimento ſuper mattas; quibus ſi revelatum fuerit dandum locum præcipit, nec deſpiciendos, quia membra corporis ſunt.* Non inquam obſtat hic locus, quia ſolum dicit, ſi cui noviſſimorum quid fuerit revelatum (ut erat tum extraordinaria illa divinorum Chriſmatum copia) dandum ei locum eſſe, non quod ille ſe nulla poteſtate dicendi impetrata, poſſet intrudere, ſed quod offerenti ſeſe dicendi locus negari non deberet. Nam profecto niſi aliquo appareret manifeſto miraculo, fuiſſet nec ne ei vere divinitus revelatum, an fallaciter, an a Dæmone illuſum, erat id judicandum, antequam quivis e turba dicere teneretur. Omnia autem juſſit Paulus honeſte, & ſecundum ordinem fieri; & ne quid diceretur abſurdi, cæteros dijudicaſſe, nimirum cæteros a Prophetis. Non enim ut hæretici perperam interpretantur, judicium rerum divinarum, imperitæ multitudini permittebatur. Probabile omnino igitur videtur, & in Synagoga non licuiſſe cuivis, niſi poteſtas fieret, diſputare.

Quæritur ad hæc 3, ſederent ne inter dicendum eo tempore, an ſtarent? Legentes quidem ſtetiſſe, & ex c. 8, lib. 2 Eſdræ colligitur, & ſatis aperte ipſum Chriſti Domini dum Iſaiam legit exemplum docet. Communior autem mos fuiſſe videtur, ut docentes ſederent: unde & cathedra Moyſi nominatur, & ſedere ſuper eam Scribæ & Phariſæi dicuntur; & Chriſtus Dominus Luc. 2 inventus eſt duodennis *in medio doctorum*, utique ſedentium, ſedens. Cum legiſſet Iſaiam ſtans, docturus ſedet. Matth. VIII docturus in monte ſedet. Luc. V *ſedens docebat de Navicula turbas*: Joan. VIII ſedens docet in templo populum. Matth. 26. *Quotidie apud vos ſedebam docens in templo*. Quod autem dicitur Joan. 7: *In noviſſimo autem die magno feſtivitatis ſtabat Jeſus, & exclamabat*; videtur feciſſe propter multitudinem, quæ aderat, cum eſſet opus conatu majore, vel ut arbitror, quia non conſueto habendis concionibus loco hæc clamavit, ſed ex media turba. Illud autem Luc. VI: *Stetit in loco Campeſtri*, potius videtur ſignificare, quod conſtiterit, & quieverit, quam ſitum aut ſtatum corporis. Act. 13 dicitur *ſurrexiſſe Paullus*, vel quod ad dicendum prodierit, conſuetumque locum conſcenderit, ubi ſederet, vel quod Archiſynagogum ſalutarit. Sed plane mihi videtur eo loco ſtetiſſe. Nam etſi moris eſſet ſedere, non tamen vetitum, quin, ſi cui placeret, commodumque eſſet, ſtans diceret, qui doctorum ethnicorum mos erat. Et Act. 5 locuturus in Concilio Gamaliel ſurrexit. Quod autem Petrus in prima ſua concione Act. 2, & Paullus in medio Areopagi ſteterint, non ſignificat morem temporis, ſed opportunitatem, & neceſſitatem loci. Locus nuper citatus e S. Ambroſio, ſediſſe omnes ſignificat. Et in eodem loco S. Paullus, cum ait, *quod ſi alicui revelatum fuerit ſedenti*; *prior taceat*: videtur ſignificare dicentem ſtetiſſe, eique ſedentem opponere. Quare, ut dixi, communi uſu ſediſſe, aliquando etiam ſtetiſſe videtur. Hæc autem quæ in Synagoga olim ſervabantur, non multum mutata in Chriſti Eccleſia recepte ſunt. Ita ut cum ipſa naſcente, & creſcente pariter hic titus & natus, & adultus ſit. De poſteriore vero tempore, quia res ante oculos eſt, non eſt quod dicam. De primo illo docet nos Tertull. in Apolog. 39, qui recens ab ætate Apoſtolorum, qui tunc maxime in Eccleſia vigebat, nos ignorare non patitur. *Cogimur*, inquit, *ad litterarum divinarum commemorationem, ſi quid præſentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoſcere: Certe fidem ſanctis vocibus paſcimus, ſpem erigimus, fiduciam figimus, diſciplinam præceptorum inculcationibus*

nibus denſamus. *Ibidem etiam cohortationes*, *caſtigationes*, & *cenſura divina*. In quibus verbis aperte meminit conventus, cum ait *cogimur*, & ſacræ lectionis, ſeu recitationis, quæ erat *commemoratio divinarum litterarum*; denique ſermonis, cujus ille erat ſcopus, commonere, exhortari, mores formare bonos, depravatoſque corrigere, & caſtigare. Idem oſtendit locus ex S. Ambroſio in primam ad Corinth. paullo ante citatus. Sed jam ut diſtinctius proprios Chriſtiani populi ritus tractemus, ab ipſo concionatore quaſi novum principium deſumamus.

De ipſo concionatore.

Certum eſt prædicandi Evangelii munus inde uſque ab Origine Eccleſiæ proprium Chriſtianorum fuiſſe, quod ex Act. Apoſt. c. 6. apparet: ubi propterea Diaconi inſtituuntur, ut Apoſtoli orationi, & prædicationi inſtantes ſint; & ex D. Paullo I Cor. 1, ubi ſe miſſum dicit ad prædicandum, non ad baptizandum. Ex Dionyſio quoque Areopagita, & Apoſtolicis conſtitutionibus perſpicue id patet, ut a nobis infra fuſius diſſeretur. Et quamvis nonniſi in ſua cuique Epiſcopo Diœceſi prædicare liceret, tamen illa priſcis temporibus viguit conſuetudo laudabilis, ut Epiſcopi peregrini ad verba facienda ab Epiſcopo ad quem divertiſſent, invitarentur: de qua re in Apoſtolicis Conſtitutionibus lib. 2, cap. 58, ſic habetur: *Rogabis Epiſcope eum* (idest peregrinum Epiſcopum) *ut ſermonem habeat apud populum docendi cauſa: eſt enim oratio, & monitio hoſpitum grata, & mirum in modum utiliſſima*; qui mos videtur acceptus ex eo quod dicitur, Act. 13, *miſſos a Principibus Synagogæ, qui invitarent Paullum & Barnabam, ut ſi quis eſſet in eis ſermo exhortationis, ad plebem dicerent*. Idem ſæpe legimus obſervatum ab antiquis Monachis, qui hoſpites ad pios ſermones invitabant, eumque morem, ut alia multa S. Cardinalis Borromæus in Mediolanenſi Eccleſia, & decretis, & uſu noſtra memoria revocavit. Addi illud poteſt, veterum fuiſſe ritum, ut Epiſcopum prædicantem Diaconi cuſtodirent, quos Evariſtus Ep. I ſeptem eſſe voluit. Aſſiſtebant autem Epiſcopo, eumque cuſtodiebant, non quod aliquod periculum ineſſet, illique inſtar prætorianæ cohortis adeſſent, ſed ad majeſtatem divinorum eloquiorum indicandam, interimque ut caverent ne quid in populo ſtrepitus, aut turbæ oboriretur. Præter Epiſcopum licebat & Presbyteris conciones habere: quod quidem in iis Eccleſiis, quæ Epiſcopo carebant, nullam habet difficultatem. In Africa tamen coram Epiſcopo, ne ejus quidem juſſu mos erat Presbyterum loqui. Propetereaque Poſſidius in S. Auguſtini vita narrat perinique tuliſſe alios Africæ Epiſcopos, quod Valerius Antiſtes Hypponenſis Auguſtino etiam non Presbytero docendi munus dediſſet. Quam conſuetudinem perſtringit S. Hieronymus *Ep. ad Nep.* his verbis: *Peſſimæ conſuetudinis eſt in quibuſdam Eccleſiis tacere Presbyteros, & præſentibus Epiſcopis non loqui; quaſi aut invideant, aut non dignentur audire*. Socrates refert miniſterium verbi Dei interdictum Alexandriæ Presbyteris, ex quo tempore impius Arius Presbyter ſermonibus ſuis Eccleſiam Dei dilaceravit. Auxentius vir ſanctiſſimus, ut eſt in hiſtoria Concilii Conſtantinopolitani ſub Leone ad Synodum invitatus, excuſabat ſe dicens, *non eſſe Monachorum docere, ſed doceri*, & illud munus iis convenire, qui honorati Pontificatu eſſent. Paullatim tamen ut videmus ab Epiſcopis munus hoc Apoſtolicum ad Presbyteros defluxit, ut jam pene non niſi horum voces ex ſuggeſtis audiantur. Hiſtoria tripartita lib. 9, c. 39, & Nicephorus lib. 12, c. 34, narrant Romæ, nec Epiſcopum, neque alium quemquam in Eccleſia ad populum verba feciſſe; quod & per ſe incredibile eſt, & falſum eſſe non ſolum ex Gregorii Magni, & ante eum Magni Leonis homiliis apparet, ſed & e Sermone II de Reſurr. S. Leonis, ubi adjiciendum Evangelicæ narrationi ſui ſermonis officium dicit, *quod populus piæ conſuetudinis debitum depoſceret*, & Prudentius, ut infra refertur, *Tribunal* deſcribit, unde *Deum prædicabat Antiſtes*. Haud vero dubium eſt Diaconis quoque verbum Dei tractare aliquando fuiſſe conceſſum. Notum eſt ex Apoſtolorum Actis quanto ſpiritu & fructu Diaconorum Princeps Stephanus de Chriſto Domino diſputaret, *& plenus gratia, &* for-

fortitudine multa ſigna faceret. Philippus unus e ſeptem Diaconis propterea Act. 21 Evangeliſta nominatur, non quod ſcripſiſſet, ſed quod prædicaret Evangelium. S. Ignatius ad *Phil.* ſcribens, Philonem Diaconum laudat, quia ſibi in ſermone miniſtrabat, eosdemque monet ut Epiſcopo, & Presbyteris, & Diaconis attendant. In Epiſtola vero ad Heronem Antiochiæ Diaconum, *lectioni*, inquit, *attende, ut non modo ipſe leges noveris, ſed etiam aliis easdem interpreteris, ut Dei athleta*. Præcipue vero hoc munus Diaconi obibant perſecutionis tempore in adhortandis qui propter fidem habebantur in vinculis. Hinc Cyprianus Ep. 9, *In præteritum*, inquit, *ſemper ſub anteceſſoribus noſtris factum eſt, ut Diaconi ad carcerem commeantes martyrum deſideria conſiliis ſuis, & ſcripturarum præceptis gubernarent*. Et hæc fortaſſe eſt cauſa præter aviditatem auferendi theſauros, quos Diaconi cuſtodiebant, cur perſecutio acerrime eos inſectaretur, quod nimirum cæteros ipſi Chriſtianos ſua induſtria confirmarent. Origeni quoque ante Sacerdotium fuiſſe docendi publice munus permiſſum Nicephorus *lib.* 5, *c.* 14, narrat, & cum id tamquam numquam antea factum Demetrius Alexandrinus Epiſcopus reprehenderet, contra eſſe allatis exemplis Epiſcopi reſponderunt. Poſtea vero res & Pontificum, & Conciliorum decretis conſtitutæ; quæ in præſentia proſequi neceſſe non eſt.

Dubitari hic poteſt, conſtituta jam Eccleſia Chriſtiana ſicut ſupra de vetere quæſivimus, ſtanteſne, an ſedentes ſuas conciones antiqui noſtri Patres haberent? S. Thom. in c. 7 Joan. ſic ait: *Chriſtus docuit ſedens, & ſtans; ſedens quidem diſcipulos Matth. 5, ſtans autem turbas, ut hoc loco, & ideo inolevit conſuetudo in Eccleſia ut turbis prædicetur ſtando, religioſis vero, & clericis ſedendo, cujus ratio eſt, quia cum prædicatio ad turbas ſit quaſi ad eas convertendas, fit per modum exhortationis, ſed cum prædicatio ad clerum ſit quaſi jam ad exiſtentem in domo Dei, ut quædam commemoratio*. Eadem tradit in c. 5 Matth. quæ tamen rationes facti convenientem magis, quam probabilem originem habent. Nam ſui moris fuiſſe Chriſtus dicit, ſedendo quotidie in templo docere, ubi non ſolum diſcipulos, ſed etiam turbas docebat: *Et ſedens docebat de navicula turbas*; ut ſupra diximus, & raro, & ſolum in extraordinariis quibusdam ſermonibus ſtans aliquando docuit. Cæterum ad populum verba facientes ſtetiſſe antiquos Concionatores, multa ſunt teſtimonia: Chryſoſtomus in Matth. hom. 32. *Cauſa ſui Presbyter ſedet, cauſa ſui rectus ſtat Doctor laboribus, & afflictione affectus*: & *hom.* 16 *ad pop. Aut niſi multam a Patribus neceſſitatem ſuſtinuiſſem, neque ſurrexiſſem, neque locutus fuiſſem*. S. Auguſtinus Tr. XIX in Joan. *Noſtis ſtantes, quia ad panem ventris cum labore pervenitur, quanto magis ad panem mentis? Cum labore ſtatis & auditis: ſed nos cum majore ſtamus, & loquimur*. In Pſ. 33. *Adhuc quidem ſpectatores in theatro forte inſaniunt, & in ſole ſunt, ut nos ſiſtamus, in umbraculo ſtamus*. In Pſ. 147. *Gaudeo tantum eſſe voluntatem, & voluptatem in veritate verbi Dei, ut ſtudium noſtrum bonum in bono, & de bono vincat ſtudium inſanorum currentium in amphitheatrum. Numquid illi ſi tandiu ſtarent, adhuc ſpectarent?* Hæc quidem ſignificant morem ſtandi fuiſſe. Adde quod Magnus ipſe Conſtantinus, ut in ejus vita refert Euſebius l. 4, c. 9, cum plurimum deditus eſſet habendis concionibus, quod ſuarum eſſe partium exiſtimaret, imperio ſuo parentes ratione regere, ſi qua eo dicente incidiſſet occaſio de theologia loquendi, in rebus divinis erecto corpore conſiſtebat, contractoque vultu, & depreſſa voce, adhibita ſumma prudentia, & moderatione præſentium animos cœleſti diſciplina initiare, ac devincire videbatur. Cæterum ex altera parte idem S. Auguſt. ſe aliquando ſediſſe docet *hom.* 28 *lib.* 50 *hom. Quare loquor, quare hic ſedeo, quare vivo? Niſi hac intentione, ut cum Chriſto ſimul vivamus?* *Ser.* 49 *de diverſis*. *Ut ergo vos non diu teneam, præſertim quia ego ſedens loquor, vos ſtando laboratis*. Caſſiodorus in Tripart. l. 10, c. 4, & Niceph. l. 13, c. 4, verba feciſſe dicit S. Chryſoſtomum reſidentem. Exiſtimo tamen utroque modo factum; ſed communiorem fuiſſe morem, ut ſtantes loquerentur, niſi aut ſenectu-

Digitized by Google

nectute, ſeu infirmitate id non permittente. Nam & illod ex Auguſtino poſtremo loco allatum, videtur excuſatio, quod ſederet, tamquam præter morem. Quamquam diverſis in Eccleſiis, diverſi erant mores, ut Auguſtinus apte ſignificat de catechiz. rudib. c. 13, quem infra locum apponam.

Illud præterea hic prætermitti non debet, aliquando non habitos viva voce ſermones, ſed per Notarium recitatos. Hoc ſe feciſſe D. Gregorius M. l. 2, hom. 21, initio his verbis profitetur: *Multis vobis lectionibus, fratres cariſſimi, per dictatum loqui conſuevi; ſed quia laſſeſcente ſtomaco, ea quæ dictavero, legere ipſe non poſſum, quosdam veſtrum minus libenter audientes intueor. Unde nunc a memetipſo exigere contra morem volo, ut inter ſacra Miſſarum ſolemnia, lectionem S. Evangelii non dictando, ſed colloquendo, ediſſeram. Sicque excipiatur ut loquimur: quia collocutionis vox corda torpentia plus quam ſermo lectionis excitat, & quaſi quadam manu ſollicitudinis ut evigilent pulſat.* Et in prologo earumdem homiliarum ſic ait: *Inter ſacra Miſſarum ſolemnia, ex his quæ diebus certis in hac Eccleſia legi ex more ſolent, S. Evangelii 40 lectiones expoſui: & quarumdam quidem expoſitio aſſiſtenti plebi eſt per notarium recitata, quarumdam vero explanationem coram populo ipſe loquutus ſum, atque ita ut loquebar, excepta eſt.* Hic mos non ſolum habendi, ſed & recitandi conciones videtur fuiſſe cauſa cur S. Auguſtinus Pſalm. 118 per ſermones explicarit. *Nam ſtatui*, inquit, *per ſermones id facere, qui proferantur in populis, quos Græci homilias vocant; hoc enim juſtius eſſe arbitror, ut conventus Eccleſiaſtici non fraudentur pſalmi hujus intelligentia; cujus ut aliorum delectari aſſolet cantilena.* In Synodo Vaſenſi *can.* 4, decernitur: *Si Presbyter aliqua infirmitate prohibente per ſe ipſum non potuerit prædicare, Sanctorum Patrum homiliæ a Diaconis recitentur.* Videndum eſt, num ſignificet ſe ſcripto dixiſſe S. Auguſt. ſeu Fulgentius *ſerm. 6 de Sanctis*, dum ita orditur: *Quoniam video noſtras diſputationes graphio ceraque ligari, & nequaquam ſumus idonei lectitare, adjuvate meipſum quæſo interceſſu veſtro.* Fortaſſe non *lectitare*; ſed *dictare* legendum ſit, quod dixerit, quia videbat *ſcripto excipi* ſuas diſputationes. Nam fuiſſe morem excipiendi præter locum e S. Gregorio paullo ante citatum, non raro oſtendit S. Auguſtinus præſertim dum enarrat, & teſtatur in ejus vita Poſſidius, & Metaphraſtes in vita Chryſoſtomi, & colligitur ex Socratis *Trip. Hiſt. lib.* 11, *c.* 2, ubi ut oſtendat Attici Patriarchæ Conſtantinopolitani conciones nullo in pretio habitas, neminem fuiſſe ait, qui eas ſcriberet. Euſeb. *in Apolog. pro Origene*, ſolitum eum narrat in Eccleſiis pene quotidie extempore habere tractatus, quos notarii monumentis deinde tradebant. Hinc autem ſæpe fiebat, ut res vulgarentur immaturæ, nec ſatis excultæ. Propterea Cyrillus Alexandrinus *lib. 8 de ador. in ſpiritu, & veritate*, eam *Deuter.* 23 legem, quæ *ſi quis ex aliena vinea comedat uvas*, vetat quicquam in vas conjici, contra eos interpretatur, qui voces docentium in Eccleſiis, ut illic anima paſcatur, in libellos tamquam in vas conjiciunt cum damno famæ Doctorum, quod illi ſubito ſæpe effundunt, tamquam accurate compoſitum litteris mandantes. Ex dictis apparet priſcos concionatores ſæpiſſime allocutione uſos, non de ſcripto legiſſe; non raro tamen eorum ſermones lectos fuiſſe. Poſſunt his addi duo alia. Primum de modo indicendi ſilentium. Act. c. 13 dicitur: *Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens*. Ubi Chryſoſtomus ait fuiſſe eum morem Judæis, quod ex capite etiam 19 *Act.* poteſt intelligi, ubi dicitur: *Alexander autem manu ſilentio poſtulato volebat reddere rationem populo. Et cap. 21. Paulus ſtans in gradibus annuit manu ad plebem, & magno ſilentio facto alloquutus eſt lingua hebræa: & cap. 12 de Petro: Annuens autem eis manu ut tacerent, narravit quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere.* Non tamen S. Chryſoſtomus ſolis tantum Judæis affirmat hunc morem fuiſſe; quare non mirum ſi apud alias gentes inveniatur. Verum apud Xenophontem *lib. 5 pæd.* potius notari poteſt idem verbum græcum, quo utitur in perſimili ſignificatione Sanctus Lucas, quam moris ejuſdem ſilentii ante con-

cio.

Digitized by Google

cionem indicendi deſcriptio. Porro inter primos Chriſtianos Diaconus voce clara ante ſacram lectionem ſolebat ſilentium imperare, ut conſtat ex Clem. *lib.* 2, *c.* 57, & *lib.* 8, *c.* 11, qui ita præcipit: „ Diaconus „ populum ſpeculetur, ne quis murmure „ obſtrepat, dormitet aut nutus faciat. O- „ portet enim ſtare in Ecclesia ſapienter, „ ſobrie, & vigilanter auribus ad verbum „ Domini intentis. *S. Chryſoſtomus* hom. „ 19 in Act. Stat miniſter: communis mi- „ niſter alta voce clamat, ac dicit, Atten- „ damus, & ſæpius illam vocem clamat: „ Hæc communis Eccleſiæ eſt, quam ille „ emittit, & nullus attendit. Poſt illam „ incipit lector. " Secundum eſt de Salutatione Angelica, quam nunc ante concionem pronunciamus. Cujus inſtituti ante B. Vincentium Ferrerium, qui ſolet præmittere ſuis ſermonibus; *ſalutetur Beata Virgo*: auctorem nullum inveni: Arbitror eſſe recens inſtitutum, & inductum forte propter hæreſes in B. Virginem exortas, cum ipſa ſit quæ omnes hæreſes interimere queat. Adde quod in hac oratione fit mentio incarnati Verbi, cujus myſteria maxime prædicanda ſunt, ut S. Paulus Titum monet: *Hæc loquere, & exhortare*. Oratio certe ante concionem ſemper uſurpata fuit. Auguſt. lib. 4 de Doc. c. 15, Chryſoſtomus hom. 3 de Incompr. Dei nat. & paſſim in ſuorum ſermonum initio Sancti Patres orationes populi poſtulabant. Nec vero dubitari debet, morem inchoandi a ſigno Crucis eſſe perantiquum. Cum enim dicat Tertullianus de Cor. Mil. „ ad om- „ nem progreſſum atque promotum, ad o- „ mnem aditum, & exitum, ad veſtitum „ & calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad „ lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcum- „ que nos exhortatio exercet, frontem cru- „ cis ſignaculo terimus, " quis ambigat, & concionem auſpicaturos idem feciſſe? Corippus equidem Gramaticus Africanus, dum verſu orationem exequitur, quam Juſtinus Imperator ad populum habuit, ſtatim ut accepit inſignia imperii anno, ut Baronio placet, quingenteſimo ſexageſimo quinto hæc canit:

Ipſe coronatus ſolium conſcendit avitum,
Atque crucis faciens ſignum venerabile ſedit,
Erectaque manu cuncto præſente Senatu,
Ore pio hæc ait.

De Auditoribus.

Conſueverant intereſſe concionibus non Chriſtiani ſolum, ſed & Catechumeni, quod vulgatum eſt. Sed conſiderandum quid ſibi velit Ambroſius Ep. 33 dum ait: *Poſt lectiones, atque tractatum dimiſſis catechumenis ſymbolum aliquibus competentibus in baptiſteriis tradebant Baſilica*, iidem enim videntur eſſe *competentes*, & *Catechumeni*. Extat ſermo S. Auguſtini *ad Competentes* 8 *de diverſis*, ubi & ipſum vocabulum non aliunde, quam *de ſimul petendo, atque unum aliquid appetendo compoſitum dicit*. Quod ſi qua diſtinctio eſt, ea videtur poſſe tradi, ut catechumeni omnes dicerentur, quamquam baptiſmum in præſens differrent: Competentes autem ii præcipue qui peterent moxque eſſent ſuſcepturi. Quæ diſtinctio videtur confirmari ex verbis S. Auguſtini Conf. lib. 8, c. 2, de Victorino loquentis: *Ubi autem imbutus ex primis inſtructionum Sacramentis* (nempe inter catechumenos) *non multo poſt & nomen dedit, ut per baptiſmum regeneraretur aqua* (ſcilicet inter competentes adſcriptus). Dimittebantur autem poſt ſermonem catechumeni, unde ſer. 237 Auguſtinus: *Ecce*, inquit, *poſt ſermonem fit miſſa catechumenis, manebunt fideles*: Ideſt *miſſio fit catechumenorum*, unde & *miſſa catechumenorum* pro ea parte, quæ uſque ad oblationem continetur, nomen accepit. Nec hi ſolum ad ſermonem convenire poterant, ſed & Hæretici, Pagani, Judæi. Ita habetur de. conſ. diſt. p. e. 66, & in Concilio Carthaginenſi IV, c. 84. Severe etiam obſervatum eſt, ut ante benedictionem fidelium nemo diſcederet: quia & canon exſtat Conc. Carthaginenſis c. 74 in hæc verba: *Sacerdote in Eccleſia Dei verba faciente, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicetur*. Et in Concil. Agathenſi

zhenſi ſtatutum eſt, ne ante Sacerdotis benedictionem populus egredi præſumat. Quod ſi fecerint, ab Epiſcopo publice confundantur. Cui decreto occaſionem dedit Cæſarius, qui Concilio præerat. Cujus hiſtoriam, ſi lubet, vide apud Surium die 27 Auguſti. Intererat autem populus, ſeparatim viris, fœminiſque diſcretis, quem morem egregie deſcribit Philo Judæus de Vita contemplativa dum de Eſſæis agit. *Per ſex dies*, inquit, *ſeorſum quiſque in ſuis illis modo dictis Monaſteriis philoſophantur, non progredientes foras, immo ne proſpicientes quidem: ſeptima vero conveniunt in cœtum communem, & juxta ætatis ordinem conſidunt, decenti habitu manus continentes ſub pallio, dexteram inter pectus, barbamque, ſiniſtram applicatam lateri. Dum progreſſus in medio natu major aſſerit*; & poſt pauca: *reliqui omnes auſcultant per ſummum ſilentium, annuentes oculis tantum, aut capite. Id commune ſemnæum, in quod ſeptimo quoque die conveniunt, ſepto clauditur duplici ſeparatis virorum, & mulierum cœtibus. Nam mulieres quoque ſimul auſcultant ex more, dumtaxat quæ inſtitutum idem ſectantur: medius autem paries a ſolo ſurgit tribus, quatuorque cubitis in modum loricula. Superiora uſque ad tectum patent, unde gemina provenit commoditas, & quod pudori fœminei ſexus conſulitur, & quod verba Doctoris exaudiuntur facile abſque ullis obſtaculis, quæ vocem ejus intercipiant*. Hæc Philo de Eſſæis refert, quos fuiſſe primos Chriſtianos ſub S. Marco in Eccleſia Alexandrina docet Hieronymus in lib. *de Script. Eccleſiaſticis in Marco, & in Philone* ſequutus Euſebium lib. 2 hiſt. c. 15. Idem aſſerit Epiphanius hær. 29, qui etiam Eſſæos ait eſſe dictos, quaſi Jeſſæos a Jeſu; idemque ſignificat Caſſiodorus l. 2, c. 5, de Inſt. Sed nobis non eſt hic immorandum, quia eſſet digredi extra inſtitutum. Legat qui vult Baronium anno Chriſti 64, qui horum Patrum teſtimonia allatis etiam rationibus confirmat. Sed redeuntes ad id, quod dicebamus; Clemens *lib. 2 Conſtit. Ap. c. 5, & 7, Sit autem*, inquit, *horum cura* (ideſt Diaconorum) *ut laici in altera parte, ordine, decore, & quiete ſedeant: item ut ſedeant mulieres ſeparatim, & cum ſilentio, ne*, ut ait Cyrillus Hieroſolymitanus *in Præfat. ad catech. ſtudium ſalutis ſit perditionis occaſio*. S. Auguſtinus *de Civit. Dei lib. 2, c. 27, Populi conſtituunt ad Eccleſias caſta celebritate, honeſta utriuſque ſexus diſcretione, ubi audiant quam bene hic ad tempus vivere debeant, ut poſt hanc vitam beate ſemper vivere mereantur: ubi ſancta ſcriptura juſtitiæque doctrina de ſuperiore loco in conſpectu omnium perſonante, & qui faciunt, audiant ad judicium*. S. Chryſoſtomus *homil. 74 in Matth. Oportet quidem interiore pariete a mulieribus diſeparari* (ideſt viros) ; *verum quoniam non vultis, neceſſarium eſſe Patres noſtri putaverunt, ſaltem his ligneis parietibus vos diſcreparì: audivi autem ego a ſenioribus, non fuiſſe hos parietes ab initio. Non fuiſſe*, ait, *parietes ab initio*, primis ſtatim annis naſcentis Eccleſiæ: cæterum ex ipſis Apoſtolorum temporibus cœpiſſe hanc ſeparationem inter viros, ac mulieres ex citato Clementis loco poteſt intelligi. Cum autem improbitas paullatim creſceret, etiam ſepta pleriſque locis adjecta, conjici poteſt. Apud Græcos vel certe Conſtantinopoli in ſublimi tabulatu fœminæ conſiſtebant, cui etiam velum S. Chryſoſtomus ut in ejus vita Metaphraſtes narrat, obtendi juſſit, cum unus miniſtrorum ſacrorum aliquando oculum in deſpectante fœmina conjeciſſet. Hujus tabulati, & Nazianzenus in ſomnio meminit, quod infra ponetur. Oſtendit præter hæc idoneis teſtimoniis Joannes Baptiſta Durantius de rit. Eccl. l. 1, c. 18, mares in auſtrali parte, fœminas in boreali conſtitiſſe. Item Virgines a cæteris mulieribus in Eccleſia fuiſſe diſcretas oſtendit & S. Ambroſius *c. 6 lib. ad Virg. ſap. Nunc*, inquit, *vel illum locum tabulis ſeparatum, in quo in Eccleſia ſtabas, recordari debuiſti*. Totus vero populus ſeparatus erat a Clero: nam templa olim duas præcipue habebant partes, quarum altera gradibus ſublimior, Clero, altera humilior populo erat deſtinata. Et quidem eæ partes apud Græcos etiam cancellis dirimebantur, quos præclare Nazianzenus in Carmine ad Epiſcopos, ſignificare ait duos mundos, alterum ſtabilem, alterum fluentem,

bo-

Homines ac divos. *Hos quoque*, inquit, *qui mundos dirimunt, quorum effluit alter; alter at uſque viget, ſtabiliſque in ſæcula durat; divoſque atque homines diſcludunt limite certo cancelles &c.*

Jam vero an auditores ſtantes concioni adeſſent, an ſedentes, colligi ex dictis poteſt: ſed eſt diſtinctius explicandum. Populum in Africa ſtantem audiſſe ſæpe Auguſtinus oſtendit. *Tract. in Jo.* 112 *initio ais: Non in his ſermonibus, ſed in aliis laborioſis litteris quærat, nec ſtando, & audiendo, ſed potius ſedendo, & legendo condiſcat: & homil. 26, l. 50 homiliarum;* ubi feciſſet poteſtatem ſedendi quibusdam infirmioribus, & fœminæ aliæ non infirmæ eam licentiam ſibi ſumerent; & proſternerent ſeſe, & garrirent, rogat ut ſaltem ſedeant, & taceant. Verum alius in aliis Eccleſiis mos erat. Idem Auguſtinus *de Catec. rud. c.* 13, cum dixiſſet, occurrendum tædio catechumeni oblata ei ſeſſione, ſubdit: *Quamquam ſine dubitatione melius fiat, ubi decenter fieri poteſt, ut a principio ſedens audiet, longeque conſultius in quibuſdam Eccleſiis tranſmarinis non ſolum Antiſtites ſedentes loquuntur, ſed ipſi etiam populo ſedilia ſubjacent, ne quiſpiam infirmior ſtando laſſatus a ſaluberrima attentione avertatur, aut etiam cogatur abſcedere.* Addamus hic laude, ac imitatione dignum Magni Conſtantini exemplum, qui ipſummet Euſebium, qui hæc ſcripſit *lib.* 4 *de vita Conſtantini c.* 33, auditurus in Baſilica, rogatus, ut præparato conſideret ſolio, recuſavit: cumque jam multum temporis fluxiſſet, & finem facere Euſebius vellet, ne nimium Imperator defatigaretur, ille reſtitit, & ad ſermonem abſolvendum hortatus eſt. Cum vero Euſebius rurſus flagitaret ut ſederet, ſubtriſti, & auſtero vultu reſpondit, *nefas eſſe inſtitutis de Deo diſputationibus negligentes aures præbere, ſibi vero eſſe hoc in primis utile, cum pium ſit de divinis rebus differentes erectos audire.* Præterea illud, & hic adjiciamus, valde olim viguiſſe in populo plaudendi morem magna ex parte reprehendendum, de quo fuſe, & optime Chryſoſtomus ad popul. Antioch. hom. 38, & alibi vehementer inſtat, ut prava illa conſuetudo tollatur. Sic homil. 28: *Laudaſtis dicta: ſed plauſibus mihi non eſt opus, neque laudantium vocibus, & tumultu: unum dumtaxat volo, ut cum quiete, & intelligentia audientes, quæ dicuntur, faciatis: hoc mihi pro plauſu, hoc mihi pro laudatione. Si vero dicta quidem commendes, quæ vero laudas non exequaris, major quidem pœna, major autem accuſatio, & nobis dedecus, & deriſio. Nec enim theatro paria ſum præſentia, nec tragœdias ſpectantes, nec ſedetis, ut dumtaxat applaudatis. Hic eſt ſpiritalis ſchola; præterea & quod elaboratur unum eſt, ut dicta ſervetis, & per opera obedientiam exhibeatis.* Præclare *hom.* 3 *de incompr. Dei Nat.* cum magno plauſu admonitionem populus excepiſſet: *Plauſum illum deſidero*, inquit, *quem non dicta, ſed facta conficiant.* Eamdem ſignificavit immodicam plaudendi conſuetudinem Nazianzenus cum interrogante S. Hieronymo, ut ipſe refert Hieronymus ad Nepot. de Vita Cleric. quid ſibi vellet in Luca Sabbatum ſecundo primum? eleganter luſit; *Docebo te*, inquiens, *ſuper hac re in Eccleſia, in qua mihi omni populo acclamante cogeris invitus ſcire quod neſcis, aut certe ſi ſolus tacueris, ſolus ab omnibus ſtultitiæ condemnaberis.* Quibus verbis magnus ille Theologus ſignificavit plauſus fieri ſolitos a populo etiam ad ea, quæ non intelligeret. Quod evenit S. Auguſtino, cum ut legitur ſer. 47 de diverſ. ante ſolutam quæſtionem populus acclamavit. Quare ipſe ſubjecit. *Quid enim dixi? Quid laudaſtis? Ecce quæſtio eſt, & tamen jam laudatis:* & *ſerm.* 81 de malis Chriſtianis: *Neque miremini*, inquit, *multitudinem malorum Chriſtianorum, qui Eccleſiam implent, qui ad altare communicant, qui Epiſcopum, vel Presbyterum de bonis moribus diſputantem magnis vocibus laudant.* In verba tamen Pſal. 147, *Qui poſuit fines tuos pacem*, cum populus acclamaſſet ſubjecit potius laudans, quomodo exaltatis omnes? nihil dixeram, nihil expoſueram, verſum pronunciavi & exclamaſtis?

De tempore.

Tempus quo ſermones habebantur ad populum, inde uſque ab temporibus Apoſtolicis cœpit eſſe Dominicus dies, qui ſucceſſit Chriſtianis loco Sabbati Judæorum, & colligitur *ex Act.* 20, ubi dicitur: *Una autem Sabbati cum conveniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat profecturus in craſtinum*: quo loco una Sabbati ut apud Matth. prima Sabbati, eſt dies prima poſt Sabbatum, ideſt Dominica. Clemens in Conſt. Apoſt. cap. 59. *Die Dominico, qui eſt dies reſurrectionis, ſtudioſius templum Domini adite, ut Deum laudibus celebretis, qui fecit omnia per Chriſtum, quem ad nos miſit, & pro nobis mori permiſit, & a mortuis excitavit. Quid enim apud Dominum excuſare poterit, qui eo die ad audiendum verbum Dei ſalutare non convenit? Juſtinus* 2 *ad Anton. apol. ad finem*: *Die qui Solis dicitur, omnes qui in oppidis, vel agris morantur, unum in locum conveniunt, commentariaque Apoſtolorum, vel Prophetarum ſcripta leguntur, quamdiu hora patitur: deinde ubi is qui legit deſtitit, is qui præeſt admonet, & hortatur, ut ea quæ lecta ſunt, bona imitemur. Tum ſurgimus omnes, & comprecamur*. S. Auguſt. Conf. lib. 6, c. 3, ſeipſum narrat ſolitum Mediolani omni die Dominico audire S. Ambroſium verbum veritatis recte tractantem. Hinc præclara illa Chryſoſtomi admonitio *hom.* 5 *in Matth. initio, ut totus dies ponatur in recolendis auditis*. Cum enim reprehendiſſet auditores, quod conceptam in ſermone audiendo devotionem ſtatim digreſſi perderent, & ſaltem imitandam dixiſſet curam hominum in cuſtodienda pecunia, ſubdit, *paucos enim plerumque nummos cum aliquis accipit, & ſolicite reponit in ſacculo, & diligenter obſignat ſigillo. Nos vero poſtquam longe auro, gemmiſque pretioſiora ſuſcepimus eloquia, & inæſtimabiles ſpiritalium opes bonorum, neque ea in theſauro animæ recondimus continenda, ſed paſſim atque negligenter mentes noſtras effluere permittimus*. Et poſt pauca: *ne igitur iſta contingant, legem hanc nobis ſtatuamus immobilem, nec nobis tantum, ſed conjugibus etiam, liberiſque noſtris, ut unum hunc totius hebdomadæ diem, quo ad audiendum concurritur, totum in eorum, quæ dicuntur, meditatione ponamus*. Habebantur enim fere ſermones, dum fiebat ſacrificium intra *Miſſarum ſolemnia* poſt Evangelium ſolemni ritu a Diacono decantatum. Vide apud Clementem lib. 2, c. 57. S. Auguſtinus ex lecto Evangelio, & aliis lectionibus recitatis ſæpe exorditur. Ita fecit præcipue ſer. 7 de verb. Apoſt. & ſerm. 10, & ſer. 237 de temp. Aliquando & ante Evangelium tractatus fiebat. Nam ſer. 90 de temp. ait: *In lectione, quæ nobis ad Miſſas legenda eſt*. Ex ſine dubio habebatur interdum exhortatio extra Miſſæ tempus. Non ſolum autem Dominicis, ſed & diebus feſtis Sanctorum, præcipue Martyrum, fuiſſe morem concionandi, ſatis declarant ipſi, qui exſtant Sanctorum Patrum ſermones. Quibus diebus etiam ſolebat ipſorum Martyrum hiſtoria recitari, ut paſſim videre eſt in ſerm. S. Auguſtini de Sanctis. Immo hic accuratiſſimus Paſtor etiam quæ recens accidiſſent miracula digna cognitu recitari jubebat. Vide ſer. 31 de diverſ. & 39, ubi ſunt hæc verba: *Ego quia modo memini de libellis miraculorum Martyris, quæ in conſpectu veſtro leguntur*. Alexandrinis fuiſſe morem proprium narrat Nicephorus l. 12, c. 34, ut quarta hebdomadis die, & ea quæ *Paraſceve* dicitur, ideſt feria ſexta ſcripturas legerent, & Doctores eas exponerent. In Cypro autem, & Cæſarea Cappadocum eas in Sabbato, & Dominico die Veſperi poſt lucernarum accenſionem Epiſcopi, & Presbyteri interpretarentur. Nec Dominicis ſolum, feſtiſque diebus, ſed ſæpe quotidie, ſermones habebantur a diligentibus, & doctis Paſtoribus. Multæ in Chryſoſtomo habitæ leguntur homiliæ continuis deinceps diebus, & *ſerm.* 1 *de provid. vel de fato ad finem*: *Ideo*, inquit, *in auditorium hoc quotidie convenimus*. Multæ ſunt tales in S. Auguſtino, ut apparet ex ipſa mentione *heſterni ſermonis, vel craſtini*. Tract. 8 in Joan. in fine: *Sunt forte hodie multi qui propter ſolemnitatem diei, non propter audiendum ſermonem venerunt, craſtino qui venerint, venient audituri, ut nec frau-*

demus

demus ſtudioſos, nec gravemus faſtidioſos.
In proœmio *Tract. in. Epiſt. D. Joannis.*
Meminit ſanctitas veſtra, Evangelium S.
Joannis ex ordine lectionum, nos tractare
ſolere, ſed quia nunc interpoſita eſt ſole-
mnitas Sanctorum dierum, quibus certas
ex Evangelio lectiones oportet in Eccleſia
recitari, quæ ita ſunt annuæ, ut aliæ eſ-
ſe non poſſint., ordo ille quem ſuſcepera-
mus, neceſſitate paullulum intermiſſus eſt,
non omiſſus. Cum autem cogitarem quid
ſecundum hilaritatem præſentium dierum
per hanc hebdomadam vobiſcum de ſcri-
pturis agerem, quantum Dominus donare
dignatur, quod poſſit in his ſeptem vel
octo diebus finiri, occurrit mihi Epiſtola
D. Joannis: & tractatu quinto in eam E-
piſtolam initio: *Interceſſerunt autem ut in-*
termitteremus textum hujus Epiſtolæ, quæ-
dam pro diebus feſtis ſolemnia lectionum,
quæ non potuerunt niſi legi, & ipſa tra-
ctari; nunc ergo ad prætermiſſum ordinem
redeamus. Hinc intelligimus tractatus in
Evangelium, & in Epiſtolam S. Joannis ha-
bitos perpetuis fere diebus. Vide a Tract.
15 ad 33. Idemque in multis Pſalmorum
enarrationibus animadvertere licet. Verum
Maximus hic Doctor velut perennis divinæ
ſapientiæ fluvius bis eodem die aliquando et-
iam populum alloquebatur. Secundam con-
cionem in Pſal. 88 ita exorditur: *Ad reli-*
qua pſalmi, de quo in matutino loquuti
ſumus, animum intendite: & priorem ſic
terminarat: *Quod reſtat, ſi placet, ſerve-*
mus, quia longus eſt pſalmus, & adhuc
vobiſcum aliquid in nomine Chriſti ſumus
acturi. Reficite vires, non dico animi ve-
ſtri; nam video quod animo infatigabiles
eſtis; reficimini, & refecti ad cibos redi-
te. Significat & S. Baſilius bis eodem die
aliquando ſe ad populum feciſſe ſermonem,
cum extrema homilia 7 in examerone ſic
ait: *Utinam & inter edendum hæc omnia*
vobis enarrationes in cœna fiant, quæ vo-
bis hodierno die partim exoriente, partim
occidente Sole oratio tranſegit ac obtulit:
& in fine ſequentis homiliæ octavæ, *hic fi-*
nis ſit hujuſce noſtri convivii matutini,
ne ſatietas exuperans vos ad veſpertinas
ſumendas epulas voluptateſque capiendas
hebetiores efficiat; idemque ſignificat prin-
cipio, & fine homiliæ ſequentis, ſed in ex-
trema octava ſignificat, eam, & ſequentem
habitam jejunii die. Hanc ſermonum fre-
quentiam habebant præcipue in tractatibus,
cum librum aliquem e Sacra Scriptura in-
terpretandum ordine ad populum ſuſcipie-
bant, idque hoc ordine fiebat. Prius recita-
bat lector eam partem Sacræ Scripturæ, quam
tractator erat expoſiturus. S. Auguſtinus in
primam partem *Pſ.* 34, *Hucuſque* inquit
pſalmus lectus eſt hodie, hucuſque tractan-
dus eſt. Itaque ut commodum erat ad unius
ſermonis explicationem, ita dividebant lectio-
nes, quæ ſcilicet voluntariæ erant; nam quæ
jam certis temporibus fixæ, ac ſtatæ lege-
bantur, de iis nihil immutabant. Ferebat
autem vel ipſemet ſuum codicem tractator,
vel accipiebat a lectore. *Auguſtinus* ſerm.
50 de diverſis *pauca præfatus* „ ipſa, *in-*
„ *quit*, de libro Act. Apoſt. nobis lectio
„ recitabitur, ut videatis ubi deſcripta ſit
„ forma, quam deſideramus implere. Dum
„ ergo recitatur, vos intentiſſimos eſſe vo-
„ lo, ut poſt ejus recitationem quod inſti-
„ tui loquar. *Et ſubditur*: Lazarus Diaco-
„ nus legit: *& mox*: Cumque Lazarus Dia-
„ conus recitaſſet, & Epiſcopo Codicem
„ *tradidiſſet*, Auguſtinus Epiſcopus dixit:
„ Etiam ego legere volo: plus enim me de-
„ lectat hujus verbi eſſe lectorem, quam ver-
„ bi mei diſputatorem. “ Fuiſſe autem or-
dinarium morem, ut codicem tractator in
manibus haberet, apparet tract. 15 in Joan.
„ Hoc lectum, & hanc lectionem tractan-
„ dam in manibus geſtamus. *Tract.* 35 *in*
„ *fine*: depoſiturus ſum, & ego codicem
„ iſtum. *Tractatu ſequenti*: & tamen et-
„ iam nos humi repentes audemus tractare
„ iſta &c. quare iſta dixi? forte enim poſt
„ hæc verba quiſquam mihi juſte dicat, po-
„ ne ergo Codicem, quod excedit menſu-
„ ram tuam, quid ſumis in manum tuam?
„ *Tract.* 40 *de Evangelio S. Joannis*, quod
„ geſtare nos videtis in manibus, jam mul-
„ ta audivit caritas veſtra. “ Apparet autem
ipſummet, prout explicabat, ſolitum parti-
culatim legere ex multis locis. Tract. 45 in
Joan. „ Legamus ergo quia venturus eſt.
„ *Serm.* 45 *de diverſ.* Hoc quod geſtamus
„ in manibus, ſcriptura ſcilicet quam vide-
„ tis, commendat nobis inquirendam mu-
„ lie-

Digitized by Google

„ lierem quamdam, de qua paulo ante cum „ legeretur, audiſtis: de hac ſecundum le- „ ctionis tenorem, quam me portare con- „ ſpicitis, pauca pro tempore, quæ Domi- „ nus ſuggeſſerit, dicam. *In Pſ.* 127. Quam- „ quam eum cum cantaretur, audivimus, „ quia brevis eſt, curro eum, non tractans, „ ſed legens. *In Pſalm.* 21. Quid ſi mihi „ aliquis dicat: O ſtulte, quid interrogas? „ Codicem portas; legamus igitur quomo- „ do dictum eſt. *In Pſalm.* 79. Tamquam „ eruditi in ſchola Chriſti currere debemus, „ quæ plana ſunt, ut ſi forte obſcura exi- „ gant officium interpretandi ea, quæ plana „ ſunt, legendi officium a me debeant ef- „ flagitare. " S. Chryſoſtomus prima quam habuit homilia aliquot etiam verſus e Pſal. 148 legiſſe videtur, cum aliud tamen tractaret, ait enim: „ Cæterum ut vobis quod „ dico fiat evidentius, ipſum pſalmum ab „ initio vobis prælegemus. " Et S. Auguſtinus ipſum S. Cypriani volumen pro Concione legit. Ser. 14. de verb. Apoſt. „ Ro- „ go, *inquit*, vos ut paululum acquieſca- „ tis, lego tantum. S. Cyprianus eſt quem „ in manibus ſumpſi, antiquus Epiſcopus „ ſedis hujus. " Quæ auctorum ipſorum prolatio neſcio quod majus fidei, & auctoritatis pondus ſuo loco habet, & poſſit aliquando a noſtris fieri, quamvis non ſit uſus.

De loco.

Locus Sacrarum Concionum ſemper fuit is, qui judicaretur ad frequentiam aptus, & hoc ſignificat ut ſæpe eſt in Prophetis, & Pſalmis, Dei nomen laudandum in portis. S. Joannes Baptiſta erat prædicans in deſerto, cum multitudo ad eum conflueret. Chriſtus Dominus in monte, in litore, & in domibus privatis docuit: idque magna cura faciendum, & conquirendos etiam auditores oſtendit parabola illa Matth. XXII, cum Dominus nuptiarum miſit ſervos *in exitus viarum*, & ut addit Lucas, *in vicos & plateas Civitatis, in vias, & ſepes*, jubens ut compellerent intrare, *ut impleatur domus*. Et huc videtur ſpectare quod dicitur in Proverbiorum primo: *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba ſua.* Eam ſedulitatem ſequuti Apoſtoli, ubicumque ſe ferebat occaſio, divina ſpargebant ſemina: eumque imitati morem Apoſtolici viri S. Vincentius Ferrerius, Petrus Martyr, Antonius de Padua, Bernardinus Senenſis, & alii, magnas attulere promiſcuæ multitudini utilitates, & ſane egregium eſt opus caritatis hominibus in foro deſidentibus, nec alioqui Eccleſiam adituris, divina monita intonare. S. Nicolaus Tolentinas cum audiret in platea concionantem, ita commotus eſt, ut ex accepta ſemente tam uberes deinde fruges ſanctitatis ediderit. Præterea etiam Summi Pontifices eam in publicis foris concionandi conſuetudinem comprobantes multis Religioſorum familiis privilegia propriis decretis conceſſere, ut apparet Clementina *dudum de Sepult.* & Extravaganti *inter cunctos de privil.* & alibi. Hæc omnia quamquam vera ſunt, tamen proprius locus ſemper fuit vel templum ac Synagoga apud Hebræos, vel oratoria, & Eccleſiæ apud Chriſtianos. Ideo Dominus Joan. XVIII, *Ego ſemper docui*, inquit, in Synagoga, & in templo, quo omnes Judæi conveniunt. Et Act. XII de Paulo & Barnaba: *prædicabant verbum Dei in Synagogis Judæorum*. Ubi vero Chriſtiani ſuas habere cœperunt Eccleſias, apertius eſt, quam ut debeat teſtimoniis comprobari, in iis ſolitos legere ſacros libros, interpretari, & alios ad recte mores inſtituendos habere ſermones. Euſebius l. 2. hiſt. c. 17. ex Philone l. de vita ſup. refert Chriſtianos in omnibus locis conſtituiſſe ſacras ædes ad celebranda myſteria, & ſacros libros legendos. Juſtinus Apol. II docet Chriſtianos convenire ſolitos ad cœtum ad verbum Dei audiendum, & Euchariſtiæ adminiſtrationem. Clemens lib. 10. Recognit. ait Petrum convertiſſe domum Theophili Antiochiæ in Eccleſiam, & ibi cathedram conſtituiſſe ad docendum. Quin & ipſa *Eccleſiæ* vox primo ſignificat ipſum conventum, & congregationem, ſicut latine *concio* ipſum cœtum auditorum; deinde etiam locum ipſum, quo convenimus, quod in hunc finem inſtitutus ſit locus, ut eo ſe congreget populus ad divinum cultum, non ut Calviniſtæ mentiuntur, ad ſolum Dei verbum audiendum. Illud difficilius eſt, ex quo loco

Digitized by Google

Eccleſiæ ſermo haberetur. Certum eſt fuiſſe locum aliquem editiorem, unde conſpici prædicator, & audiri commodius poſſet. Hinc S. Auguſtinus ſer. 122 *De diverſis*, *Quamvis*, ait, *propter commoditatem depromendæ vocis altiore loco ſtare videamur, tamen in ipſo altiore loco, vos judicatis, & nos judicamur: Doctores dicimur, ſed in multis doctorem quærimus.* Dubitari autem poteſt idem ne locus Epiſcopo & ſedendi in templo, & concionandi eſſet. Videtur ſignificare diverſum S. Ambroſius Ep. 33, in qua referens habitum a ſe ſermonem de lectione Job: *Unum Job*, inquit, *miratuens aſcenderam. Omnes Job, quos mirarentur, inveni. Dum enim miratutus Job aſcendit*, procul dubio locum petit, unde de Job loquatur. At mihi quidem nequaquam ſimile vero ſit, ſi loquamur de ordinario more, ut e ſua ſella digreſſus locum alium dicturus conſcenderet. Et S. Auguſtinus ſignificat eumdem fuiſſe locum dum in Pſal. 126 hæc ſcribit: *Et Epiſcopi hæc faciunt* (*ideſt cuſtodiunt*) *nam ideo altior locus poſitus eſt Epiſcopis, ut ipſi ſuperintendant, & tamquam cuſtodiant populum. Nam & græce quod dicitur Epiſcopus, hoc latine ſuperintentor interpretatur, quia ſuperintendit, quia deſuper videt. Quomodo enim vinitori altior fit locus ad cuſtodiendam vineam, ſic Epiſcopis altior locus factus eſt, & de iſto alto loco periculoſa redditur ratio, niſi eo corde ſtemus hic, ut humilitate ſub pedibus veſtris ſimus.* Et mox: *tamquam vobis ex hoc loco doctores ſumus, ſed ſub illo uno magiſtro in hac ſchola condiſcipuli ſumus.* En: ex eodem loquitur loco, qui paratus erat in Eccleſia Epiſcopo, ubi etiam ad divina conſiſteret. S. Gregorius Nazianzenus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus intra cancellos concionabatur, ut ex ipſomet liquet, ubi de multitudine auditorum ad cancellos ſe protendente, ut orationem audiret, meminit, præſertim in *oratione* ad 150 Epiſcopos, & alias idem feciſſe credendum eſt. Sed D. Chryſoſtomus ob auditorum frequentiam ſuggeſtum in medio Eccleſiæ collocavit. Divus Auguſtinus *exedram* vocat locum illum celſiorem, ubi & Epiſcopo erat ſedes conſtituta, ac ſedilia Presbyteris locata, quibus ſolis coram Epiſcopo ſedere licebat: *l. 2 de Civit. Dei c. 8 ad finem*, de fratre ac ſorore miraculo S. Stephani ſanatis loquens, *in gradibus*, inquit, *exedræ, in qua de ſuperiore loco loquebar, feci ſtare ambos fratres, cum eorum legeretur libellus.* Et alibi. *Tract. 9 in Epiſt. Joan.* diſputans de anima, quæ caſto Dei timore prædita ſit; *Putas eſt*, inquit, *in hoc populo? Putas eſt in iſta Exedra? Putas eſt in hac terra?* Ubi *populus & exedræ* opponuntur, & idem eſt ac ſi diceretur, num in laicis, num in Eccleſiaſticis hominibus reperitur? Hic locus hodie vulgo Chorus vocatur. Et eumdem per Abſidam idem Auguſtinus ſignificat *ſer. 32 de diverſis*, ubi puellam curatam dicit reductam ad *Abſidam, ubi prius ſteterat*; ſtetiſſe autem prius in *exedræ* gradibus citato *de Civ. Dei* loco dixerat. Et Epiſt. 203 *ad Maxim. Epiſc. Donatiſtam*: *In futuro Chriſti judicio non Abſidæ gradatæ, nec cathedræ velatæ, nec ſanctimonialium occurſantium, atque cantantium greges adhibebuntur ad defenſionem, ubi cœperit accuſare conſcientia, & conſcientiarum arbiter judicare.* Quo loco cum honores, qui Epiſcopo habebantur, enumeret, intelligimus etiam velari, ideſt honorifico tegi ſtragulo ſolitas eorum cathedras, quæ in *exedra*, & *abſide* erant. Hinc enim *Abſis* ſignificat ultimam illam templi partem, in quam templi aula deſinebat, gradibus ſublatam, & in conchæ modum ſinuatam, unde & *concham* Sanctus Paulinus *Ep. ad Severum* XII appellat, quam & deſcribens ait, *Abſidem ſolo, & parietibus marmoratam camera muſivo illuſa clarificat.* Hinc hodie vulgo Itali *tribunam* vocamus, ex eo niſi fallor, quod in medio illo ſinu junctum parieti tribunal erat, id eſt Epiſcopi cathedra, ut etiamnum in vetuſtis Baſilicis cernitur: ex qua tamquam pro tribunali Evangelium prædicans jura divina promebat. Et hoc eſt quod Prudentius in fine Carminis de S. Hippolyto, dum ejus Baſilicam deſcribit, canit: *Fronte ſub adverſa gradibus ſublime tribunal, tollitur Antiſtes, prædicat unde Deum.* Idem opinor *Ep. ad Aleth. per Apoſtolicum ſolium* S. Paulinus intelligit dum loquens de S. Petri Baſilica: *vel qua ſub alto*

Digitized by Google

to ſui culminis, inquit, *mediis ampla laquearibus longum patet*, *& Apoſtolico eminus ſolio coruſcans ingredientium lumina ſtringit*, *& corda lætificat*. Nec vero *Abſida*, ſeu *Abſis*, vel *Apſis*, ut S. quoque Paullinus *Ep. XI ad Severum* dubitat, idem eſt quod *Exedra* omnino, ſed pro eodem interdum accipitur, quod fere ad *Abſidem* erat. His de ſella Epiſcopi propoſitis haud obſcura minus eſt quæſtio, unde Presbyterorum conciones haberentur? Pulpitum Cyprianus *Epiſt. 33*, *& 34*, *ex edit. Pamelii*, atque per honorificam interpretationem *Eccleſiæ tribunal* appellat ſuggeſtum, in quo per Diaconum elata voce Evangelium in Miſſæ Sacrificio recitabatur, quem locum Ordo Romanus, & paſſim alii Rituales auctores *Ambonem* appellant ab *ambiendo*, quod intrantem *ambiat*, vel quod ipſe utrinque gradibus ambietur, deducentes, cum verius ſit nomen græcum, & quemlibet editum locum ſignificet: quare & ſuggeſtum cantorom in Laodiceno Concilio *canon.* XV *Ambo* vocatur: & eodem nomine ſoggeſtum, unde S. Chryſoſtomus Conſtantinopoli habere ſermones ſolebat, appellatur a Socrate *lib. 6*, *cap. 5.* Cæterum, an ex eodem loco, unde a Diacono recitabatur Evangelium, a Presbyteris ſermones haberentur, non valde conſtat. Nam Chryſoſtomus *homil. 16 ad pop. Ant.* videtur ſignificare, Presbyteros tantum conſurgere ſolitos. Nam cum ipſe tum ſolum Presbyter eſſet, *niſi multam*, inqoit, *a Patribus neceſſitatem ſuſtinuiſſem*, *neque ſurrexiſſem*, *neque loquutus fuiſſem*. Et Sanctus Auguſtinus homil. 28, ex 50, conjungens lectorem, & tractatorem, *lector aſcendit*, inquit, *ſed & ipſe* (ideſt Chrillus) *non ſilet*. *Tractator loquitur*, *ſi vere loquitur*, *Chriſtus loquitur*. Quæ diverſa loquendi forma videtur ſignificare, oon item, ut lector legendi cauſa aſcendebat, aſcendendum fuiſſe Epiſcopo, aut Presbytero dicturis, ſed e ſuis locis conſuetos aſſurgere, & inde loqui. Certe ex eodem loco, unde legebatur Evangelium, item explicatum fuiſſe nihil adhuc vidi, unde vel affirmare vel conjicere poſſim. Reliquum eſt ut totam hanc proluſionem carmen S. Gregorii Nazianzeni concludat, quo ſomnium deſcribens ſuum, pleraque a nobis dictorum complectitur. „ Suaviter, *inquit*, dormiebam,
„ cum repente Anaſtaſia ſe ſe mihi in ſo-
„ mniis obtulit. *Subjicit inſomnium his*
„ *verbis*. Sublimi quidem throno, ſed non
„ elato aut ſuperciliofo animo (neque enim
„ ne per ſomnium quidem ſuperbiam un-
„ quam, vel arrogantiam colui) inſidere mi-
„ hi videbar. Utrinque porro, inferioribus
„ tamen ſubſelliis Presbyteri, hoc eſt gregis
„ Chriſtiani duces conſidebant. At vero Dia-
„ coni candidis veſtibus ornati ſtabant, An-
„ gelici ſplendoris ſpeciem præſeferentes: plebs
„ autem partim circum cancellos apum mo-
„ re fuſa erat, (certatim enim omnes in-
„ cumbebant ut proximum quemque ſugge-
„ ſto noſtro locum obtinerent) partim ad
„ me audiendum confluens veſtibuli anguſtia
„ premebatur. Aoribus nimirum ac pedibus
„ æquis feſtinans, partim ex foro, viciſque
„ urbis ad ſermones meos accorrebat. At
„ vero Sanctæ virgines una cum gravibus
„ matronis, & ſublimi tecto caſtiſſimas ſer-
„ monibus meis aures inclinabant; nam hunc
„ quoque mihi ludum nox fingebat. Diſtinctim
„ autem plebs ſtabat ſermonis noſtri audien-
„ di cupiditate flagrans. Alii humilem, fa-
„ cilemque expoſcebant, ii nempe qui ſur-
„ ſum tendere vel nolebant, vel certe ne-
„ ſciebant; alii contra volubile, ac excelſum
„ dicendi genus flagitabant, hi nimirum,
„ quibus altiſſima quæque tam ſacræ, quam
„ profanæ ſapientiæ dogmata inveſtigare, ac
„ perſcrutari curæ erat. Mihi vero ſola ado-
„ randa Trinitas triplici pulchritudine ſplen-
„ dens, ex ore fluebat: Idque & robuſta
„ voce, firmiſque lateribus, & vehementi
„ adverſariorum dogmatum inſectatione fa-
„ ciebam. Atque alii quidem ſermonem no-
„ ſtrum miris laudibus efferebant, alii ſilen-
„ tio atque admiratione defixi tenebantur,
„ alii partim verbis, partim animo ſolo ſtri-
„ debant, alii denique velut fluctus quidam
„ vento excitati pugnabant. *Et addit*: O-
„ mnes ego orationis ſuavitate demulcebam.
„ Hac ego voluptate perfruebar, cum ſubi-
„ to mihi gallorum cantus ſomnum, ſimul-
„ que cum ſomno Anallaſiam ex oculis ex-
„ cuſſit. " Sed nos hic manum de tabula.

Digitized by Google

Q U. XI.

Quodnam eſt alterum Diœceſanorum officium, ac jus?

Inter munia Diœceſana recenſetur ne etiam Sacramentorum adminiſtratio?

§. I. ANtequam ulli crearentur Epiſcopi certarum Eccleſiarum proprii, quamdiu ſtetit Presbyteralis gubernatio, tamdiu etiam Sacramentorum adminiſtratio in Presbyterorum cura latuit, ac providentia. Poſtquam vero unus e Presbyteris delectus, qui cum Epiſcopali Imperio Presbyterorum ordinem regeret, ſuaque ſingulis penſa diſtribueret, tunc is in ſacris conficiendis, miniſtrandiſque primas ſibi agendas putabat, quaſque ipſe agere non poſſet, Presbyteris nominatim tradebat. Intelligis hinc Sacramentorum adminiſtrationem ad Diœceſanam poteſtatem pertinere, ad eam videlicet, quæ primum Presbyterorum ptopria fuit, turbata poſtea ſeditionibus in unum coaluit, atque ad veri nominis Epiſcopos devenit. (Vid. ſupra Part. III, Qu. I.) Juverit enimvero per omnia Sacramenta diſcurrere, & quatenus veteres & priſci Epiſcopi in ſingulis adminiſtrandis operam ſuam poſuerint, noſtrorum temporum Epiſcopis palam facere.

§. II. Si Hilario (a) in Com. ad Epheſ. IV fides habenda eſt, ubi primum Chriſtiana Fides illuxit, nemo, qui Chriſtiano nomine cenſus erat, uſquam vetabatur alios Baptiſmi participes efficere, ac piacularibus undis ſacro ritu expiare. Re Chriſtiana aucta, amplificataque, Eccleſiiſque paſſim inſtitutis, tunc ab hoc munere, niſi ſumma inſtaret ne-

(a) „ Primum enim omnes docebant, & „ omnes baptizabant quibuſcumque diebus, „ vel temporibus fuiſſet occaſio, nec enim „ Philippus tempus quæſivit, aut diem, quo „ Eunuchum baptizaret, neque jejunium interpoſuit, neque Paulus, & Silas tempus „ diſtulerunt, quo Optionem carceris baptizarent cum omnibus ejus, neque Petrus „ Diaconos habuit, aut diem quæſivit, quando Cornelium cum omni domo ejus baptizavit, nec ipſe, ſed baptizare juſſit fratribus, qui cum illo ierant ab Joppe. Adhuc enim præter ſeptem Diaconos nullus „ fuerat ordinatus. Ut ergo creſceret plebs „ & multiplicaretur, omnibus inter initi, „ conceſſum eſt, & evangelizare, & baptizare, & ſcripturas in Eccleſia explanare.. „ At ubi omnia loca circumplexa eſt Eccleſia, conventicula conſtituta ſunt, & rectores, & cætera officia in Eccleſiis ſunt „ ordinata, ut nullus de Clero auderet, qui „ ordinatus non eſſet, præſumere officium, „ quod ſciret non ſibi creditum, vel conceſſum; & cœpit alio ordine, & providentia gubernari Eccleſia; quia ſi omnes „ eadem poſſent, irrationabile eſſet, & vul- „ ga-

neceſſitas , Laici omnes prohibiti , unique Eccleſiarum Præſides, atque Miniſtri ad hoc officium evocati . Qui aureis ſeculis vixere Epiſcopi, non ſiverunt hac in re partes deſiderari ſuas, uti de Sancto Ambroſio ſcriptum reliquit S. Paulinus: *Erat in rebus divinis implendis fortiſſimus, in tantum, ut quod ſolitus erat circa baptizandos ſolus implere, quinque poſtea Epiſcopi, tempore quo deceſſit, vix implerent*. Et de S. Egidio S. Audoenus in ejus vita Lib. II, cap. 8: *Quam copioſum etiam agmen utriuſque ſexus annis ſingulis in Paſchali ſolemnitate manibus propriis baptizans ſacro fonte abluebat* . Hanc Provinciam olim adeo ſui propriam eſſe rebantur Epiſcopi (*b*), ut Baptiſteria non niſi in Epiſcopalibus Eccleſiis eſſe paterentur. (Vid. Chriſtianum Lupum de Afric. Eccl. app. cap. 8, & Carolum Dufreſne in Gloſſ. V. Baptiſterium.) Nunc eo ventum eſt, ut Epiſcopi, qui olim ſoli baptizabant, nunc ſoli non baptizent; ac mulierculæ, quas Tertullianus a dando Baptiſmo arcebat (*c*), plures modo intra domeſticos parietes baptizant, quam Epiſcopi in omnibus ſuis Eccleſiis.

§. III. Sed ſi baptizandi onus abs ſe ſe Diœceſani Epiſcopi rejecerunt, Baptizatos tamen confirmandi honorem ſibimet unis reſervarunt. Hæc duo Sacramenta, licet inter ſe diſtin-

---

„ garis, res, & viliſſima videretur. Hinc ergo eſt, unde nunc neque Diaconi in populo prædicant, nec Clerici, vel Laici baptizant, neque quocumque die credentes tinguntur, niſi ægri. “ Hæc Hilarius loc. cit.

(b) Proſper Lambert. Inſtit. I, §. 4. Novus autem in Sacris litteris, ac peregrinus eſſet, qui Baptiſmum fuiſſe initio Eccleſiæ a ſolis Epiſcopis collatum ignoraret. Quippe Gregorius Magnus ad Romanum Italiæ Præfectum ſcribens illum iis (l. I, Epiſt. 32.) verbis admonuit, ut Blandum Hortanum Epiſcopum dimitteret, quem ille Ravennæ detinebat: *Eccleſia ſine Rectore, & Populus, quaſi ſine Paſtore Grex, deperit, & ibidem Infantes ſine Baptiſmate moriuntur*. Plurima in hanc rem afferri poſſent documenta ex omni antiquitate deprompta, niſi ex veteri conſuetudine, quæ & in præſentia conſtans eſt, ſatis ſuperque confirmaretur. Nam in pluribus Urbibus, civium licet multitudine affluentibus, in Eccleſia tantum principe, aut prope ipſam, fons Baptiſmi conſtruitur, ad quem univerſi deferri ſolent, ut rite abluantur. Apud Martenem vero, qui plura de antiquis Ritibus erudite ſcripſit, hæc leguntur: *Primum eſt, olim in ſolis fere Cathedralibus Eccleſiis extitiſſe Baptiſteria. Nam cum ſoli priſcis temporibus baptizarent Epiſcopi, ſolæ etiam, in quibus reſidebat Epiſcopus, Eccleſiæ Baptiſteria habebant*.

(c) Bohem. Diſſ. XI, §. V. Id tamen mirum eſt, Tertullianum hoc jus, laicis omnibus commune, denegare mulieribus, quæ tamen æque fidelium numero continentur, æque membra Eccleſiæ ſunt, ac quidem maſculi. Poſtquam enim *jus dandi baptiſmum laicis* aſſeruiſſet, ut in *caſu neceſſitatis* eo uti poſſent, ſtatim excipit fœminas, ajens: *Petulantia autem mulieris, quæ uſurpavit docere, utique non etiam tinguendi jus ſibi pariet: niſi ſi quæ nova beſtia evenerit ſimilis priſtinæ, ut quemadmodum illa baptiſmum auferebat, ita aliqua per ſe eum conferat*. Ut Septimius tractatum *de Baptiſmo* ſcriberet, occaſionem ſuppeditaverat Quintilla quædam, quæ Cajanam hæreſim profeſſa, doctrina ſua, qua baptiſmum evertebat, pleroſque Carthagine infecerat, ut *cap.* 1 refert. Hanc ipſam *beſtiam* in verbis adductis nominat, eique ſimilem illam eſſe ait, quæ *per ſe* baptiſmum conferre auderet. Tam rigide cum fœminis agebat, ut parem judicaret hæreſim, baptiſmum tollere, & fœminis adminiſtrandum eum permittere.

ſtincta, uno tamen contextu per plura ſæcula adminiſtrari ſolita fuerunt (*d*), ita ut Novatores in eam inciderint hæreſim, quæ Confirmationem

(d) Lambertin. Inſtit. VI, §. 2. Ex vetuſtiſſimis Rituum Libris deprehendimus Feſtis Paſchatis, ac Pentecoſtes Confirmationem impertiri conſueviſſe. Nam cum illis potiſſimum temporibus Baptiſmus conferretur, ad quem rite ſuſcipiendum Catechumeni inſtruebantur, rationi conſentaneum erat, ut Confirmatio, quæ ſtatim poſt Baptiſmum miniſtrari ſolebat, iis pariter diebus, quos ſupra memoravimus, traderetur. Ita ſcriptum invenimus in ſexto Concilio, quod fuit Pariſiis celebratum: *Sicut autem duobus temporibus, Paſcha videlicet, & Pentecoſte, Baptiſmus, ita etiam traditio Sancti Spiritus per impoſitionem manuum Fidelibus tradatur*. Sic etiam refert P. Mabillonius in illis Commentariis, quos de *Ordine Romano* conſcripſit, ubi ritum accurate complectitur, quo ſtatim poſt Baptiſmum Fideles confirmabantur.

Martene de Antiq. Eccl. ritib. Lib. I, cap. II, art. I, §. 2. Confirmatio olim poſt baptiſmum ſtatim collata. Hos inter principem locum tenere debet Tertullianus, qui in libro de Baptiſmo cap. 7, & 8, id diſerte aſſerit: (Egreſſi, inquit, de lavacro perunguimur benedicta unctione . . . . debinc manus imponitur per benedictionem invocans Spiritum Sanctum.) Idem docet Tertulliani diſcipulus, ſed magiſtro longe felicior ac ſanctior, Cyprianus Epiſtola 70 ad Januarium, & alios ſcribens, quia, (ungi neceſſe eſt eum qui baptizatus ſit, ut accepto chriſmate, id eſt unctione, eſſe unctus Dei, & habere in ſe gratiam Chriſti poſſit.) Et Epiſtola 73 ad Jubajanum, (quod nunc quoque, infit, apud nos geritur, ut qui in Eccleſia baptizantur, præpoſitis Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem, ac manus impoſitionem Spiritum Sanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur.) Clarius Laodiceni Concilii Patres canone 48. (Oportet eos qui illuminantur poſt baptiſmum inungi ſupercœleſti chriſmate.) Similiter Dionyſius in libro de Cœleſti Hierarchia (ipſi, qui ſacratiſſimo regenerationis myſterio conſecratur, adventum Spiritus Sancti conſumans inunctio largitur unguenti.)

De Marca in not. ad Conc. Claromont. Quamobrem duo iſta apud veteres conjunguntur; ut egregie docent Tertullianus, Cyprianus, & Optatus. Primus ille, libro de Baptiſmo cap. VII, egreſſis e lavacro, & benedicta unctione perunctis manum imponi, ait, Invitantem Spiritum Sanctum. Et libro de reſurrectione carnis cap. VIII. *Caro abluitur, ut anima emaculetur. Caro ungitur, ut anima conſecretur. Caro ſignatur, ut anima muniatur. Caro manus impoſitione adumbratur, ut & anima Spiritu illuminetur*. Id nempe ſignificat Tertullianus, baptiſmo carnem dilutam, chriſmate ungi, & ſignari, id eſt, velut ſigni impreſſione muniri. Quemadmodum enim ea tempeſtate patres familias annulis aureis ſupellectilem atque penum omnem deſignabant, ne quid negligentia, aut furto periret; ita quoque ipſa chriſmatis unctione, velut ſignaculo, anima Chriſtiani obſignari, & muniri dicitur a Tertulliano, ne pateat hoſtium inſidiis. Itaque eleganter Cyprianus, juxta mentem Magiſtri ſui, in Epiſtola 73 ad Jubajanum: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Eccleſia baptizantur, Præpoſitis Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem, & manus impoſitionem Spiritum Sanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur*. Signaculum vocat chriſmatis unctionem, qua, ut jam dixi, caro ſignatur, & anima munitur. σφραγὶς dicitur a Græcis, qui baptizatos illa τελειῶσθαι, ideſt, conſummari obſervant; ut in illo Clementis Alexandrini teſtimonio apud Euſebium lib. 3 hiſt. Eccleſ. cap. 18: ubi agitur de quodam adoleſcente, quem Epiſcopus tinxerat, ὡς τὸ τέλειον αὐτῷ φυλακτήριον ἐπιςήσας τ' σφραγῖδα τοῦ Κυρίου, h. e. *Poſtquam illi adhibuiſſet ſignaculum Domini, tamquam perfectam cuſtodiam*. Et in ecloga vitæ Athanaſii apud Photium Alexander Pontifex Alexandriæ pueros ab Athanaſio quoque puero baptizatos, per unctionem, & Chriſti ſignaculum con-

nem quamdam Baptiſmi appendiculam balbutit. (*e*) Ex quo factum eſt, ut, cum Epiſcopus aberat, aut longæva ætate, morbove præpeditus a Neo-

conſumaſſe, & perfeciſſe dicitur: *τύτυς ἐπιτηρίους διὰ τῦ ἐν χριςῷ σφραγῖδος ἐτελείωσεν.*

(e) Lambert. Inſtit. VI, §. 3. Res igitur, de qua agendum ſuſcipimus, variis nominibus nuncupatur, videlicet manuum *impoſitio*, ob rationem, qua ab Epiſcopo confertur: *Chriſma* ob materiem, ex qua conficitur; *Confirmatio* ob effectum, qui in animas derivatur. Sed magis uſitato vocabulo Chriſma: quam loquendi conſuetudinem Populo magis notam, & communem Nos etiam retinebimus. Sacramentum eſſe minime dubitandum eſt: & ſi quis aliter ſentire audeat, a Tridentino Concilio diris devovetur: *Si quis dixerit Confirmationem Baptizatorum otioſam cæremoniam eſſe, & non potius verum, & proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quam Catecheſim quandam, qua adoleſcentiæ proximi fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant, anathema ſit.* Anceps vero, incertuſque hujus veritatis eſſe non poteſt, qui hiſtoriam perpendat, quæ in Actis Apoſtolorum commendatur: *Cum autem audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quod recepiſſet Samaria Verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum, & Joannem, qui, cum veniſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum Sanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Jeſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum.* Quatuor ad conſtituendum novæ legis Sacramentum conditiones neceſſario requiruntur: quarum prima, ut ſignum ſit noſtris ſenſibus ſubjectum; altera, ut a Chriſto Domino inſtitutum fuerit: tertia, ut vim, ac facultatem conferendæ ſpiritualis gratiæ contineat: quarta denique, ut cum Religione Chriſtiana perpetuo conjungatur. Manuum impoſitio, nec non & oratio ſigna profecto ſunt, quæ ſenſu percipiuntur. Quod autem Chriſtus Dominus hujus Sacramenti auctor extiterit, in dubium revocari non poteſt, cum reipſa, & Apoſtolorum exemplo confirmetur. Siquidem id, quod Sac. Literæ teſtantur, nunquam in Eccleſiam inducere auſi fuiſſent, ipſique velut hæreditatem relinquere, ut ex Tertulliano accepimus: *Eccleſia ab Apoſtolis, Apoſtoli a Chriſto, Chriſtus a Deo ſuſcepit.* Illud etiam certum eſt, ſpiritualem gratiam hoc Sacramento comparari, ut in Actis Apoſtolorum, quæ ſupra memoravimus, ſatis apparet. Legimus enim illos, qui in Samaria Baptiſmate luſtrati fuerant, Spiritum Sanctum accepiſſe, cujus nomine, cum de Sacramentorum effectu ſermo eſt, gratia juſtificans clare intelligitur. Poſtremo ſatis cognitum, perſpectumque eſt in Eccleſia hoc Sacramentum perpetuo viguiſſe, quod nunquam intermiſſa conſuetudine, & SS. Patrum auctoritate comprobatur. Quæ cum ita ſint, nullus ambigendi locus ſupereſt, Confirmationi rationem veri Sacramenti aptiſſime convenire. Supervacaneum hoc loco ducimus perſcrutari, quonam tempore illud Salvator inſtituerit, vel quibuſnam teſtimoniis perpetuus ipſius uſus in Eccleſia potiſſimum oſtendatur. Nobis ſatis erit innuere, Chriſto Domino eam poteſtatem, quæ *Excellentiæ* dicitur, traditam fuiſſe, cui Sacramentorum inſtitutio tribuitur. Ipſe quidem res ipſas, quæ ſenſibus noſtris ſubjiciuntur, in tantam virtutem, ac dignitatem efferre ſolus poterat, ut juſtificantem gratiam in Nobis producerent. Itaque eam diſputationem Theologis relinquimus, utrum id Sacramentum tunc primo induxerit, cum Sanctiſſimas manus ſuper puerorum capita impoſuit; utrum etiam illud conſtituerit non quidem adminiſtrando, ſed facta ſolum Apoſtolis promiſſione, ut ex S. Joanne deprehenditur, *ſi non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos.* Denique utrum in ultima Cœna id evenerit; vel cum Apoſtolis inquit, *Accipite Spiritum Sanctum*; an vero die Pentecoſtes, cum Spiritu Sancto cœlitus demiſſo confirmati fuerunt; an poſtquam a mortuis excitatus, quadraginta dierum ſpatio cum ipſis verſatus fuit, & plurimos de Regno Dei, hoc eſt de ſtatuenda, regendaque Eccleſia ſermones habuit; ob quam cauſam S. Leo Magnus ita ſcriptum reliquit: *Non ergo ii dies, qui inter Reſurrectionem Domini, Aſcenſionemque*

que

Digitized by Google

a Neophitis baptizandis, confirmandiſque arcebatur, ii Presbyteri qui Epiſcopi vice fungebantur, Baptiſmi adminiſtrationem Confirmationis Sacramento cumularent. Quare Auguſtinus ſermone 323: *Continuo tulit illum* (puerum Catechumenum) *AD PRESBYTEROS, baptizatus eſt, ſanctificatus eſt, IMPOSITA EI MANUS EST, completis omnibus Sacramentis aſſumptus eſt*. Enimvero Presbyteris ab baptizatis confirmandis, niſi Latinæ Eccleſiæ Canonibus aliter cautum eſſet (*f*), abſtinendum minime fore, plura ſunt quæ ſuadent. Hieronymus ad Evagrium Ep. 85 ait: *Quid facit, EXCEPTA ORDINATIONE, Epiſcopus, quod non faciat Presbyter?* (*) Et adverſus Luciferianos: *Si in Eccleſia baptizatus niſi per manus Epi-*

---

que fluxerunt, otioſo tranſiere decurſu, ſed magna in his confirmata Sacramenta, magna ſunt revelata Myſteria. Congerant igitur ſapientes Theologi omnia vetuſtatis teſtimonia, ut Sacræ Confirmationis uſum a primis Eccleſiæ ſæculis ad Nos uſque perenni ſucceſſione derivatum oſtendant; nos ſalva, & integra aliorum Scriptorum laude, qui egregios in hac re labores ſuſceperunt, Carolum Witaſſium merito proponimus, qui ſingularem ſupra cæteros gloriam ſibi comparavit. Ipſe quidem nullum ex Conciliis, vel Sanctis Patribus monumentum prætermiſit, ut aperte demonſtraret, quod revera aſſecutus eſt, perpetuam ſemper fuiſſe Confirmationis adminiſtrandæ in Eccleſia conſuetudinem. Itaque cum Confirmatio Sacramentum vere ſit, quod gignit gratiam, aliquid de illa dicendum ſupereſt, quam duplicem fuiſſe in iis, qui Confirmationem rite acciperent, ab initio Eccleſiæ Sac. Litteræ commemorant; videlicet aliam, quæ ſanctificat animam, & aliam inſuper edendi miracula, ut in Actis Apoſtolorum deſcribitur: *His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Jeſu, &, cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant*. Hinc Novatores, ac præſertim impius Dallæus, hoc Sacramentum de medio tollunt, cum nulla miracula ab iis patrari videant, qui rite ab Epiſcopo confirmantur. Neque perpendunt, non omnes initio naſcentis Eccleſiæ, qui Sacro Chriſmate deliburi eſſent, ſimul cum gratia ſanctificante, efficiendi etiam portenta virtutem ſuſcepiſſe. *Numquid omnes Apoſtoli*, inquit S. Paulus, *numquid omnes Prophetæ, numquid omnes virtutes, numquid omnes gratiam habent curationum, numquid omnes linguis loquuntur, numquid omnes interpretantur?* Plurimos ſane hac admirabili virtute, ſingularique beneficio eam ob cauſam Deus cumulavit, ut Chriſtianam Religionem in ſuo exordio confirmaret, noviſque, & inuſitatis prodigiis lucem, ac dignitatem conferret. Hinc tamen non ſequitur, quod ſimul cum hac virtute gratia pariter ſanctificans non conjungeretur, vel qui hoc tempore miracula non efficiat, gratia ſanctificante deſtituatur. Præclare id S. Auguſtinus advertit. *Neque enim temporalibus, & ſenſibilibus miraculis atteſtantibus, per manus impoſitionem modo datur Spiritus Sanctus, ſicut antea dabatur ad commendationem rudis Fidei, & Eccleſiæ primordia dilatanda. Quis enim nunc hoc expectat, ut ii, quibus manus ad accipiendum Spiritum Sanctum imponitur, repente incipiant linguis loqui?* Sed inviſibiliter, & latenter intelligitur propter vinculum pacis eorum cordibus Divina charitas inſpirari.

(f) Si quis dixerit, ſanctæ Confirmationis *ordinarium* miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemvis ſimplicem Sacerdotem; anathema ſit. Concil. Trident. Seſſ. VII, de Confirm. can. III.

Hoc Canone non abſolute excluduntur ab adminiſtratione Sacramenti Confirmationis omnes omnino Presbyteri, ſed tantum ſimplices Presbyteri, h. e. qui legitima ad id poteſtate aucti non ſunt.

(*) Chryſoſtom. Hom. II in I ad Timoth. Sola ordinatione Epiſcopi ſuper Presbyteros aſcenderunt, & hoc ſolo Presbyteris ſuperiores eſſe videntur.

piſcopi non accipit Spiritum Sanctum, id ad honorem potius Sacerdotii, quam ad legis neceſſitatem eſt inſtitutum. Sanctus Gregorius Papa ad Januarium Epiſcopum Calaritanum hæc habet Lib. III, Epiſt. 6. *Pervenit ad nos, quosdam ſcandalizatos fuiſſe, quod Presbyteros Chriſmate tingere in fronte eos, qui baptizati ſunt, prohibuimus. Et nos quidem ſecundum uſum veterem Eccleſiæ noſtræ fecimus, ſed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur; ubi Epiſcopi deſunt, ut Presbyteri etiam IN FRONTIBUS BAPTIZATOS CHRISMATE TINGERE DEBEANT, concedimus.* Quid quod apud Græcos ea ſemper obtinuit conſuetudo, & nunc etiam obtinet, ut Presbyteri *infantes baptizatos conſignent*, idemque de Ægyptiis teſtatur Hilarius in cap. 4 ad Epheſios. Hunc morem etiam apud Hiſpanos olim viguiſſe fidem nobis faciunt Concilia Hiſpalenſe can. 7: *NOVELLIS & Eccleſiaſticis regulis prohibitum eſt ſimplicibus Sacerdotibus Paracletum tradere fidelibus baptizatis per impoſitionem manuum, & Chriſmate frontes baptizatorum ſignare.* Toletanum I, can. 1: *Hæreticos in mortis diſcrimine poſitos, ſi Catholici eſſe deſiderant; ſi deſit Epiſcopus, a Presbyteris cum Chriſmate, & Benedictione conſignari placuit.* Epaonenſe can. 16: *Presbyteris propter ſalutem animarum, quam in cunctis optamus, deſperatis decumbentibus hæreticis, ſi converſionem ſubitam petunt, Chriſmate permittimus ſubvenire.* (g)

Qui omnem baptizatorum confirmandorum poteſtatem unis adjudicant Epiſcopis, cunctis vero abjudicant Presbyteris, eo nituntur fundamento, quod ab initio rerum Chriſtianarum fideles ab aliis quidem quam ab Apoſtolis baptizati ſint, confirmati vero nonniſi ab Apoſtolis fuerint, uti patet ex Act. Apoſtol. VIII, 14: *Cum autem audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quod recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum, & Joannem, qui cum veniſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum Sanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Jeſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum.* At nobiſcum animadvertas velim, id temporis (an. 35.) quo Petrus, & Joannes Samariam miſſi ſunt, ut adminiſtrarent Sacramentum Confirmationis, nondum ullos (Vid. Not. a.) qui non eſſet & Epiſcopi, Presbyte-

(g) Sandini H. A. Primis Chriſtiani nominis ſæculis Confirmationis Sacramento conficiendo in utraque Eccleſia Chriſma adhibitum eſt. Cujus moris initium cum nemini oſtendere liceat, fit, ut Chriſmatis adhibendi ritus ab Apoſtolis traditus videatur. Illud enim Auguſtini Lib. 4 de Baptiſ. cap. 24, admodum ſcitum eſt: *Quod univerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſime creditur.* Si igitur uſus Chriſmatis in Confirmatione ab Apoſtolis inſtitutus eſt, neceſſario efficitur, ut illi Sacramentum hoc adminiſtrantes Chriſmate uſi fuerint. S. Thomas 3 part. quæſt. 72, de Sacramento Confirmationis art. 2, ad 1. *Utebantur tamen Apoſtoli communiter chriſmate in exhibitione Sacramenti, quando hujuſmodi viſibilia ſigna non exhibebantur. Dicit enim Dion. 4 cap. Eccl. Hierarch.* Eſt quædam perfectiva operatio, quam Duces noſtri (*id eſt Apoſtoli*) chriſmatis hoſtiam nominant.

Digitized by Google

byteros creatos fuiſſe, qui in Eccleſiam anno demum 37 introducti fuere, (Vid. ſupra Part. I, Qu. II, §. 3.) eoſque Samaritas, qui divino Chriſmate ab Apoſtolis obſignati fuerunt, non ab Presbyteris vel Sacerdotibus, ſed a Philippo Diacono baptizatos fuiſſe; (Actor. VIII, 12.) illudque tantum ex Actor. VIII, 14 effici poſſe, Chriſmatis Sacramenti Miniſtros non Diaconos, ſed Sacerdotes eſſe debere.

Quorſum hæc omnia? Ut omnes intelligant, hujuſce Sacramenti Miniſterium non tam ad Epiſcopalem, quam ad Diœceſanam Epiſcoporum poteſtatem pertinere, ad eam videlicet, quæ adjutores, ac Vicarios (*h*) Presbyteros non dedignatur. Quod intellexiſſe videntur Tridentini Patres, cum Seſſ. VII, canon. 3, Epiſcopos ſanctæ Confirmationis non proprios, atque, ut ſcholæ loquuntur, *privativos*, ſed *ordinarios* Miniſtros eſſe docuerunt; quæ verba *extraordinariis* etiam Miniſtris locum certe relinquunt. Id ipſum etiam de Chriſmatis Conſecratione (*i*) Virginum Devotionibus (*k*), Templorum, Ararum, (*l*) Nolarum dedicationibus (*m*),

(h) Concilium Tridentinum Seſſ. XXIII, can. VII, de Sacram. Ordin. *Si quis dixerit Epiſcopos non eſſe Presbyteris ſuperiores, vel non habere poteſtatem confirmandi, vel ordinandi, vel eam, quam habent, illis eſſe cum Presbyteris communem; anathema ſit.*

Poteſtatem confirmandi, quam habent Epiſcopi, non diximus illis eſſe communem cum Presbyteris, dum ſtatuimus, Epiſcopos eam habere, uti Miniſtros præcipuos, Presbyteros vero uti Epiſcoporum Vicarios, h. e. Epiſcopos tamquam Miniſtros *ordinarios*, Presbyteros vero tamquam extraordinarios. Tunc eſſet communis Epiſcopis cum Presbyteris, ſi Presbyteros non ſecus ac Epiſcopos hujuſce Sacramenti Miniſtros præcipuos, atque *ordinarios* eſſe diceremus.

(i) Concil. Tolet. I, Can. XX. Quamvis pene ubique cuſtodiatur, ut abſque Epiſcopo chriſma nemo conficiat: tamen quia in aliquibus locis vel Provinciis Presbyteri dicuntur chriſma conficere, placuit ex hac die nullum alium niſi Epiſcopum chriſma conficere, & per Diœceſim deſtinare. Concil. Carthag. II, Canon. III. Memini præterito Concilio fuiſſe ſtatutum, ut chriſma . . . a Presbyteris non fiat.

(k) Cyprian. Epiſt. 4, al. 66, pag. 7, ſeqq. edit. Oxon. & lib. De habitu Virginum pag. 93, ſeqq. Idcirco autem ab Epiſcopis conſecrari virgines ſolebant, quod hoc eſſet commune decretum: omnem actum Eccleſiæ per eosdem Præpoſitos gubernari. Conſule Cyprianum Epiſt. 33, pag. 66, edit. ejusd. Concilium Cæſarauguſtanum an. 380 celebratum cap. 8, pag. 806, tom. I. Concilior. edit. Harduin. Pariſ. „ Item lectum eſt, non velandas eſſe virgines, quæ „ ſe Deo voverint, niſi quadraginta anno„ rum probata ætate, quam Sacerdos com„ probaverit. Ab univerſis Epiſcopis dictum „ eſt, placet. “ Synodus Carthaginenſis an. 390, can. 3, pag. 952, tom. eodem: „ Chriſ„ matis confectio, & puellarum conſecratio „ a Presbyteris non fiat. “ Sed an. 397 tertia Synodus Carthaginenſis, id ut ne a Presbyteris, inconſulto Epiſcopo, fieret cavit. Can. 36, pag. 964, tom. eodem. „ Ut „ Presbyter inconſulto Epiſcopo, virgines „ non conſecret: Chriſma vero numquam „ conficiat. “ Confer Canonem XI Synodi Carthaginenſis IV, celebratæ an. 398, tom. eod pag. 979. Sed de velandis virginibus alias. Interea confer Adnotationes Coutantii in Epiſt. 2 Innocentii I Pont. Max. ad Victricium pag. 754, ſeq. tom. I collect. Epiſtolar. Rom. Pontif. edit. Pariſ. De viduis vide Canonem 27 Synodi Arauſicanæ pag. 1786, tom. eodem Conciliorum, ubi hæc habentur. „ Viduitatis ſervandæ profeſſio„ nem coram Epiſcopo in ſecretario habi„ tam &c. “ Sed de ritu conſecrandarum viduarum erit item alibi opportunior diſſerendi locus.

(l) Conſule Euſebium lib. X H. E. cap. 3, ſeq.

(*m*), dicendum eſſe videtur. §. IV. Venio ad Sacramentum Euchariſtiæ. Ab S. Juſtino Martyre Apol. II diſcimus, eum, qui præerat Fratribus, προεστῶτα τῶν ἀδελφῶν quem nos Diœceſanum Epiſcopum nunc vocamus, ſingulis Dominicis diebus (*n*) ſacroſanctam Euchariſtiam confice-

3, ſeq. pag. 411, ſeq. edit. Taurin. Et lib. de vita Conſtantini 4, cap. 43, pag. 587, ſeqq. Socratem lib. I H. E. cap. 8, pag. 73, edit. Taurin. & Sozomenum lib. 3 H. E. cap. 5, pag. 90, edit. Taurin. Sed de ritus dedicandarum Eccleſiarum, conſecrandorumque altarium vetuſtate egimus Lib. I, Qu. XXXII. Synodus Hibern. ſub S. Patricio an. 456 congregata, can. XXIII, ſanxiſſe dicitur, quod ne Blondellus quidem negat ſect. III, cap. VII, pag. 149, de Epiſc. & Presbyt „ Ut ſi quis Presbyterorum „ Eccleſiam ædificaverit, non offerat, ante- „ quam adducat ſuum Pontificem, ut eam „ conſecret, quia ſic decet. " Multa a Conciliis conſtituta transferre huc poſſem, ſed non eſt opus.

(m) Encyclopedie. V. *Cloches*; bénédiction des *cloches*. L' Egliſe veut que tout ce qui a quelque raport au culte de Dieu ſoit conſacré par des cérémonies, conſéquement elle bénit les *cloches* nouveles; comme ces *cloches* ſont préſentées à l' Egliſe, ainſi que les enfans nouveau-nes, qu'on leur impoſe des noms, l'on a appelé *Baptême* cette benediction.

Alcuin, diſciple de Bede, & précepteur de Charlemagne, parle de cét uſage comme anterieur à l'an. 770: la forme en eſt preſcrite dans le Pontifical Romain & dans les Rituels. Après pluſieurs prieres, le Prêtre dit: que cette *cloche* ſoit ſanctifiée, & conſacrée, au nom du Pere, & du Fils, & du Saint-Eſprit, il prie encore, il lave la cloche en dedans & en dehors avec de l' eau bénite, il fait ſept croix deſſus avec l' huile ſainte, & quatre en dedans avec le ſaint chrême, il l'encenſe & il la nomme. On peut voir cette cérémonie plus en détail dans les *Cérémonies religieuſes* de l' Abbé Banier. *Voyez le Dictionaire de Juriſprudence*.

(n) Dionyſ. Sandel. de Chriſtianorum Synaxibus cap. 3. Quamquam Chriſtianis, quemadmodum & Apoſtolis ab ipſo Chriſto edoctis, nihil antiquius eſſet, quam ut frequentioribus Synaxibus Domini ſui, noſtrique mortem, Euchariſtiam ab ipſo inſtitutum peragendo, commemorarent, deſideriis tamen ſuis, propter Ethnicorum ſævitiam moderari cogebantur, & die Dominico tantum cum poſſent, convenire. Abſit ideo ut ad ſolam hanc diem veterum Chriſtianorum Synaxes coarctemus. Scimus enim, cum iiſdem liber pateret ad Eccleſias aditus, ſæpius conveniſſe, & ter quaterque etiam Synaxes celebraſſe in hebdomada, & nonnullos etiam quotidie Euchariſtiam ſumſiſſe, ſecundum ſcilicet varios regionum mores & diſciplinam. At alicubi furente Ethnicorum rabie ſummum Chriſtianorum frequentandæ Euchariſtiæ ſtudium fuiſſe quis dubitet? Scimus ſeſe collegiſſe tum ſæpius, quamvis quotidie ab iiſdem opprimerentur teſte Tertulliano: *Quotidie obſidemur, in ipſis plurimum cœtibus & congregationibus noſtris*. Diximus igitur modo ex Juſtino Chriſtianos ethnicis ſub Principibus ſaltem die Dominico caſtas in Synaxes coiviſſe. Sed vero licet habita ratione iniquitatis illorum temporum dies alii ſtatui, ac declarari non poſſint, quibus alios cœtus habuerunt, tamen rem admodum probabilem judicamus, ſummam etiam curam præcipue poſuiſſe, ut frequentiores haberent Synaxes iis quinquaginta diebus, quæ Paſcha inter & Pentecoſten intercedunt. Notum eſt eos dies maximæ lætitiæ, & gaudii veteribus Chriſtianis fuiſſe, celebratoſque ab iiſdem tanta alacritate, & animi exſultatione, ut Pentecoſtes ſolemnitatem dies omnes feſtos Paganorum & numero, & dignitate, & clara ſignificatione geſtientium animorum ſuperaſſe Tertullianus adfirmaverit. *Excerpe*, inquit Septimius, *ſingulas Solemnitates nationum & in ordinem exſere, Pentecoſten implere non poterunt*. Et alio in loco de iiſdem diebus loquens ajebat: *Cur quinquaginta exinde diebus in omni exſultatione decurrimus?* Cauſam tantæ ſolemnitatis Albaſpinio ſedulo inveſti-

Digitized by Google

ficere ſolitum fuiſſe, eaque ſe, cunctoſque, qui aderant, aberantque, fideles reficere, ac recreare non ſine opera Diaconorum. *Solis qui dicitur die offertur panis, & vinum, & aqua; & IS QUI PRÆEST FRATRIBUS, Euchariſtiam prolixe exequitur, atque ubi ille preces & gratiarum actiones abſolvit, populus qui adeſt, omnis fauſta approbatione acclamat:* Amen . . . . *PRÆSIDENS vero poſtquam Euchariſtiam abſolvit, diſtribuit præſentibus, & ad abſentes mittit per Diaconos.*

Noſtrates Diœceſani Antiſtites vix ſolemnioribus anni diebus in Chriſtianorum conventibus ſe ſe conſpiciendos præbent. Clamet licet Tridentina Synodus ſeſſ. 23, de Reform. cap. 1: *Pracepto divino mandatum eſſe omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas agnoſcere, PRO HIS SACRIFICIUM OFFERRE;* nihil his vocibus moventur, totamque hanc ſarcinam in Parochorum humeros rejiciunt. Næ concertatio quæ eſt inter Parochos, & Epiſcopos haud ſatis æqua videtur. Cum agitur de aliquo onere ferendo, Parochi, non Epiſcopi, ſunt Paſtores animarum; cum agitur de honoribus, tunc non amplius Parochi, ſed ſoli Epiſcopi Paſtores animarum haberi volunt.

§. V. De Pœnitentiæ Sacramento celeberrimum eſt illud Divi Baſilii effatum. *Iis peccata aperiri debent, quibus concredita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei.* Regul. Brev. Reſp. 229. Si noſtrarum Diœceſium Antiſtites primi Myſteriorum Dei diſpenſatores dici volunt, cur & in curandis animarum morbis, earumque vulneribus divino pharmaco ſanandis primas præcipuaſque operas non ponunt ſuas? Cur non veteribus Eccleſiarum Præſulibus æmulantur, qui in animarum ſibi creditarum maculis eluendis, labibuſque abſtergendis toti eſſe videbantur? Cur ſibi non antè oculos ponunt S. Ambroſium, de quo hæc Divus Paulinus: *Si quidem quotieſcumque illi aliquis ob percipiendam Pœnitentiam lapſus ſuos confeſſus eſſet, ita flebat, ut & illum flere compelleret; videbatur enim ſibi cum jacente jacere. Cauſas autem criminum, quas illi confitebantur, nulli niſi Domino ſoli, apud quem intercedebat, loquebatur, bonum relinquens exemplum poſteris Sacerdotibus, ut interceſſores* apud

---

veſtiganti, ea occurrit, ſcilicet totis illis quinquaginta diebus ſumtam ab fidelibus fuiſſe Euchariſtiam, æquatoſque dies illos totidem dierum Dominicorum celebritati, quos ſacris habendis Synaxibus priſcos Chriſtianos præcipue conſecraſſe modo vidimus. In eo igitur omnis opera actioque illorum verſabatur, ut ſumma cum animi voluptate Chriſti Domini laudes, & præconia canerent, crebraſque per hos quinquaginta dies, ac quotidianas haberent Synaxes, atque ut diebus Dominicis, ita a Paſchate ad Pentecoſten jejunia intermitterent, neque in genua procumberent, ut ajebat laudatus modo Tertullianus. Totos autem eos dies ſine ullo labore ac ſervili opere (ut apud nos hodieque dies feſti agitantur) ab illis fuiſſe traductos credibile non eſt; alioquin quivis Chriſtianus agnoſci facillime ab Ethnicis potuiſſet; & non pauci Chriſtiani tenuis fortunæ cum eſſent, grande ex operum intermiſſione detrimentum accepiſſent. His rationibus eo etiam adducimur ut opinemur, ſummam illam lætitiam atque dierum celebritatem a Septimio commendatam, domi, ac privatim Chriſtianos continuiſſe, ne ad cauſam tantæ rei perquirendam Ethnicos excitarent, maxime quum perſequutio durius ac gravius deſævitet.

apud Deum magis ſint, *quam accuſatores apud homines*. Hoc officium, quo nullum divinius eſſe poteſt, ſed quod doctrinæ plurimum ac prudentiæ ſibi depoſcit, quodque nonnihil exhibet curarum, ac moleſtiæ, adeo defugiunt noſtrorum temporum Epiſcopi, ut ne iis quidem ſuas præbeant aures, qui gravioribus, reſervatiſque criminibus conſtricti ſunt, ſed eos ad Pœnitentiarios dimittant (*o*).

§. VI.

(o) Epiſcopus non poteſt abſolvere a caſibus, & Cenſuris publicis reſervatis Summo Pontifici; c. **Cum** *inferior. de majoritat. & obedient.* Nec ab hæreſi, Fagnan. *in l. I Decretal. in cap. Dilectus* 15, *de temporibus Ordinationum num.* 30, ubi refert, ſic declaraſſe Sacram Congr. Concilii, quæ interrogata, *numquid Epiſcopus facultate ſibi tributa in dict. cap.* 6, *ſeſſ.* 24, *in caſibus occultis poſt Concilium ex nova lege Sedis Apoſtolicæ reſervatis etiam cum clauſula*, non obſtantibus, *abſolvere poſſit?* Cenſuit, *non poſſe*. Et in ſpecie de hæreſi, cum dubitatum fuerit: *An Epiſcopus, & Inquiſitores poſſint hodie ex dict. cap.* 6, *ſeſſ.* 24, *abſolvere lapſos in hæreſim?* Reſpondit *negative*. Poteſt tamen Epiſcopus abſolvere a caſibus occultis reſervatis Summo Pontifici. Ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 24, *cap.* 6, *de reform.* ibi: *Liceat Epiſcopis . . . in quibuſcumque caſibus occultis etiam Apoſtolicæ Sedi reſervatis delinquentes quoſcumque ſibi ſubditos in Diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ gratis abſolvere*. Unde Epiſcopum vigore talis Decreti abſolvere poſſe ſive per ſe, ſive per alium Confeſſarium ſpecialiter delegatum a Cenſuris incurſis ob violatam Clauſuram, & Papæ reſervatis, dummodo ſint occultæ, tenent Monacelli *part.* 1, *in append. adnot. ad Conſtitut.* 8 *S. Pii V*, *num.* 4, Pignatell. *tom.* 10, *conſult.* 100, *num.* 25, *& ex multis* late probat Navarr. *tom.* 2, *lib.* 5, *de ſentent. excommunic. conſ.* 43, *in* 1 *edit. num.* 1, Rodriq. *in expoſit. Bullæ S. Pii V*, *num.* 38, Sarbus *in annotat. verb. Ingredi Monaſteria Fratrum poſt num.* 1, *verſ. Circa autem ſecundum ſupra notatum*, Sanchez *in Summa part.* 2, *lib.* 6, *cap.* 76, *& cap.* 17, *tr.* 41, Theſaur. late *in* 1 *part. prax. de pœnis Eccleſiaſt. cap.* 23, *&* 24, Bonac. *de clauſur. quæſt.* 1, *punct.* 6, *num.* 7, *verſ. Secundo quæritur*, *& de Cenſuris diſ.* 1, *quæſt.* 3, *punct.* 2, *num.* 1, Diana *part.* 7, *tract.* 2, *de poteſtat. Epiſcop. reſolut.* 20, Alphon. de Leon *de Cenſuris verb. Mulieres pag.* 361, qui paucis poſitis ait: Hodie eſt communis; Donat. *prax. regul. tom.* 1, *de violata clauſur. Monaſterii tract.* 4, *quæſt.* 33, & alii. Fagnanus tamen *lib.* 1 *Decretal. in cap. dilectus* 15, *de temporibus Ordinat. num.* 32, & 33, tenet, hodie per Bullam S. Pii V incipient. *Decreti*, non poſſe Epiſcopum abſolvere Monialem in materia Clauſuræ ſecreto delinquentem, & adducit ad hoc declarationem Sacræ Congregationis, ibi: *Præterea cum dubitaſſet Archiepiſcopus Florentinus, an vigore cap.* 6, *ſeſſ.* 24, *poſſet abſolvere quamdam Monialem, quæ occulte ad malum finem fregerat Clauſuram, non obſtante Bulla S. Pii V, quæ videtur habere locum in caſu publico, variatum eſt ſententiis, nam e decem Cardinalibus tres cenſuerunt, Bullam intelligendam eſſe etiam in occultis, quia illius verba ſunt generalia, & eſt tantum exceptus caſus: Niſi in mortis articulo &c. Quia cum Bulla ſit confecta poſt Concilium, cenſetur derogaſſe Concilio... Quatuor cenſuerunt, eam Bullam non habere locum in caſibus occultis, Reliqui autem tres dixerunt agendum cum Sanctiſſimo, qui declaravit, Bullam S. Pii V habere locum etiam in occultis. Tamen conceſſit facultatem Archiepiſcopo abſolvendi illam Monialem. Unde poſtea Sacra Congregatio generaliter conſulta, An ſi Monialis Monaſterii Juriſdictioni Regularium ſubjecta ſecreto deliquerit in materia Clauſuræ, in foro conſcientiæ abſolvi poſſit vigore ejuſdem Decreti ab Epiſcopo, cui tamquam delegato in iis, quæ ad Clauſuram pertinent, auctoritas tributa eſt Decreto cap.* 5, *ſeſſ.* 25, *de Regularibus, ſtante prædicta Bulla S. Pii V*, *Reſpondit*, *non poſſe*. Cum impeditis perſonali-

§. VI. Ex hiſce Jacobi Apoſtoli verbis: *Infirmatur quis in vobis? inducat PRESBYTEROS Eccleſiæ, qui orent ſuper eum ungentes eum oleo in nomi-*

naliter adire Pontificem, vel in perpetuum, vel ad longum tempus, poteſt Epiſcopus directè abſolvere ab hæreſi, & aliis caſibus reſervatis; Diana part. 12, tract. de Conclavi reſolut. 24, Layman. lib. I, tract. 5, part. 2, c. 6, n. 5, qui ex communi Doctorum ponit hanc Regulam: *Caſus Papalis superveniente impedimento adeundi Papam fit Epiſcopalis*, quia id congrua ſubordinatio inter Prælatos requirere videtur, Abbas in cap. De cætero, de ſentent. excommunic. n. 1, Caſtropalao de Fide tract. 4, diſput. 4, punct. 3, §. 5, n. 4, Navarrus in Summa cap. 27, num. 98, Felinus in cap. Quamvis, de ſentent. excommunic. in 6, Reiffenſtuel lib. 5 Decretal. tit. 7, num. 372, Covarruvias in cap. Alma mater part. I, §. 11, num. 15, cum communi, Viva ad propoſit. 3 Alexandri VII, num. 5, ubi teſtatur, hoc adfirmari communiſſime apud Card. de Lugo diſp. 20 de Pœnit. num. 218, & Martinum Perez diſp. 50, arg. cap. Mulieres 6, cap. De cætero 11, cap. Ea noſcitur 13, cap. de Monialibus 33, cap. Quamvis 55, de ſentent. excommunic. & cap. Eos qui 22, eod. in 6. Nec obſtat, quod in citatis Canonibus ſit ſermo de excommunicatione contracta ob percuſſionem Clerici, quæ in cap. *Si quis ſuadente Diabolo 29, cauſ. 17, queſt. 4*, extra mortis periculum Summo Pontifici reſervatur. Non obſtat, inquam, quia eadem ratio, ac proinde idem jus eſt in omnibus excommunicationibus reſervatis, ut tradunt communiter Doctores, ne ſcilicet excommunicatus ob impedimentum adeundi Papam pro dilatione pœnitentiæ incurrat periculum ſalutis æternæ: & facit *cap. Eos qui 22, de ſentent. excommunic. in 6*, ubi Gloſſa *verb. Canonis* hoc extendit ad alios caſus a jure communi Papæ reſervatos; & licet etiam excipiat ſolum articulum mortis, Jus tamen Canonicum exceptionem hanc ampliavit ad caſum neceſſitatis, uti eſt in impeditis in perpetuum, vel ad longum tempus, ut recte obſervat Viva *loc. cit. num.* 5. Eſt tamen advertendum, quod ſi impedimentum eſt perpetuum, abſolvuntur ſine ullo onere comparendi. Si tamen impedimentum eſt ſolum ad tempus, debent abſolvi cum onere adeundi Pontificem, ceſſante impedimento, non ad obtinendam abſolutionem, cum jam ſint directe, & plene abſoluti; ſed ad obediendum mandato Papæ; *c. Ea noſcitur 13, & c. Quamvis 58, de ſent. excom. & c. Eos qui 22, eod. in 6.* Alias non comparendo, elapſo impedimento, incidunt in aliam ſimilem excommunicationem; *cap. De cætero 11 de ſentent. excom. & cap. Eos qui eod. in 6.* Impediti perſonaliter adire Pontificem non tenentur mittere Procuratorem, vel ſcribere ad Sacram Pœnitentiariam pro obtinenda abſolutione a caſibus, & cenſuris Papæ reſervatis, quia Jura præſcribunt ſolum, ut rei perſonaliter adeant Pontificem, & ubi lex non aggravat, neque nos aggravare debemus pœnitentes ultra id, quod a Jure exigitur; ſic communiter Doctores cum Barboſa *part. 2, de Offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 41, num. 7.* Et ſi impediti adire Pontificem ſint etiam impediti adire Epiſcopum, probabilius non poſſunt a caſibus publicis reſervatis Papæ abſolvi in foro conſcientiæ a Parocho, aut ab alio Confeſſario. Sicuti etiam impediti adire Epiſcopum pro caſibus Diœceſanis publicis ſibi reſervatis non poſſunt abſolvi ab inferiori extra caſum neceſſitatis, quia Jura in dictis impedimentis pro caſibus Papæ reſervatis concedunt recurſum ad ſolum Epiſcopum, & pro caſibus reſervatis Epiſcopo, ad nullum alium inferiorem reperitur conceſſus pro abſolutione recurſus, cum non ſit tam difficilis perſonalis acceſſus ad ipſum, uti communius tenent Doctores, cum Vaſquez, Navarr. Suarez, Lugo, Bonacin. teſte Viva loc. cit. ſub num. 5. Epiſcopus nequit abſolvere cenſuratos ratione violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ, cum non habeat talem facultatem in Denunciatis in foro exteriori; *Sacr. Congreg. Immun. in Nuſcana 5 Februarii* 1635, *lib. 2 Decret. Paul. pag.* 217. Unde Epiſcopus abſolvens cenſuratos hujuſmodi ſine facultate Sedis Apoſtolicæ incidit in excommunicationem eidem S. Sedi reſervatam, a qua regulariter datur facultas, ut ſe faciat

nomine Domini, ſunt, qui colligunt, exeuntium Sacramenti Miniſterium traditum fuiſſe, non Epiſcopis, ſed Presbyteris. Verum adſint hi, atque animadvertant, hæc ab Jacobo Apoſtolo ſcripta fuiſſe ante annum ſexageſimum primum, hoc eſt, antequam ſinguli Epiſcopi ſingulis Diœceſibus præficerentur, ac Presbyterorum jura in ſingulos Epiſcopos coaleſcerent. (Vid. ſupra Part. I, Qu. VII.) Dubitandum igitur minime eſt, quin Diœceſani Epiſcopi in Presbyterorum jura poſtea ingreſſi, uti alia Sacramenta, ita etiam hoc ipſimet adminiſtrarint. Silent primorum Diœceſanorum Epiſcoporum exempla oblivioſo vetuſtatis pulvere obruta, at loquuntur tamen quorumdam Epiſcoporum facta, qui, ſi non prioribus ſæculis, antiquis tamen vixere temporibus (*p*). Carolum Magnum ab Epiſcopis ſupremùm inunctum fuiſſe, Sanctum Adelardum ab Hildemano Bellovacenſi Epiſcopo, Methildem ab Willelmo Archiepiſcopo Moguntino Dugoliſmenſis Monachus, S. Adolardus, S. Gerardus memoriæ prodiderunt.

§. VII. Sequitur, ut dicamus de Sacramento Ordinis, in quo maxime Epiſcopalis, ac Diœceſana ſeſe dignitas prodit. Duo ſunt neceſſaria, ut ſacri Ordines rite, recteque conferan-

---

abſolvere a ſuo Confeſſario privatim, & cum Sanctiſſimo agitur pro diſpenſatione irregularitatis quatenus incurrerit; *Sacr. Congr. Immunit. in Acemien.* 29 *Januarii* 1636, *lib.* 2 *Decret. Paul. pag.* 241, & alibi, in Squillacen. 16 *Decembris* 1664, *lib. Decret.* Rocci *pag.* 608. Quare injungitur Archiepiſcopo, qui ſine dicta facultate abſolvit Cenſuratos ex cauſa extractionis confugii ab Eccleſia, ut reaffigat cedulones contra ipſos; *Sacr. Congr. Immunit. in Brundusina* 28 *Aprilis* 1671, *lib.* 1 *Decret. Altovit. pag.* 546. Quinimmo tenetur notificare ſic a ſe abſolutis, non potuiſſe abſolvere. *Sac. Congr. Immunit. in Bobbien.* 2 *Martii* 1700, *lib.* 2 *Decret. Valleman. pag.* 275. Epiſcopus abſolvere poteſt Excommunicatos ob percuſſionem Clerici, vel Monachi levem etiam publicam; *cap. Pervenit* 17, *de ſent. Excom. & ibi* Joan. Andr. *num.* 5, Fagnan. *num.* 9, & alii paſſim cum Barboſ. *de Offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 2, *allegat* 41, *num.* 2. Excommunicatos autem ob percuſſionem mediocrem, & enormem poteſt Epiſcopus abſolvere tantummodo, ſi ſit occulta; *Concil. Trid. ſeſſ.* 24, *de reform. cap.* 6. Vide verba præciſa relata *ſub num.* 3. Et ſi fuerit publica, poteſt Epiſcopus ab ea abſolvere, ſi perſonæ excommunicatæ ſint impeditæ adire Pontificem impedimento perpetuo, vel longiſſimi temporis; *cap. Mulieres* 6, *cap. De cetero* 11, *cap. Ea noſcitur* 13, *cap. De Monialibus* 33, *& cap. Quamvis* 58, *de ſent. excommunic. & cap. Eos qui* 22, *eod. in* 6. Si impedimentum eſt perpetuum, abſolvuntur ſine onere comparendi; ſi impedimentum eſt ſolum temporale, abſolvuntur cum onere comparendi cum primum commode poterunt; alias reincidunt in aliam ſimilem Excommunicationem; *cap. De cetero* 11, *de ſentent. excommunic. & cap. Eos qui* 22, *eod. in* 6. Epiſcopus non poteſt concedere ſuo ſubdito, ut abſolvatur in aliena Diœceſi a Sacerdote non habente juriſdictionem; Gloſſ. communiter recepta *in cap. Omnis utriuſque* 12, *de pœnitentiis, & remiſſionibus*, *verb. Alieno Sacerdote*, *& in Clementin.* 1, *de privileg.* & utrobique notat Abbas, & tenet Fagnan. *in dict. cap. Omnis utriuſque num.* 85. Nec poteſt Epiſcopus prohibere quominus ſuus ſubditus abſolvatur in aliena Diœceſi a Sacerdote juriſdictionem habente a ſuo Epiſcopo, ex regula l. *Nemo qui condemnare*, *ff. de regul. juris*, *& cap. Non poteſt*, *de re judicat.* Fagnan. *loc. cit.*

(p) S. Innocentius I in Ep. ad Decentium Eugubinum. *Quia Epiſcopi impediti ad omnes languidos ire non poſſunt.*

Digitized by Google

ferantur: Poteſtas, & Libertas. Illa Epiſcoporum, hæc Diœceſanorum propria. Nam nec Epiſcopo, niſi Diœceſim habeat, ordinare quemquam licitum eſt, nec Diœceſanus, niſi Epiſcopali charactere præditus ſit, ullum unquam initiorum ſacris imbuere, ſalva re, poteſt. De ordinandi poteſtate dictum ſatis a nobis eſt Part. II, Qu. II, ubi egimus de Juribus mere Epiſcopalibus. Ad libertatem quod attinet, hæc reſidet penes Diœceſanum. Nam cum Diœceſis ſuo viduatur Epiſcopo, tunc Presbyterorum Collegium, quod nos Canonicorum Capitulum vocamus, in priſtina ſua jura regrediens, caret quidem ordinandi poteſtate, non tamen libertate concedendi (juxta Canones) Diœceſeos Clericis, ut ab alio Epiſcopo ſacris Ordinibus poſſint initiari. Cum igitur Diœceſanus Epiſcopus ſuis ſubditis ſacros Ordines confert, duplicem quodammodo perſonam tuetur, Epiſcopalem, & Diœceſanam. Hæc in vocatione Miniſtrorum conſiſtit, illa in Conſecratione ſita eſt. Licet autem in Eccleſiæ miniſtris conſecrandis unius Epiſcopi manus ſatis eſſe putabantur, in vocandis tamen non unius Diœceſani, ſed & Presbyterorum vox deſiderata olim fuit. *In ordinandis Clericis ſolemus vos ante conſulere, & mores, ac merita ſingulorum communi conſilio ponderare*: S. Cyprian. Epiſt. XXXIII, al. XXXVIII. Sed hæc vetera. Nunc Presbyteri omnes ſilere juſſi, reſque tota Epiſcoporum regitur arbitrio; nec modo in Ordinibus, ſed & in Beneficiis, quæ Ordinum quædam veluti conſectaria ſunt, conferendis (q) hac

(q) Berard. J. E. U. Tom. II, Diſſ. V, capite 1. Olim quouſque invecta non fuerunt patrimonia clericalia, & quouſque non alius erat ordinationis titulus, quam titulus beneficii Eccleſiaſtici, idem erat conferre beneficium, ac clericum ordinare, eamque ob rem ad eum ſpectabat beneficii collatio, ad quem ſpectabat ordinatio: quod cum ita ſit, eodem jure Epiſcopi beneficia conferebant quo clericos ordinabant. Atque, ut paucis ſingula complectar, in ordinatione Clericorum tria diſtinguebantur. Prima erat manus impoſitio, ſeu ipſa ordinatio. Altera eſt commendatio officiorum, miniſteriorumque ſacrorum ab ordinato Clerico peragendorum in certa Eccleſia. Tertia erat admiſſio ordinati ſacra miniſteria gerentis ad communionem emolumentorum ad vitæ ſuſtentationem. Quodcumque ex his tribus conſideretur, ſingula ſane in Epiſcoporum erant poteſtate. Epiſcopale munus agnoſcitur in impoſitione manuum, ex qua ſacra ordinatio pendet, adeo ut nec hodie in hac parte aliqua diſciplinæ immutatio adpareat. Epiſcopale munus agnoſcebatur in commendatione officiorum ſacrorum, necnon in admiſſione ordinatorum ad participationem Eccleſiaſtici peculii, ſive ex eo, quod partitio officiorum pendebat omnino ex Epiſcopali arbitrio, ſive ex eo, quod totum Eccleſiaſticum peculium in fidem, poteſtatemque Epiſcopi redigebatur, certis modis inter adminiſtros tribuendum. Abſtineo a recenſendis numero plurimis Canonum monumentis in re perſpectiſſima: tantum laudo Canonem 3, & ſequentes cau. 10, qu. 1, Canonem 11, cau. 16, qu. 3, Canonem 10, cau. 16, qu. 7, & Canones 23, & 24, cau. 12, qu. 1. Veteris illius diſciplinæ veſtigium adhuc hodie ſupereſt in ordinatione Epiſcoporum, in qua ipſa ordinatio a beneficii Epiſcopalis collatione non diſtinguitur. Quemadmodum autem is, qui jure ſuo Epiſcopum ordinat, etiam jure ſuo miniſteria Epiſcopalia in certa Diœceſi peragenda ordinato commendat, necnon jure ſuo ordinato poteſtatem dat Epiſcopo percipiendi debitos redditus, atque obventiones univerſas; ita olim, qui Clericum jure ſuo ordinabat, ordinatum Clericum jure etiam ſuo addicebat Eccleſiæ miniſteriis, & jura percipiendi certas obventiones concedebat. At enim ex quo recentioribus ſæcu-

hac Epiſcopi utuntur libertate.

§. VIII. Reſtat Matrimonii Sacramentum. Sed quoniam hoc longiorem ſibi depoſcit orationem, ideo diem huic dabimus laxiorem.

QU-

ſæculis collatio beneficiorum fuit ab ordinum collatione ſejuncta, nihil in hac parte derogatum proponi poteſt auctoritati Epiſcoporum, qui dum beneficiorum collationem ab ordinatione ſejungerent, animum quidem habuerunt magis magiſque proſpiciendi commodis Eccleſiarum, augentes Clericorum numerum, etiam ultra quam redditus Eccleſiarum ferrent; nuſquam tamen veterem Epiſcopatui ingenitam, & pluribus ſæculis firmatam jurisdictionem abdicandi. Hinc deinde facile deduces, eandem eſſe cæterorum Prælatorum, qui Epiſcopi non ſunt, ſed Diœceſim habent inſtar Epiſcoporum, poteſtatem; uti enim iſti vice Epiſcoporum in certa Diœceſi, in qua nullus conſtitutus Epiſcopus eſt, ſunt conſtituti; ac una demta Epiſcopalis ordinis poteſtate, Epiſcopis æquiparantur; ita non video, cur ipſis ſit beneficiorum collatio deneganda, hodie præſertim, cum eadem beneficiorum collatio eſt ab ordinum collatione ſejuncta. Habent ipſi regimen, & curam omnigenam Eccleſiarum, ipſi miniſteria tribuunt inter Clericos ordinatos, ipſi generalem habent Eccleſiaſtici peculii curam, olim etiam exemplo Epiſcoporum adminiſtrationem gerebant. Tantum non ordinant Clericos, propterea quod non ſunt Epiſcopali charactere inſigniti; ordinaturi tamen jure ſuo, ſi etiam ex accidenti, Epiſcopali Ordine pollerent; immo & cum Clerici Diœceſani ſunt, ex eorumdem Prælatorum mandato ab Epiſcopis finitimis ordinantur. Quid ergo amplius requiritur, ut recte concludatur, ad illos ordinario jure ſpectare beneficiorum collationem?

Digitized by Google

Q U. XII.

Aſſer tertium Diœceſanorum officium ac jus.

Diœceſis cura (*) *ac regimen cujus juris? Num Diœceſani?*

§ I. CUM Diœceſana jura ea habeantur & ſint, quæ a Presbyteris, quorum fidei particulares Eccleſiæ primo commendatæ erant,

(*) Lucius Ferraris V. *Epiſcopus* articulo VI. Epiſcopus prohibere poteſt, ne in Eccleſiis etiam Regularium canantur Cantilenæ, vel laudes idiomate italico; *Sacr. Congregat. Rit. in Novarien. 7 Auguſti* 1628. Et hoc auctoritate tribura a Concilio Tridentino in Decreto de evitand. in celebrat. Miſſarum. Immo non obſtante quacumque contraria conſuetudine poterit Epiſcopus prohibere, ne in Eccleſiis, & Oratoriis publicis canatur Muſica lingua vernacula, quantumvis Cantiunculæ, & verba ſpiritualia ſint; *Sacr. Congr. Rit. in Hiſpalen. 3 Septembris* 1695, *& 24 Novembris* 1696, *referente Eminentiſſimo D. Cardinali Colloredo in reſponſione ad quartum*, quia cantus hujuſmodi eſt contra Ritum Eccleſiæ: Epiſcopus poteſt ſuo arbitrio moderari ſcamna & loca Laicorum in Eccleſia; *Sac. Congr. Rit. in Vintomilien.* 10 *Decembris* 1604, *in Fundana* 5 *Octobris* 1697, *& in Verulana* 6 *Septembris* 1698, *& Sac. Congr. Epiſcoporum in Januenſi* 7 *Aprilis* 1583, *in Camerin.* 12 *Januarii* 1588, *in Sarzanen.* 21 *Novembris* 1600, *& in Recanaten.* 10 *Februarii* 1645. Epiſcopus poteſt prohibere, ne ſedes Laicorum, etiam Præfecti, & Commendatarii locorum locentur in Presbyterio apud Altare, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium; *Sac. Congregat. Rit. in Equitanien.* 10 *Junii* 1602, *in reſponſ. ad* 6. Epiſcopus poteſt removere indecentia, & ſcandaloſa in Eccleſiis arbitrio ſuo; *Sacr. Congr. Rit. in dict. Equitanien. in reſponſ. ad* 5 *dubium*. Epiſcopus poteſt prohibere Ludimagiſtris exercitium Scholæ, quamvis fuerint nominati a Communitatibus Laicorum, niſi prius fuerint ab eodem approbati, ut reſpondit *Sac. Congr. Concilii in Auſculana Apuliæ* 28 *Julii* 1691. Epiſcopus poteſt ordinare, ut Canonici ſedeant in ſedibus Chori, vel Sca[illegible] apud Altare hinc inde juxta uſum introductum, prout ſibi melius videbitur; *Sac. Congreg. Rit. in Alexand.* 25 *Mart.* 1608, *in reſp. ad* 11 *dub.* Epiſcopus poteſt decretum edere, ne Canonici, & alii de Capitulo diſcedant ab Eccleſia tempore Concionis, & quod illi interſint quotidie ſub pœna amiſſionis diſtributionum illius diei, in qua defecerint; *Sacr. Congreg. Epiſcopor. in Comenſ.* 10 *Maii* 1589, *& in Caſtellaneten.* 20 *Auguſti* 1602, *& Sacr. Congreg. Concil. in Nicien.* 18 *Novembris* 1628, *& in Malevitana* 9 *Apr.* 1707 *& Congregatio Particular. in Caſalenſi* 11 *Martii* 1708, *ad* 19, apud Card. Petram *tom.* 3 *Comm. in Conſtit.* 2 *Nicolai III num.* 18. Epiſcopus poteſt reducere conſuetudinem longioris vacationis Canonicorum a ſervitio Eccleſiæ ad tempus præſcriptum a Sacro Concilio Tridentino; *Sacr. Congr. Concil. in Equitanien.* 22 *Novembr.* 1602, *ad* 1 *dubium*. Epiſcopus poteſt auctoritate ordinaria, & etiam Apoſtolica ſibi delegata a Sacra Congregatione prohibe-

Digitized by Google

erant, difficili vitandi cauſa ad Epiſcopos traducta fuerunt, (Vid. ſup. Part. I, Qu. I.) videndum eſt, num Diœceſis cura ac regimen penes Presbyte-

hibere Decano, & aliis quibuſcumque Dignitatibus, & Canonicis, ne audeant, vel præſumant quidquam ſtatuere, vel determinare, quod ad Eccleſiæ commodum, vel incommodum pertineat extra locum Capitularem, & non vocatis omnibus Canonicis, & Capitularibus; *Sacr. Cong. Rit. in Lamacen. 7 Octobris* 1606. Epiſcopus poteſt Regularem exemptum, qui ob notorium delictum in Cenſuras incidit, denunciare pro publico excommunicato, ut tamquam talis evitetur ab omnibus; *Sacr. Congr. Concil. in Meſſan.* 11 *Decembr.* 1626, *& in Limana* 29 *Januarii* 1633, & tenent Fagnan. *in c. Grave n.* 75, *de Offic. Ordinarii*, *& in c. Non poteſt a n.* 15 *ad* 25, *de ſent. & re judic.* Barboſa *de Offic. & poteſt Epiſcop. allegat.* 105, *n.* 73, Card. de Luca *in Miſcellan. diſ.* 14, *n.* 6, *&* 7, *& de juriſdict. diſc.* 29, *n.* 2, *&* 3, Panimoll. *deciſ.* 84, *adnot.* 1, *n.* 65, Pignatell. *conſult.* 10, *a n.* 1 *ad* 6, *tom.* 7, *& conſul.* 52, *n.* 6, *& ſeq. tom.* 9, Ventrigl. *prax. part.* 1, *adnot.* 48, *n.* 234, Tambur. *de Jur. Abbat. tom.* 1, *diſp.* 1[illegible]*quæſt.* 7, *n.* 38, Nicol. *Lucubrat. Canon.* [illegible]. 5, *tit.* 39, *de ſent. Excom. num.* 29, Pirhing. *lib.* 5 *decretal. tit.* 31, *n.* 115, & alii plures. Contrarium tamen tenent plures alii, quos congerunt, & ſequuntur Paſqualig. *ad Lauret. de Franc. contr. part.* 1, *num.* 138, Donat. *prax. rer. Regular. tom.* 1, *part.* 2, *tract.* 13, *q.* 26, *&* 27, quibus favere videtur D. Raynald. *obſerv. crimin. ſuppl. ad c.* 32, *ſuppl.* 4, *n.* 31, *& ſeq.* Epiſcopus poteſt ex aliqua rationabili cauſa convocationem Capituli Canonicorum habere, & ſuſpendere; *Sacr. Congreg. Epiſcop. in Regien.* 4 *Junii* 1604, *& Sacr. Congreg. Concil. in Lauretana* 6 *Febr.* 1700. Epiſcopus poteſt intervenire in Actibus Capitularibus, dummodo non agatur de intereſſe ſuo, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium; *Sacr. Congr. Concil.* 2 *Martii* 1619. Epiſcopus poteſt cogere Canonicos ad præſtandum juramentum de fideliter punctando in Choro; *Sacr. Congreg. Concil.* 17 *Martii* 1619. Epiſcopus poteſt retinere penes ſe unum, vel duos Canonicos, qui fructus Præbendæ, non tamen quotidianas diſtributiones percipiant, ac ſi Choro præſentes eſſent, etiam ſtante conſuetudine in Eccleſia Cathedrali, quod Canonici non intereſſentes divinis non percipiant fructus Præbendæ; *Sacr. Congr. Concil.* teſte Nicolao Garzia *de Benef. part.* 3, *c.* 2, *n.* 347. Epiſcopus poteſt & debet providere juxta formam *c.* 12 *in fine ſeſſ.* 4, *de reform.* ne una pars Chori aliquando vacua remaneat per abſentiam Canonicorum, dum Canonici habentes aſſignatas ſedes in alia parte, ſedes ſuas egredi renuunt; *Sac. Congr. Conc. in Gienen.* 7 *Septembris* 1595. Epiſcopus poteſt concedere, ut Canonici ob aeris intemperiem valeant horam Matutini protrahere, prout pro tolerantia reſpondit *Sacr. Congr. Conc. in Trojana* 14 *Febr. &* 14 *Novembr.* 1699, favore Capituli Collegiatæ Civitatis Foggiæ. Epiſcopus de conſenſu Capituli erigere poteſt Dignitatem etiam in Cathedrali; *Sacr. Congreg. Concil. in Clodien.* 5 *Julii* 1608, *in Aquinaten.* 20 *Februarii* 1677, *in Mazarienſi* 20 *Septemb.* 1692, *& in Sabinen.* 14 *Apr.* 1696. Epiſcopus contra Clericos non deferentes habitum, poſtquam ter monuit, poteſt illos privilegiis Clericalibus privare; *Sacr. Congreg. Immunit. in Aquitana* 5 *Martii* 1641, in qua ſic reſpondit Epiſcopo, *quod Clericis delinquentibus, & non incedentibus in habitu, & tonſura, non inſervientibus Eccleſiis, fiat præceptum cum termino competenti ſub pœna privationis privilegiorum Clericalium; quod ſi non paruerint, poterit procedere ad illorum privationem ſer. ſer. qua ſequuta, gaudere non poterunt*, *lib.* 3 *Decretal. Paul. fol.* 139. Et ſimiliter decrevit *in* [illegible]*ſtrenſ. die* 21 *Martii* 1645, *lib.* 3 *Decret. Paul. fol.* 246, *& in Anglonen.* 15 *Julii* 1654, *lib. Decret. Rocii fol.* 565. Epiſcopus poteſt punire Clericum delinquentem, & requiſita Concilii non habentem, & tamquam Laicum ſe habentem, etiamſi Judex Laicus prævenerit, a quo repetere poſſit, dummodo ille per declarationem a jure, vel ab homine ſervatis

byteros eſſet, antequam Presbyte- rorum unus Epiſcopali munere au-

tis ſervandis factam, non fuerit privilegiis Clericalibus denudatus; *Sac. Congr. Concil.* 12 *Novembris* 1630, quam refert Sperell. *deciſ.* 17, *num.* 33, *in fine*, ubi teſtatur, hanc reſolutionem a Sanctiſſimo D. N. Urbano VIII fuiſſe canonizatam, & approbatam.

Epiſcopus punire poteſt contrahentes Matrimonia contra ſuam prohibitionem; *Sacra Cong. Concil. ſub die* 10 *Februarii* 1626. Item punire poteſt illos, qui contrahunt coram Parocho diſſentiente; *Ead. Sacra Congreg.* Item punire poteſt eos, qui contrahunt omiſſis denunciationibus; *Ead. Sacra Congregat.* Item punire poteſt teſtes, ſi ſint in dolo; *Ead. Sacra Congreg.* in qua propoſitis ſequentibus quæſitis:

I. *An Epiſcopus poſſit punire contrahentes Matrimonium contra ejus prohibitionem contractum.*

II. *An eos, qui contrahunt coram Parocho ex cauſa juſta diſſentiente.*

III. *An eos, qui contrahunt omiſſis denunciationibus?*

IV. *An poſſit punire teſtes intervenientes in ſupradictis caſibus?*

V. *An poſſit in eiſdem caſibus punire pœnis pecuniariis locis tamen piis applicandis?* S. Congregatio &c.

Ad primum, ſecundum, & tertium reſpondit, Epiſcopum poſſe.

Ad quartum poſſe, quatenus teſtes ſint in dolo.

Ad quintum pariter reſpondit, poſſe: & noviſſime cenſuras latas in Synodalibus Conſtitutionibus contra Sponſos, qui Matrimonium abſque præviis denunciationibus inierant, eſſe validas reſpondit; *Sac. Congreg. Concil. in Placentina* 3 *Februarii* 1725, *ad* 2 *dub.* ubi erat lata excommunicatio.

Et in Savonen. 2 Martii 1565, reſpondit: *Matrimonium contractum* ſervata forma Concilii eſſe validum, etiamſi antea Epiſcopus inhibuiſſet Parocho, licet hic puniri valeat ob inobedientiam lib. 8 Decr. fol. 106.

Epiſcopus poteſt contra Concubinarios nullis præcedentibus monitionibus procedere, quando non procedit ad cenſuras; *Sac. Con-*

Jus Epiſcopale.

greg. Concil. die 23 *Junii* 1629. Vel ſic Epiſcopus poteſt ipſe ſolus ex Decreto Conc. *ſeſſ.* 25, *de reform. c.* 14, in crimine concubinatus ad informationem ſummariam, procedere, ubi de fuga timetur, idque abſque forma & monitione illa, quæ præſcripta eſt dicto Decreto Concilii; Sacra Congreg. Conc. Utramque refert Nicol. Garzias de Benefic. part. 11, c. 10, n. 186. Epiſcopus abſque Inquiſitore poteſt cognoſcere, decidere, & determinare cauſas illorum, apud quos reperiuntur libri prohibiti non ſapientes manifeſtam hæreſim; *Sacr. Congreg. generalis & univerſalis Inquiſitionis* 2 *Decemb.* 1612. Epiſcopus poteſt procedere contra Laicum, qui ſubornare attentavit teſtes in cauſa pendente coram Judice Eccleſiaſtico; *Sacra Congreg. Immunit. in Regien.* 18 *Martii* 1631. Epiſcopus poteſt delegare alicui Sacerdoti ſibi beneviſo Benedictionem Eccleſiæ, ſeu Capellæ in agro exiſtentis, ſi alias eſt legitime conſtructa; *Sac. Congr. Rit. in Fanen.* 14 *Februar.* Epiſcopus ſolus poteſt habere feneſtram e domo reſpicientem in Eccleſia: *Sacr. Congr. Rit. in Elboren.* 19 *Junii* 1604. Epiſcopus poteſt ex cauſa concedere Confraternitatibus Laicorum, ut in eorum Eccleſia conſervent Sanctiſſimum Sacramentum; *Sacr. Congreg. Rit. in Ucolon. de Ferro* 11 *Junii* 1604. Epiſcopus poteſt pro contributione Seminarii taxare bona Confraternitatum, quatenus ſint Eccleſiaſtica; *Sac. Congr. Conc. in Sirnuina* 19 *Novembris* 1628.

Epiſcopus non poteſt erigere Collegiatam, neque in actu Viſitationis; *Sacr. Congreg. Concil. in Catanien. erectionis Collegiatæ* 1 *Septembris* 1691, in qua cum quæſitum fuiſſet: *An erectio Collegiatæ facta per Epiſcopum in actu Viſitationis Eccleſiæ S. Antonii Oppidi S. Philippi de Argirò ſuſtineretur?* Reſponſum fuit *negative*. Neque poteſt Epiſcopus curam ſupprimere, ut erigat Dignitatem; *Sacr. Congr. Concil. in Pierutina* 14 *Februarii* 1693. Neque poteſt Epiſcopus de novo concedere Canonicis Almutiam; *Sacr. Congr. Rit. in Placentina* 16 *Januar.* 1620. Neque Cappam ſine privilegio, & expreſſa licentia Sedis Apoſtoli-

auctus Presbyteris præficeretur. §. II. *Paulus Apoſtolus*, uti habetur, Act. XX, 17, *mittens Epheſum vocavit Presbyteros illius Eccleſiæ* (*a*),

---

cæ; *Ead. Sacr. Congregat. Rit. in Elven.* 16 *Januar.* 1604, *in Brunduſina* 10 *Decembris* 1612, *in Hydruntina* 1 *Septembris* 1618, *in Taurinen.* 21 *Junii* 1641, *in Tarviſina* 8 *Februar.* 1659. Epiſcopus non poteſt ſtatuere, quod Canonici, qui non ſunt in Sacris, lucrentur diſtributiones; *Sacr. Congregat. Concil. in Patavina* 23 *Auguſti* 1631. Neque poteſt ſtatuere, quod Canonicis Jubilatis vigore Indulti non debeantur diſtributiones extraordinariæ, quæ vel ob abſentiam, vel vacationem Canonicorum intereſſentibus accreſcunt, nam pro his indultum ſuffragatur; *Sacr. Congr. Concil. in Romana* 5 *Maji* 1703, *& in Burg. S. Donini* 19 *April.* 1704. Neque poteſt ſtatuere, quod diſtributiones, quæ amittuntur a Canonicis abſentibus, & accreſcunt inſervientibus, applicentur Fabricæ Eccleſiæ, aliiſve uſibus piis; *Sacr. Congr. Conc. in S. Severini* 16 *Julii* 1695, *& in Cathacen.* 18 *Julii* 1699. Epiſcopus ſicuti & Capitulum, non poteſt amiſſas diſtributiones ob non reſidentiam remittere, aut condonare illi ipſi, qui eas amiſit. Concil. Trident. *ſeſſ.* 24, *c.* 12, *de reformat.* verb. *Diſtributiones*, *& Sacr. Congr. ejusdem Concilii in Siennen.* 24 *Aprilis*, *& in Avenionen.* 25 *Septembris* 1700. Epiſcopus non poteſt uti Oratorio privato extra Domum propriæ habitationis; ſic mandante, & approbante Clement. XI, in Decreto Generali de celebratione in Oratoriis privatis ſtatuit; *Sacra Congreg. Concil.* 15 *Decembris* 1703. Vide tamen Pontificiam declarationem ad id datam ſub verb. *Oratorium, num.* 70. Epiſcopus non poteſt cogere, ſed hortari Curatos, & Rectores Eccleſiarum, ut neceſſaria miniſtrent Presbyteris celebrare volentibus in eorum Eccleſiis; *Sac. Cong. Rit. in Equitanen.* 10 *Junii* 1602, *ad* 3 *dub.* Epiſcopus non poteſt concedere licentiam, ut quis celebrare poſſit Miſſam cum Bireto, ſeu Beretino, aut Pileolo in capite, ſed ſpectat tantum ad Summum Pontificem eam dare; *Sac. Congr. Epiſcop. & Regul.* 2 *Januar.* 1590, *&* 17 *Junii* 1595. Idem cenſuit etiam *Sacr. Congr. Concil.* 16 *Februar.* 1619. Immo neque ipſe Epiſcopus poteſt eo uti ſine Sedis Apoſtolicæ licentia; *Sacra Rit. Congr.* 31 *Januar. &* 24 *April.* 1626, quia *c. Nullus* 56, *de conſecrat. diſt.* 1, etiam Epiſcopo prohibet velato capite celebrare. Epiſcopus non poteſt ultra duos menſes uti opere Parochi; *Sacr. Congr. Concil. die* 8 *Januar.* 1638. Epiſcopus non poteſt concedere licentiam Canonicis ſe a reſidentia abſentandi ultra tres menſes; *Sacr. Congreg. Concil. teſtibus* Nicol. Garzias *de Benefic. p.* 3, *c.* 2, *numer.* 406, Armendar. *in addit. ad leges Navarræ lib.* 2, *tit.* 23, *de reſident. ſub tit. An Canonici &c. num.* 84, & cum ipſis tenent Fagnan. *in c. Licet num.* 37, *de Præbend.* Monacell. *tom.* 1, *tit.* 4, *form.* 7, *num.* 8, Barboſa, & alii paſſim firmantes, quod Epiſcopus licentiam abſentiæ ultra tres menſes extendere non poſſit, niſi ex cauſis expreſſis in Jure, & juxta formam *c. Unici*, *de Cleric. non reſident. in* 6. Epiſcopus non poteſt diſpenſare, ut Dignitas in Eccleſia Cathedrali non habens curam animarum poſſit conferri illi, qui non habuerit 22 annos completos; *Sacra Congr. Concil. die* 20 *Septembr.* 1631. Epiſcopus non poteſt diſpenſare, ut habens duo Beneficia etiam ſimplicia, & ad honeſtam Clerici ſuſtentationem non ſufficientia, poſſit obtinere, & retinere tertium Beneficium, etiamſi omnia ſimul ad Beneficiati ſuſtentationem non ſufficiant; ſic fuit pluries declaratum *a Sacr. Congreg. Concil.* & ſignanter *die* 10 *Maji* 1607, *& die* 16 *April.* 1628, *in una Anagnina* ſic: *Beneficium tertium ſimplex retineri non poteſt abſque proviſione Sedis Apoſtolicæ, quamvis duo priora ſint ad obtinentis ſuſtentationem inſufficientia*, *& ſic in Aquilana* 14 *Auguſti* 1632, & hæc eſt vera mens Sacri Concilii Trident. ut teſtatur Fagnan. *in c. Cum jam dudum* 18 *de Præbend. num.* 71, de mente ipſius Sacr. Congr. Concilii, quæ, ut dicit ipſe, ſæpe ſæpius in caſibus contingentibus reſpondit: *Epiſcopum habenti unum ſimplex Beneficium, quod non ſufficiat ad ejus ſuſtentationem, poſſe aliud ſimile conferre, ſed non poſſe ultra duo*

abſ-

(*a*), *qui cum veniſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis . . . Attendite vo-*

---

abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, etiamſi omnia ſimul ad illius ſuſtentationem non ſufficiant. Immo neque poteſt Epiſcopus diſpenſare, ut quis retineat tertium Beneficium ſimplex, etiamſi eſſet de Jurepatronatus, ut decrevit *Sacr. Congr. Concil. in una Bovin.* 13 *Nov.* 1629. In qua cum dubitatum fuiſſet, an habens duo beneficia ſimplicia, tertium de Jurepatronatus ad præſentationem Patronorum auctoritate ordinaria aſſequi, & retinere poſſit abſque diſpenſatione Apoſtolica? *Sacr. Congreg. cenſuit, tertium Beneficium ſimplex, etiamſi de Jurepatronatus non poſſe retineri cum duobus aliis abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione*. Epiſcopus non poteſt Beneficiatis addere nova onera in fundatione non appoſita; aut a Sacris Canonibus non impoſita; Barboſa *ſupra Concil. Trident. cap.* 5, *ſeſſ.* 25, *de reformat. n.* 7, Ricci *in prax. part.* 4, *reſolut.* 468, *num.* 2, ubi hoc ampliat, etiamſi aliquo tempore ex ſua voluntate præſtiterint, Garzias *de Benefic. part.* 7, *cap.* 1, *num.* 111, & 122; Fagnan. *in c. Conquerente. num.* 24, & 25, *de Cleric. non reſident.* & etiamſi conſenſus Canonicorum anteceſſorum interceſſiſſet. Ric. *l. c. reſolut.* 463, *per tot. Sacr. Congr. Concil. in Samen.* 3 *Julii* 1690, in qua reſponſum fuit, Epiſcopum non potuiſſe addere onus Pœnitentiariæ Canonicatui erecto per Teſtatorem cum ſolo onere Miſſarum, & in qua fuit reſponſum, onus perſonalis reſidentiæ, & celebrationis Miſſarum per ſe ipſum a Fundatore non injunctum non potuiſſe addi per Executorem teſtamentarium, neque in proviſione Epiſcopi.

Epiſcopus non poteſt primam præbendam vacantem aſſignare pro Pœnitentiario, quamvis in loco videatur magis neceſſarius, ſed prius debet erigi Theologalis propter verba Conc. *ſeſſ.* 5, *cap.* 1, *de reformat.* Si tamen in aliqua Civitate fuerit judicatum magis expediens, ut prius de Pœnitentiario, quam de Theologo provideatur, habenda eſt Confirmatio a Sede Apoſtolica ad omnem difficultatem tollendam; *Sacra Congr. Concil. in Civitatis Caſtellanæ* 17 *Novembris* 1629. Epiſcopus non poteſt conferre Canonicatus Pœnitentiariæ, & Theologalis niſi per viam concurſus ex noviſſima diſpoſitione Benedicti XIII in Conſtitut. incipient. *Paſtoralis*. Epiſcopus non poteſt ſine conſenſu Capituli Canonicatum de novo erigere; *Sac. Congr. Concil. in Clodien.* 5 *Julii* 1608, *in Aquinaten.* 20 *Februar.* 1677, *in Mazarien.* 20 *Septembris* 1694, & *in Sabinen.* 14 *Aprilis* 1696. Epiſcopus non poteſt transferre in Cathedralem Capellanos habentes ſervitium Chori in Capella prope Cathedralem exiſtentem ob parvum numerum Capellanorum, propter quod minus decenter ibidem Chorus retineatur; *Sacr. Congreg. Concil. in Burgen.* 12 *Auguſti* 1618. Epiſcopus non poteſt ad privationem procedere ob non ſuſceptos Ordines contra Canonicos ſuæ Eccleſiæ abſque ſolemnitate a Concilio requiſita; ſic deciſum fuiſſe a Sacr. Congreg. Concil. refert Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib* 3, *tit.* 24, *n.* 125. Epiſcopus non poteſt cogere, ſed hortationibus invitare Clericos, & Presbyteros non Confeſſarios ad intereſſendum conferentiis caſuum conſcientiæ; ſic pluries declaravit *Sacr. Congr. Concil.* & noviſſime *in Civitat. Plebis* 14 *Martii* 1692, in qua collatis decretis, quæ adinvicem videbantur pugnare, ad dubium propoſitum: *An Epiſcopus poſſit compellere Canonicos Confeſſarios, cæteroſque Presbyteros Cathedralis ſub pœna pecuniaria, ut accederent ad congregationem caſuum conſcientiæ?* Reſponſum fuit, *poſſe compellere omnes Sacerdotes ſæculares Confeſſarios, etiamſi Canonici ſint, cæteros autem hortari*. Hæc reſolutio, quæ cum antiquis decretis relatis a Pignatel. *conſult.* 18, *tom.* 8, a Panimoll. *deciſ.* 1, *annotat.* 18, *n.* 20, concordat, fuit deinde confirmata *a Congr. particulari deputata in Vigilien. Synodi* 20 *Maji* 1699, *in reſponſione ad* 35, *decretum* & iterum *in Congr. Generali in Ariminen.* 18 *Julii ejuſdem anni*, & prius in alia S. Angeli *Biſacciorum* 15 *Aprilis* 1690.

(a) S. Hieronymus in Epiſtola ad Titum, Hæc Lucæ verba τῆς ἐκκλησίας vertit *ejuſdem Eccleſiæ*.

Digitized by Google

vobis, & univerſo gregi, in quo Vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. Ut eo, quo intendimus, pervenire poſſimus, doceamus oportet, hæc verba a Divo Paulo dicta fuiſſe Presbyteris Epheſiis eo tempore, quo particulares Eccleſiæ in Presbyterorum tutela adhuc latebant, antequam in ſingularium Epiſcoporum clientelam concederent; illudque moneamus, inter illos Presbyteros, quos Paulus Miletum arceſſivit, quoſque nomine tenus *Epiſcopos* vocat, nullum fuiſſe veri nominis Epiſcopum. Habemus Divum Hieronymum, qui nos ab hoc onere liberabit. Is in epiſtolam ad Titum, (*b*) ut oſtendat, ante Corinthiorum diſſidia oborta anno 61, Presbyteros Epiſcoporum nomine vocatos fuiſſe, eamdem perſonam ſuſtinuiſſe, ac poſtea veri geſſerunt Epiſcopi, in medium profert hunc ipſum locum Actor. XX, 17, ubi Divus Paulus Epheſiorum Presbyteros appellat Epiſcopos. Hæc igitur Pauli oratio ad Epheſinæ Eccleſiæ Presbyteros, teſte Hieronymo, habita fuit ante annum ſexageſimum primum, eo nempe tempore, quo nondum ſingulares Epiſcopi Eccleſiarum gubernationem cœperant, quo uni proinde Presbyteri Epheſinæ Eccleſiæ clavum tenebant. Ii igitur, quos Mileti affatus eſt Paulus, omnes erant puri puti Presbyteri, nec ullus inter eos veri nominis Epiſcopus.

§. III. Nondum, inquis, confecta res eſt. Illud etiam efficias neceſſe eſt, illos quos ab Epheſo Miletum ad colloquium evocavit Apoſtolus, non fuiſſe nec communes Univerſæ Eccleſiæ Epiſcopos, qui tum Epheſi tum in aliis Aſiæ Civitatibus Apoſtolico munere tunc fungebantur. Nam Sanctus Irenæus, qui Polycarpum Joannis diſcipulum audiſſe fertur, hæc habet Lib. III contr. Hæreſ. cap. 14. *Convocatis Epiſcopis, qui erant AB EPHESO, ET A RELIQUIS CIVITATIBUS PROXIMIS, quoniam ipſe feſtinaret Hieroſolymis Pentecoſtem agere, multa teſtificans eis, & dicens quæ oportet eis evenire, adjicit:*

(b) Divus Hieronymus tom. 4. „ Idem „ ergo Presbyter, qui & Epiſcopus, & an„ tequam diaboli inſtinctu ſtudia in religio„ ne fierent, & diceretur in populis: *Ego* „ *ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Ce*„ *phæ*, communi Presbyterorum conſilio „ Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam autem „ unuſquiſque eos, quos baptizaverat, ſuos „ putabat eſſe, non Chriſti; in toto orbe „ decretum eſt, ut unus de Presbyteris ele„ ctis ſuperponeretur cæteris, ad quem o„ mnis Eccleſiæ cura pertineret, & Schiſ„ matum ſemina tollerentur. Putat aliquis „ non Scripturarum, ſed noſtram eſſe ſen„ tentiam: *Epiſcopum, & Presbyterum* „ unum eſſe, & aliud ætatis, aliud eſſe no„ men officii: relegat Apoſtoli ad Philip„ penſes verba dicentis: *Paulus, & Timo*„ *theus ſervi Jeſu Chriſti, omnibus ſan*„ *ctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis* „ *cum Epiſcopis, & Diaconis, gratia vo*„ *bis, & pax*, & reliqua. Philippi una eſt „ urbs Macedoniæ, & certe in una civita„ te plures, ut nuncupantur, Epiſcopi eſſe „ non poterant. Sed quia eoſdem Epiſco„ pos illo tempore, quos & Presbyteros ap„ pellabant: propterea indifferenter de Epi„ ſcopis, quaſi de Presbyteris, eſt loquu„ tus. Adhuc hoc alicui videatur ambi„ guum, niſi altero teſtimonio comprobe„ tur. In Actibus Apoſtolorum ſcriptum „ eſt, *quod cum veniſſet Apoſtolus Paulus* „ *Miletum, miſerit Epheſum, & vocave*„ *rit Presbyteros Eccleſiæ ejuſdem, qui*„ *bus poſtea inter cetera ſit loquutus: At*„ *tendite vobis* &c. "

jecit: Scio, quoniam jam non videbitis faciem meam; teſtificor igitur hac die, quoniam mundus ſum a ſanguine omnium. Non enim ſubtraxi, ut non annuntiarem vobis omnem ſcientiam Dei; Attendite igitur & vobis, & omni gregi, in quo Vos Spiritus Sanctus præpoſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam ſibi conſtituit per ſanguinem ſuum. Nihil ſane movetur hoc Irenæi loco Hieronymus; majorem fidem habet Divo Lucæ perſpicuis, claris, apertis, dilucidis verbis enarranti, *Paulum a Mileto miſiſſe Epheſum, ac vocaſſe Presbyteros illius Eccleſiæ*, quam Irenæo (ſi verba illa ſunt Irenæi, an non potius alius Scriptoris, qui in Irenæi nomine latere vult) ex ſenſu ſuo dicenti, Paulum Aſiæ Epiſcopos ad ſeſe arceſſiri juſſiſſe. Audi igitur Hieronymum in Epiſtolam ad Titum pag. 412, Tom. IV Opp. edit. Martianæi Paris. *In Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, quod cum veniſſet Apoſtolus Miletum, miſerit Epheſum, & vocaverit Presbyteros Eccleſiæ EJUSDEM, quibus poſtea inter cætera ſit loquutus: Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos paſcere Eccleſiam Domini, quam acquiſivit per ſanguinem ſuum; & hoc diligenter obſervate, quomodo UNIUS CIVITATIS EPHESI Presbyteros vocans, poſtea eoſdem Epiſcopos dixerit.* Et in Epiſtola ad Evagrium 101, al. 85, pag. 802, ibid. *In Actibus Apoſtolorum AD UNIUS ECCLESIÆ Sacerdotes ita Paulus loquitur: Attendite vobis &c.* (Vid. ſup. Part. I, Qu. IX, §. 4.)

§. IV. Si igitur ii, quos Mileti alloquutus eſt Divus Paulus, non Aſiæ erant Epiſcopi, ſed meri Presbyteri Eccleſiæ Epheſinæ, cui nondum ſingularis datus erat Epiſcopus, ſi hiſce Presbyteris Apoſtolus uncialibus verbis Epheſinæ Eccleſiæ regendæ, ac paſcendæ poteſtatem affirmat, nullus amplius remanet dubitandi locus, quin cura, ac regimen Diœceſis principio in Presbyteris reſederit, in iiſque hæſerit, uſque donec ad eos devenit, qui, ne ullæ in Eccleſiis turbæ fierent, Presbyterorum claſſi ducendæ admoti fuerunt, proindeque non inter Epiſcopalia, ſed inter Diœceſana jura enumerari debeat, hoc eſt, inter ea, quæ Epiſcopi poſſident, non uti Epiſcopi, ſed uti Diœceſani, quæque vacante Sede ad Presbyteros (quorum nunc vicem gerunt Canonici Eccleſiæ Cathedralis) tamquam ad ſuos priores redeunt dominos, (Vide ſupra Part. III, Qu. I, §. 3.) & quæ Sede etiam plena, ab Epiſcopo non ſine Presbyterorum conſilio, atque conſenſu exercenda unquam ſunt.

§. V. Nam eatenus a Presbyteris ad Eccleſiarum Præpoſitos rectio delata fuit, quatenus poſtulat cautio, ne quid præpoſtere, ac perturbate fiat. (Vid. ſupra Part. III, Qu. IX.) Huic rei ſatis eſt, ſi, qui præeſt, curet, ut Presbyteri in muneribus ſuis fungendis, partibuſque explendis modum ſervent, ordinem teneant, nec neceſſe eſt, ut ſuis juribus ſpolientur. *Hæc propterea*, inquit Hieronymus loc. cit. *ut oſtenderemus ad unum omnem ſollicitudinem eſſe delatam, ut diſſenſionum plantaria evellerentur; ſicut ergo Presbyteri ſciunt, ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubjectos; ita Epiſcopi* (uti Diœceſani) *noverint ſe magis conſuetudine, quam diſpoſitionis Dominicæ veritate Presbyteris eſſe majores: & IN COMMUNE DEBERE*

EC-

ECCLESIAM REGERE (c). Quod ſane intellexiſſe videtur etiam Sanctus Cyprianus, qui Presbyteros ſui regiminis, atque imperii conſortes haberi voluit. Nam Epiſtola 14 ſcribit, ſe de reditu ſuo cogitare, *ut ea, quæ circa ECCLESIÆ SUÆ GUBERNACULUM utilitas communis expoſcit, tractare ſimul, & plurimorum conſilio examinata limare poſſit. Cum ad vos per Dei gratiam venero, tunc de iis, quæ vel geſta ſunt, vel gerenda, ſicut honor mutuus poſcit, IN COMMUNE TRACTABIMUS.* Hæc ad Eccleſiæ ſuæ Presbyteros Sanctus Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus, qui qualem, quantamque perſonam in Eccleſia una cum Epiſcopo regenda ſuſtineant Presbyteri, jam pridem didicerat a S. Ignatio Martyre hæc ad Trallianos ſcribente: *Quid vero Presbyterium aliud eſt, quam ſacer cœtus, conſiliarii, & aſſeſſores Epiſcopi*. Sed hac de re plura Lib. V, & Lib. VII.

QU.

(c) S. Hieronymus rel. in can. 7, Cauſ. 16, qu. 1. Eccleſia habet Senatum, cœtum Presbyterorum, ſine quorum conſilio nihil Epiſcopis licet agere.

S. Hilar. in Comment. ad I Timoth. V. Sinagoga, & poſtea Eccleſia Presbyteros habuit, quorum ſine conſilio nihil agebatur in Eccleſia.

Digitized by Google

QU. XIII.

De quartum Diœceſanorum Officium, ac jus.

Poteſtas Cenſoria in Epiſcopalium ne, an in Diœceſanorum Jurium numero ponenda?

§. I. Cenſoriam poteſtatem non ab Epiſcopali, ſed a Diœceſano jure oriri, multa ſunt, quæ ſuadent. I Quia hæc poteſtas inerat in Presbyterorum Collegiis, antequam iis ſingulares Epiſcopi præficerentur. II Quia, poſtquam ſingulis Presbyteris, ſinguliſque Eccleſiis ſinguli Epiſcopi præfecti fuerunt, non tota a Presbyteris ad Epiſcopos adſcenderat, ſed utriſque communis hæſerat. III Quia ad Presbyteros integra redit etiam nunc, quotieſcumque evenit, ut Eccleſia vidua ſuo careat Epiſcopo.

§. II. Ac primo quidem Cenſoriam poteſtatem penes Presbyteros fuiſſe tum, cum abſque ſingulari Epiſcopo rerum habenas moderabantur, noſmet ſubmonere videtur Divus Paulus I ad Corinthios V, ubi illius Eccleſiæ Primores corripit, eo quod Inceſti reum piorum communione non ſummoverint, exſortemque Eccleſiæ eſſe non juſſerint; atque ipſe, quod ii prætermiſerant, officium explens, ſacris deteſtationibus illum perſtrinxit, diriſque devovit. *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris ſui aliquis habeat. Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, ut tollatur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu jam judicavi ut præſens eum, qui ſic operatus eſt, in nomine D. N. J. C. congregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute D. N. J. C. TRADERE HUJUSMODI SATANÆ IN INTERITUM CARNIS, ut ſpiritus ſalvus ſit in die D. N. J. C.* Cum Paulus hanc Epiſtolam ſcripſit, ſingulares Epiſcopi nondum inſtituti erant. Nam turbæ, quæ eorum poſtea Inſtitutioni cauſam dederunt, tunc ſolummodo cohortæ erant, ad quas comprimendas Paulus hanc ipſam Epiſtolam exaravit, miſitque per Stephanam, Fortunatum, & Achaicum, uti conſtat ex cap. I, v. 11, & ex cap. ult. v. 17, & 18. Nullus igitur Corinthiorum Eccleſiæ tunc temporis ſingularis præerat Epiſcopus, ſed uni Presbyteri, (Vid. ſup. Qu. VII, §. 6.) atque illi proinde, quos Paulus ibi objurgat, quod in Inceſti reum cenſoriam virgulam non diſtrinxiſſent, erant Corinthiæ Eccleſiæ Presbyteri. Cenſorios igitur faſces, ac ſecures habuerint hi Presbyteri neceſſe eſt, ſi a Paulo notantur, quod eas non expediverint. Sed hæc fortaſſe longe petita; illa vero ante pedes, quæ Sanctus Polycarpus habet in ea Epiſtola, quam ad Phi-

Digitized by Google

lippenſes dedit eo tempore, quo ſuo adhuc carebat Epiſcopo. (Vid. ſupra Qu. VII, §. 7.) *Presbyteri*, inquit, *ſint benigni, miſericordes . . . IN JUDICIO MINUS RIGIDI, reſcientes, non omnes eſſe culpandos & judicio obnoxios*. Epiſtola ad Philipp. §. 2, a Cave latinitate donata in vita Policarp. pag. 127.

§. III. Jam vero ad alterum veniamus, videamuſque, num poſt ſingularium Epiſcoporum inſtitutionem Epiſcopi ſoli, an una cum Presbyteris cenſoriam poteſtatem exercuerint. Intra tria priora ſecula conſiſtamus, interrogemuſque Tertullianum, qualem, quantamque perſonam ſuſtinuerint Presbyteri ſæculo ſecundo in judiciis reddundis. *Ibidem* (ait ille Apol. cap. 39, pag. 31.) *exhortationes, caſtigationes, & cenſura divina; nam & judicatur magno cum pondere, & apud certos de Dei conſpectu, ſummumque futuri judicii præjudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, ut a communicatione Orationis, & conventus, & omnis ſancti commercii relegetur. PRÆSIDENT probati quique SENIORES* (Presbyteri) *honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti*. Pergamus porro, quidque moris fuerit ſæculo tertio in reis abſolvendis, ſciſcitemur ex Sancto Cypriano. Is in Epiſtola XV, pag. 34, edit. Oxon. queritur, communionem iis minime denegari, *quibus ab Epiſcopo & CLERO nondum manus impoſita erat in Pœnitentiam*. Et in Epiſt. XVI teſtatur, *peccatores per manus impoſitionem Epiſcopi, & CLERI jus communicationis accipere conſueviſſe*. Eadem recinit in Epiſt. XVII, monetque, *ad communionem venire neminem poſſe, niſi prius illi ab Epiſcopo, & CLERO manus fuerit impoſita*. Ex quibus efficitur, ſententias condemnatorias abſolutoriaſque, in quibus omnis cenſoria poteſtas poſita erat, ab Epiſcopis una & Presbyteris ferri ſolitas fuiſſe.

§. IV. Supereſt, ut illud etiam oſtendamus, Judiciariam poteſtatem omnem ab Epiſcopis ad Presbyteros rediiſſe, quoties Epiſcopo Eccleſia vacabat, Epiſcopaliſque Sedes relicta aſtabat; quod contingebat, cum vel Epiſcopus ad plures abierat, vel ſolum verterat, aut diuturniores moras in longinquioribus regionibus agebat, aut aliquam Eccleſiaſticam capitis diminutionem paſſus erat. Cum Deciana perſecutio fureret, Sanctuſque Cyprianus ad Leones depoſceretur, ipſeque in abditam ſolitudinem diſceſſiſſet, ibique diu lateret, hæc ad ſuæ Carthaginenſis Eccleſiæ Presbyteros ſcripſit Epiſt. V, §. 1, pag. 15: *Fungamini iſtic & veſtris partibus, & MEIS, ut nihil vel ad diſciplinam, vel ad diligentiam deſit*. Et Epiſt. VI, §. 2, pag. 17. *Fretus ergo & dilectione, & religione veſtra, quam ſatis novi, his literis & hortor, & mando, ut VOS VICE MEA FUNGAMINI circa gerenda ea, quæ adminiſtratio religioſa depoſcit*. Et Epiſt. X Presbyteros quidem objurgat; quod nonnullis pœnitentiæ ſtadio nondum decurſo, veniam dediſſent, quod autem in hanc meſſem falcem immiſiſſent, eos minime culpat. Sed non eſt, quod diutius immoremur ea in re, quæ noſtris etiam temporibus in omnium oculis verſatur. (Vid. infra Lib. V.)

§. V. Ex hiſce omnibus plane intelligimus, poteſtatem, quam Epiſcopi potiuntur in ferendis cenſuris, non ab Epiſcopali jure, ſed a Diœceſano fluere, atque exire, eamque non uti Epiſcopos, ſed uti Diœceſanos poſſidere, proindeque eam, non

uti

Digitized by Google

uti Epiſcopalem Chriſto ἀμέσως, ſed Eccleſiæ acceptam eis eſſe referendam. (a) (Vid. ſupra Lib. I, Qu. V.) (b).

QU.

(a) Encyclopedie V. *excommunication.* Une ſocieté quelconque ne peut ſubſiſter ſans loix; ces loix n'auroient aucune force, ſi ceux qui les violent n'encouroient aucune peine; la peine la plus ſimple qu une ſociété puiſſe infliger à ſes membres réfractaires, eſt de les priver des biens qu'elle procure à ſes enfans dociles. Ces notions, dictées par le bon ſens, ſuffiroient déja pour faire préſumer que Jéſus Chriſt, en établiſſant ſon Egliſe, lui a donné le pouvoir de rejeter hors de ſon ſein les membres qui refuſernient d'obéir à ſes loix.

Mais l'Evangile ne laiſſe aucun doute ſur ce point; il nous apprend que Jéſus Chriſt a donné aux Paſteurs de ſon Egliſe l'autorité légiſlative & le pouvoir d'impoſer des peines. Il dit à ſes Apôtres: „ Au temps „ de la régénération, ou du renouvélement „ de toutes choſes, lorſque le fils de l'hom„ me ſera placé ſur le trône de ſa majeſté, „ vous ſerez aſſis vous mêmes ſur douze „ ſiéges pour juger les douze tribus d'Iſ„ rael." Matth. ch. 19, ℣. 28. Dans le ſtyle ordinaire des Livres Saints, le pouvoir de juger emporte celui de faire des loix, le nom de *Juge* eſt ſynonyme à celui de *Legislateur*, l'autorité de ce dernier ſeroit nulle, s'il n'avoit pas le pouvoir de punir.

De nos jours, quelques Ecrivains ont prétendu que, comme l'*excommunication* emporte une note d'infamie, & peut dépouiller un citoyen de ſes droits civils, c'eſt à la puiſſance civile de juger de la validité ou de l'invalidité d'une *excommunication.* Ceux qui ont avancé cette doctrine, en faiſant ſemblant d'acorder à l'Egliſe le pouvoir d'excommunier, le lui ôtoient réellement, & rendoient ſes cenſures illuſoires; ils donnoient à tous les coupables une ſauve-garde contre l'autorité dont J. C. a revêtu ſon Egliſe.

Saint Paul n'ignoroit pas les ſuites de l'*excommunication*, lorſqu'il diſoit, I Cor. c. 5, ℣. 4. „ Je vous ai déja écrit de n' „ avoir point de commerce avec celui de „ vos freres qui ſeroit impudique, avide du „ bien d'autrui, idolâtre, calomniateur, yv„ rogne ou raviſſeur, & même de ne pas „ manger avec lui. Si quelqu'un n'a point „ d'égard à ce que je vous écris, notez-le, „ & n'ayez point de commerce avec lui, „ afin qu'il rougiſſe de ſa conduite. II „ Theſſ. c. 3, ℣. 14. Je vous prie, mes „ freres, du vous garder de ceux qui exci„ tent des diſputes & des ſcandales contre „ la doctrine que vous avez appriſe, & de „ vous ſéparer d'eux. Roman. c. 16, ℣. 17. S. Jean impoſe le même obligation aux fideles. „ Si quelqu'un, leur dit-il, vient „ à vous avec une autre doctrine que cel„ le-ci, ne le recevez point chez vous, ne „ le ſalvez même pas, afin de n'avoir point „ de part à ſa malice." Joan. c. 5, ℣. 10.

(b) Appendicis loco notandæ hîc ſunt hæ omnes factorum ſpecies, in quibus Epiſcopi poſſunt diſpenſare tamquam Ordinarii: Epiſcopus diſpenſare poteſt cum ſuis ſubditis, & in ſua Diœceſi In omnibus Irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario injuſto, & aliis deductis ad forum contentioſum; Concil. Trident. *ſeſſ.* 24, *cap.* 6, *de reformat.* ibi: *Liceat Epiſcopis in Irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum, diſpenſare, & in quibuſcumque caſibus occultis* etiam

Jus Epiſcopale. Kk

etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos in Diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ gratis abſolvere, impoſita pœnitentia ſalutari. Hinc poteſt diſpenſare in Irregularitate ex homicidio occulto patrato cauſa defenſionis, non ſervato moderamine inculpatæ tutelæ, quia hujuſmodi homicidium volitum cauſa defenſionis, non comprehenditur ſub homicidio voluntario, immo potius licet non ſit mere neceſſarium, neceſſarii tamen vim habet, quatenus ſit cauſa vitandæ mortis, ut cum multis tenet Barboſa *de Officio, & poteſt. Epiſcopi part. 2, alleg. 39, num. 53, & 54.* Poteſt etiam Epiſcopus diſpenſare in Irregularitate orta ex mutilatione membri occulta, quamvis voluntaria, cum hæc in Jure non ſit excepta, & in iis, quæ concernunt vigorem, non ſit facienda extenſio; *arg. cap. Odia reſtringi* 15, *de regul. Juris in 6*, & ſic tenet *communis* cum Barboſ. *loc. cit. num.* 49. Poteſt inſuper Epiſcopus diſpenſare in Irregularitate orta ex homicidio caſuali, modo delictum ſit occultum: Concilium enim concedit Epiſcopis facultatem diſpenſandi in Irregularitate ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario; homicidium autem caſuale non eſt proprie voluntarium, ut patet in eo, qui mandavit Servo, ut Petrum percuteret, ſed caveret, ne occideret; ſi mandatarius percuſſerit, & occiderit, homicidium inde ſequutum non eſt proprie voluntarium reſpectu mandantis, ſed eſt caſuale culpabile; ſic cum plurimis Barboſ. loc. cit. num. 48, & 51. Item poteſt Epiſcopus diſpenſare in Irregularitate, quæ contrahitur ex reiteratione Baptiſmi occulta, etiamſi incurratur ab aliquo publice baptizante, dummodo neſciatur, an qui baptizatur, fuerit antea baptizatus; *Communis* cum Barboſ. loc. cit. num. 36, & ſuper Concil. ſeſſ. 24, cap. 6, num. 10. Item poteſt Epiſcopus diſpenſare in Irregularitate contracta ab eo, qui duos Sacros Ordines, vel Acolythatum cum Subdiaconatu eodem die ſuſcepit, dummodo delictum ſit occultum; *Communis* cum Barboſ. *locis citatis.* Item poteſt Epiſcopus diſpenſare in Irregularitate occulta proveniente ab adminiſtratione in Ordinibus male ſuſceptis, dummodo Epiſcopus ipſe non fuerit quoque ſcienter particeps ejuſdem culpæ; Barboſ. *in Conſil. loc. cit. num.* 12, *& de poteſt. Epiſcop. loc. cit. num.* 41, & alii *communiter*. Item poteſt Epiſcopus diſpenſare in Irregularitate, quam quis contraxit in exercendo Ordines, quos non habebat, ut exerceat ſuſceptos, ac alios ſuſcipiat, dummodo delictum ſit occultum; Barboſ. *in Trident. loc. cit. num.* 13, *& de poteſt. Epiſcop. loc. cit. num.* 43, & alii paſſim. Item poteſt Epiſcopus diſpenſare in Suſpenſione, & Irregularitate contracta ab eo, qui ante legitimam ætatem Ordines ſuſcepit, ſi jam ad legitimam ætatem pervenerit, & delictum ſit occultum, licet celebratio ſit publica; ſic deciſum fuiſſe a Sacra Congregatione Concil. refert Garzias *part. 2 de Beneficiis cap.* 5, *n.* 51. Epiſcopus diſpenſare poteſt cum Ordinato ad Ordines minores, vel ignoranter ad Sacros ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui, & Dignitati, aut Cenſura irretito, ſchiſmatico, hæretico, depoſito, vel Degradato, dummodo delictum ſit occultum; *arg. cap. Requiſivit* 1, *de Ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui*, & communis Doctor. cum Fagnan. *ibid. num.* 1, Barboſ. *in Tridentin.* loc. cit. num. 21, & de poteſt. Epiſcop. loc. cit. num. 42. Item poteſt diſpenſare in Suſpenſione, quam quis contraxit recipiendo Ordines ſine litteris dimiſſoriis, dummodo ſit occulta; Barboſ. *in Trident. loc. cit. num.* 18, *& de poteſtat. Epiſcop. loc. cit. n.* 39, & alii. Item poteſt Epiſcopus diſpenſare in Suſpenſione contracta ab eo, qui furtive, ideſt neſciente Epiſcopo, neque probante, neque examinante, Ordines ſuſcepit, ſi occulta ſit; Suarez *de Cenſuris diſp.* 42, *ſect.* 3, *num.* 5, Coninch. *tom.* 2, *diſp.* 18, *dub.* 5, *num.* 43, Ugolin. *de Offic. & poteſt. Epiſcopi cap.* 57, §. 2, *num.* 4, *verſ. quarto*, & alii paſſim. Item poteſt Epiſcopus diſpenſare cum eo, qui per ſaltum promotus ad Ordines celebravit, ubi delictum fuerit occultum; Ugolin. *loc. citat.* §. 2, *num.* 4, *verſ. Tertio*, Barboſ. *de Offic. & poteſt. Epiſcop. loc. cit. num.* 40, & alii paſſim. Item poteſt Epiſcopus di-

diſpenſare cum Simoniaco occulto, non tamen illum rehabilitare ad Beneficia in poſterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per ſimoniam occultam obtinuit; ita deciſum fuiſſe a Sacra Congregatione teſtantur Suarez *de Religion. tom.* 1, *tract.* 3, *lib.* 4, *cap.* 61, *num.* 11, Garzias *de Benefic. part.* 8, *cap.* 1, *num.* 74, Barboſ. *de Offic. & poteſt. Epiſcop. loc. citat. numer.* 44, & alii apud ipſos. Epiſcopus non poteſt diſpenſare in Irregularitate orta ex hæreſi occulta exteriori; deſumitur *ex cap. Cum illorum* 32, *de ſentent. excommunic.* ubi habetur, quod Epiſcopi non habent facultatem abſolvendi. Epiſcopus diſpenſare poteſt cum occulto excommunicato, qui publice celebravit, quia licet actus celebrationis ſit publicus, non tamen publica eſt illius malitia. Secus vero, ſi publice ſit excommunicatus, & celebraverit occulte; ſic deciſum fuiſſe a Sacra Congregatione Concilii refert Fagnan. *lib.* 3 *Decretal. in cap. Veſtra* 7, *de cohabitat. Clericor. & mulier. num.* 148. Cum enim, ut ibi dicit, quæſitum fuiſſet: *An vigore cap.* 6, *ſeſſ.* 24, *de reformat. poſſit Epiſcopus abſolvere ab Irregularitate proveniente ex delicto, quod licet publicum ſit in ſe, tamen tamquam cauſa Irregularitatis occultum cenſeri poteſt, quia licet actus publicus ſit delictum, publice tamen neſcitur eſſe delictum; die* 9 *Septembris* 1582, *S. C. cenſuit, quando delictum, ex quo provenit Irregularitas, eſt publicum, quamvis actus ille, quo interveniente irregularitas incurritur, occultus ſit, Epiſcopum diſpenſare non poſſe: veluti ſi Sacerdos publice excommunicatus, vel notorie ſimoniacus occulte Miſſam celebraverit. Quod ſi delictum occultum eſt, ut puta excommunicatio, vel fornicatio, actus vero Miſſam celebrandi, ex quo Irregularitas incurritur, publicus, poſſe nihilominus Epiſcopum ab omni Irregularitate abſolvere ex dict. cap.* 6. Epiſcopus diſpenſare non poteſt cum Inquiſitis de delicto, quod non potuit probari, ſi nec definitive, nec alio modo fuerunt abſoluti, ſed dimiſſi cum cautione de ſe præſentando; ſic deciſum fuiſſe a Sacra Congregat. Concilii refert Fagnan. *lib.* 3 *Decretal. in cap. Veſtra* 7, *de cohabitat. Clericor. & mulier num.* 137: nam propoſito dubio: *An illi, qui occaſione delictorum ſuorum fuerunt inquiſiti, ſed quia non potuerunt delicta probari, non fuerunt quidem definitive, vel alio modo abſoluti, ſed ſimpliciter dimiſſi, recepta promiſſione de ſe præſentando, poſſint uti beneficio cap.* 6, *ſeſſ.* 24, *Sacra Congregat. cenſuit, non poſſe; quia Scriptura deducta eſt ad forum contentioſum; ſicque ſufficit ſola deductio, quidquid inde ſequatur.* Epiſcopus diſpenſare non poteſt in materia delicti ad forum contentioſum deducti, & jam finito judicio puniti. Et ratio eſt, quia per ſententiam condemnatoriam delictum efficitur notorium, ut dicitur *in cit. cap. Veſtra* 7, *de cohabitat. Clericor. & Mulier.* ibi: *Notorium definitur, de quo Presbyter canonice condemnatur, & cap. Quæſitum* 10, *eod. titul.* ibi: *Niſi peccatum hujuſmodi ſit notorium per ſententiam.* Ridiculum enim eſt, ut poſt ſententiam remaneat delictum occultum; *cap. De hoc* 11, *de Simonia.* Tum quia ſi ex declaratione Sacræ Congregationis allata *num. antecedenti* non licet Epiſcopo diſpenſare in delictis deductis ad forum contentioſum, quando adhuc incertum eſt, an inquiſitus ſit culpabilis nec ne, longe minus licebit, quando per ſententiam condemnatoriam certum & notorium eſt, reum eſſe culpabilem; ſic Fagnan. *loc. cit. num.* 140, Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcopor. allegat. 39, num. 35, cum multis ibi citatis contra Sanchez, Henriquez, Reginal. & alios ibi citatos ſentientes, etiam in hoc caſu poſſe Epiſcopum diſpenſare. Poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare cum reo, qui finito judicio contentioſo obtinuit abſolutionem ab injecto crimine, quia adhuc manet occultum, & non poteſt dici deductum cum effectu, ex quo probatum non fuit; Barboſ. *loc. cit. num.* 32, cum plurimis ibi adductis. Etiamſi mediis depravatis obtinuerit abſolutionem, adhuc cum ipſo poterit diſpenſare Epiſcopus; Barboſ. *loc. cit. numer.* 33, cum Suarez, Sanchez, Sayr, Campanil. & aliis ibi adductis. Immo etiamſi judicium non fuerit ſententia abſolutoria fi-

mitum, ſi accuſator per annum tacuerit, poterit Epiſcopus, elapſo anno, cum ipſo diſpenſare, ut tenet Campanil. *In diverſ. Juris canon. rub.* 7, *c.* 5, *n.* 8, & *rub.* 11, *cap.* 23, *num.* 144, & *allegat. Gloſſ. verb. Obrepſit in cap. Tantis diſt.* 81, & *cap. Omnipotens Deus*, *de accuſat.* Majol. *de Irregularit. lib.* 4, *cap.* 17, *ſub num.* 9, Barboſ. *loc. cit. num.* 34, cum Sayt, Boſſ. Sigiſmund. a Bonon. ibi citat.

Digitized by Google

QU. XIV.

Quid habes de quinto Diœceſanorum jure & officio?

Paræciarum Erectiones, Diviſiones, Uniones cujus juris? Epiſcopalis ne, an Diœceſani?

§. I. SI Epiſcopalia jura ipſum Chriſtum * conditorem ſuum vocant, Diœceſana vero Eccleſiam parentem dicunt ſuam, Paræciarum certe *erectiones*, *diviſiones*, *uniones* poſt ſæculum III in lucem editæ non in Epiſcopalium, ſed in Diœceſanorum jurium numero erunt collocandæ. Quinimmo inter ipſa Diœceſana jura inferiorem tenent locum, utpote quæ non ipſos Apoſtolos auctores ſuos repetunt, ſed ſeros Apoſtolorum ſucceſſores. Nam Apoſtoli, cum Chriſtianam doctrinam ſerebant, quot cœtus colligebant, tot etiam Epiſcopales Eccleſias condebant, nec unius Eccleſiæ Presbyteros, aut Epiſcopum pluribus Chriſtianorum cœtibus præeſſe voluerunt. Quamobrem Apoſtolicis temporibus quot Chriſtianorum oppida, quot pagi, quot vici, tot etiam Diœceſes, tot Presbyteria, tot Epiſcopi extiterunt. (Vid. ſup. Part. III, Qu. V.)

§. II. Sunt qui Paræciarum erigendarum jus ab Apoſtolorum ducunt temporibus, ſed tamquam incluſum in vagina latuiſſe primis Eccleſiæ ſæculis; eo quod in agris nulli extiterint Chriſtiani. Ego vero a primo uſque Eccleſiæ ortu non ſolum in Urbibus, ſed etiam in agris Chriſtianos, & Chriſtianorum cœtus invenio. Divus Lucas Act. VIII, 25, auctor mihi eſt, Petrum & Joannem Chriſti doctrinam *IN AGRIS* diſſeminaſſe, eamque in multos Samaritanorum *vicos* intuliſſe, πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο, & Act. IX, 32, tradit, Petrum deveniſſe ad *ſanctos* h. e. Chriſtianos, (*a*) qui Liddam incolebant. At Lidda, teſte Joſepho, erat vicus. In hoc igitur Liddæ vico fuerint Chriſtiani neceſſe eſt, & numero minime

(a) Mamach. Or. & Antiq. Lib. I, pag. 4, §. 4. Sequitur τῶν ἁγίων Sanctorum nomen. Nam Chriſtiani omnes ab Apoſtolis etiam *Sancti* appellabantur. Quæ ſane appellatio idcirco tributa eis fuit, quod *ſanctificati in Sanguine Chriſti eſſent*, vocatique ad ſanctitatem. Ibid. Not. 4. Chryſoſt. Homil. I in Epiſt. ad Roman. n. 4, pag. 434, T. X Opp. ἁγίους, inquit (ὁ Ἀπόστολος) τοὺς πιστοὺς καλεῖ πάντας. *Omnes fideles* Apoſtolus *vocat ſanctos*. Similia habet Homil. XIV in I Epiſt. ad Timoth. & X in Epiſt. ad Hebræos.

me contemnendi, ſi ad eos deveniſſe, ibique ſubſtitiſſe dicitur Apoſtolorum princeps.

§. III. Qui fit, inquies, ut Sacri Scriptores Ruſticarum Eccleſiarum nullam unquam mentionem faciant, ſed ſolummodo oppidanarum? Cur non ait Divus Lucas: *Cum conſtituiſſent per ſingulas Civitates, & VICOS Presbyteros?* Cur non Paulus ad Titum ſcripſit: *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut conſtituas per Civitates, & PAGOS Presbyteros?* *Cur vicorum, & pagorum* nomen reticuerunt? At, inquam ego, cur *& Urbium, & oppidorum* nomen ſiluerunt? Cur vox *CIVITATIS* adhibita utrobique eſt? Neque enim *Civitas* idem ac Urbs, ſeu Oppidum; ſed ſi hujuſce nominis vim juſte æſtimare velimus, *Civitas* nihil aliud eſt, quam hominum multitudo unum in locum, ſive intra mœnia, ſive extra, congregata, quæ eodem jure vivit. *Nihil eſt*, inquit Cicero de ſomn. Scipion. *illi principi Deo acceptius, quam CONCILIA, COETUS hominum jure ſociati, quæ CIVITATES appellantur*. Ubi igitur Sacri Scriptores *CIVITATIS* nomen uſurpant, nihil aliud hoc nomine ſignificare volunt, quam *COETUS CHRISTIANORUM* ubicumque demum, ſive in Urbibus, ſive in agris ii fuerint congregati; atque perinde eſt ac ſi dixiſſent: *Cum conſtituiſſent SINGULIS CHRISTIANORUM COETIBUS Presbyteros: Reliqui te Cretæ, ut, ubi extiterint CHRISTIANORUM COETUS, ibi conſtituas Presbyteros*.

§. IV. Equidem haud inficiari auſim, Apoſtolorum curam præcipue enituiſſe in Urbibus ad Chriſti fidem evocandis eo conſilio, ut, ubi impietas, & error plurimas radices egerant, ibi etiam Religio & veritas potiſſimum triumpharent, utque Crucis vexilla in locis celeberrimis poſita, fierent etiam adſpectabiliora. Nil mirum igitur, ſi Divus Lucas, qui præcipua tantum Apoſtolorum geſta perſtrinxit, ea potiſſimum in ſuos Commentarios retulerit, quæ in Urbibus acta fuerunt; ſi Divus Paulus litteras ſuas ad eas dumtaxat Eccleſias dederit, quæ in nobilioribus Urbibus erant collocatæ. Sed hinc minime ſequitur, Apoſtolos in agros, & vicos Chriſti fidem non intuliſſe, nullos ibi Chriſtianorum cœtus coegiſſe, nullaſque Eccleſias conſtituiſſe. Quid igitur ſi & in agris Chriſtianorum conventus extiterunt, nec tamen ullæ Paræciæ? Nonne fateri cogimur, nondum illas inſtitutas fuiſſe, nec earum erigendarum jus Epiſcopis partum; ſed eam diſciplinam adhuc viguiſſe, ut quot Chriſtianorum conventus, tot etiam Epiſcopales eſſent Eccleſiæ? (1 Vid. ſupra Part. III, Qu. V, §. 3, 4.)

§. V. Licet autem rerum geſtarum Scriptores ſilentio præterire plerumque ſoleant, quæ in obſcuris locis fiunt, eaque fere ſola attingant, quæ in maxima hominum celebritate geruntur, & licet ea, quæ ſcripſere, partim longa obruerit vetuſtas, partim tyrannorum invidentia nobis eripuerit, nihilo tamen ſecius aliqua etiam nunc nonnullarum Eccleſiarum extant monumenta, quæ in vicis, atque in agris ab Apoſtolicis viris conſitæ Sæculo IV adhuc ſtabant, atque florebant. Quid ego commemorem Eritron, Hydracem, Palebiſcam Pentapolitanæ Provinciæ vicu‐los, qui ſinguli, teſte Syneſio Epiſt. 67, ſuas Eccleſias, ſuoſque Epiſcopos habebant originem ſuam a Divo Marco Evangeliſta uſque ducentes? Quid Zigrim, Zogylim, Antyphana

pham ejuſdem regionis pagos? Quid plures alias Aſiæ villulas, quarum Epiſcoporum ſeries ad Apoſtolos uſque conſcendit? (b) (Vid. ſup. Part. III, Qu. V.) Quot vero, quæ nunc Urbes appellantur, cum iis primitus dati Epiſcopi fuerunt, viculi tantum erant? Sed progreſſu temporis primum in oppidula, deinde in oppida, tandem in Civitates excreverunt; quarum omnium numerum ſi iniveris, longe plures vicanos Epiſcopos, quam oppidanos fuiſſe deprehendes.

§. VI. Id igitur verum ſit, quod initio dixi, primis Eccleſiæ ſæculis ſingulas Urbes, ſingulos vicos, ſingulos Chriſtianorum cœtus ſingulos habuiſſe Epiſcopos, nec uni Eccleſiæ plures Epiſcopos datos, nec uni Epiſcopo plures Eccleſias, ſive in Urbibus, ſive in agris, traditas fuiſſe. Nullæ igitur iis temporibus Eccleſiæ Parochiales, nullæ Succurſales, nullæ Filiales, ſed quotquot erant, omnes Epiſcopales. Itaque Paræciarum Erectiones, Diviſiones, Uniones erant tunc nomina inaudita, nec niſi ſæculo III ſeneſcente pedem in Eccleſiam inferre cœperunt; proindeque illa poteſtas, qua modo fruuntur Epiſcopi in Paræciis (c) erigendis, dividundis,

(b) Quien. O. C. Tom. II, col. 626. Ptolomæo teſte, in Pentapoli extitit Ἐρυθρὸν τόπον, Erythron locus, ad mare poſitus, ut civitas ejus ævo non fuerit: quæ tamen Epiſcopi ſedes fuit, immo Apoſtolica Sancti Marci utique inſtitutione, ſi Syneſio credamus, qui epiſt. 67 ſcribit Hydracem, & Palebiſcam vicos binos paterna, & Apoſtolica inſtitutione Erythrenſi Eccleſiæ contributos eſſe ταύτας εἶναι ϗ ἐκκλησιῶν ἐρυθριτίδας εἶναι, ϗ ταύτας τὰς ἐκκλησίας. Sed & alii quoque vici Epiſcopalibus thronis in Pentapoli fruebantur, ut puta Zygri, Zogylis, Antiphra. Id quod in Diœceſi Aſiana factum reperi.

(c) Parochias erigere, & dividere, præter Papam, ſolus poteſt, & debet Epiſcopus; c. Nullus omnino 11, cauſ. 16, qu. 7, & docet ibi Barboſa cum communi Doctorum. Accedit Concil. Tridentini diſpoſitio in ſeſſ. 21, de reform. c. 4, & ſeſſ. 24, de reform. c. 13. Ad conſtitutionem Parochiæ, ſeu ad hoc, ut aliqua Eccleſia dicatur, ſit, & probetur Parochialis, plura requiruntur. Primo igitur requiritur, ut auctoritate Papæ, vel Epiſcopi ſit erecta, ut patet ex dictis *numero antecedenti*; erecta tamen præſumitur auctoritate Papæ, vel Epiſcopi ex lapſu temporis, quo Rector Eccleſiæ publice Divina Officia peregit, Sacramenta adminiſtravit, ac reliqua Parochialia præſtitit, & recepit; Barboſa l. c. n. 39, Afflict. dec. 368, num. 5, Lancell. Galliæ conſ. 124, n. 6, vol. 1, & alii paſſim.

Secundo requiritur certum territorium, ſeu certus locus, ac diſtrictus, cum certis limitibus ab Epiſcopo determinatis; arg. cit. c. Eccleſias I, cauſ. 13, q. 1, & cit. ſeſſ. 21, de reform c. 4, & ſeſſ. 24, de reform. c. 13, Rota recent. part. 2, deciſ. 228, n. 5, & ſeq. & part. 18, tom. I, deciſ. 32, n. 2, & ſeq.

Tertio requiritur, quod in ipſo deſignato loco, ſeu diſtrictu ſint ſaltem decem mancipia, ſeu, ut alii legunt, municipia, ideſt decem Domus, aut familiæ; cap. Unio 3, cauſ. 10, q. 3, ubi ſtatuitur; ut Eccleſia, quæ decem habuerit mancipia, ſuper ſe habeat Sacerdotem: quæ vero minus decem mancipia habuerit, aliis conjungatur Eccleſiis; Barboſa l. c. num. 20, Reiffenſtuel lib. 3 Decretal. tit. 28, nu. 6, Carat. de juribus Paroch. tit. 3, c. 3, in fin. Pacian. de probat. l. 2, c. 31, num. 23, & alii cum Rota recentior. part. 11, deciſ. 348, num. 38.

Quarto requiritur, ut unum ſolum, ac perpetuum Rectorem, ſeu Parochum habeat cum Cura Animarum, & poteſtate Fori Pœnitentialis ipſi ſoli competente, ita ut jure ordinario nullus alius, ſed ſolus, ac unicus Parochus prædictam habeat Curam, & poteſtatem; Concil. Trid. ſeſſ. 24, de reform. c. 13, ibi: *Cuicumque Parochiæ ſuum*

dis, uniendis, non Divini, non Apoſtolici, ſed humani juris dicenda eſt.

§. VII. Non is ego ſum, qui hanc Eccleſiaſticam inſtitutionem aut velim, aut auſim in vituperationem addu-

ſuum perpetuum peculiaremque Parochum aſſignet, qui eas cognoſcere valeat, & a quo ſolo licite Sacramenta ſuſcipiant; c. Cum non ignoret 15 de Præbendis, ibi; *Cum non ignoret, quod una Eccleſia unius debeat eſſe Sacerdotis*; & cap. Extirpandæ 30, eod. tit. §. Qui vero, ibi; *Qui vero Parochialem habet Eccleſiam, non per Vicarium, ſed per ſeipſum illi deſerviat, in ordine ad quem ipſius Eccleſiæ cura requirit, niſi forte Dignitati, vel Præbendæ Parochialis Eccleſia ſit annexa, in quo caſu concedimus, ut qui talem habet Præbendam, vel Dignitatem, cum oporteat eum in majori Eccleſia deſervire, in ipſa Eccleſia Parochiali idoneum, & perpetuum habeat Vicarium Canonice inſtitutum*; Rota recent. par. 18, tom. I, deciſ. 32, n. 2, & ſeq.

Quinto requiritur, quod non facta aliqua electione ſepulturæ per Defunctos, & non exiſtentibus ſepulturis Majorum in dicta Eccleſia, corpora ibi ſepeliantur tamquam in Parochiali, in qua, concurrentibus prædictis, Defuncti debent ſepeliri; c. Ex parte 5, de Sepulturis.

Juſta cauſſa diſmembrationis eſt, ut evitetur periculum animarum, quod ſolet oriri ob diſtantiam, & incommoditatem itineris, ratione cujus nec Parochiani præſerrim tempore hyemali poſſunt accedere ad Eccleſiam Parochialem pro divinis ſine periculo, aut magno incommodo, nec Parochus ad illos occaſione infirmitatis pro adminiſtratione Sacramentorum; quibus circumſtantiis vere concurrentibus, Epiſcopus auctoritate ſibi attributa a Concil. Trident. ſeſſ. 21, c. 4, de reform. innovante diſpoſitionem cap. Ad audientiam de Eccleſ. ædificand. poteſt ad diſmembrationem procedere, & novam Parochiam erigere; Lotter. de re benefic. lib. I, cap. 28, num. 2, & ſequent. Nicol. in floſcul. verb. Parochus num. 2, Monacell. loc. cit. num. 2, Rota part. 1, deciſ. 484, num. 3, part. 10, deciſ. 224, num. 6, & 8, part. 17, deciſ. 204, num. 1, part. 10, tom. 2, deciſ. 578, num. 2, & 3, Sacra Congreg. in Lunen. Sarzanen. diſmembrationis 12 Julii 1712. Non permittitur tamen diſmembratio ſupradictis non obſtantibus, quoties Parochianis diſtantibus conſultum eſt per Coadjutorem, qui poſſit Sacramenta miniſtrare in commodiori Eccleſia; Ricc. praxis For. Eccleſ. reſolut. 486, nu. 6, verſ. Limitatur part. 1, Card. de Luca annotat. ad Concil. diſc. 16, n. 2, & de Paroch. diſ. 34, per tot. Monacell. loc. cit. n. 4, Rota part. 19, tom. 2, deciſ. 578, n. 5, & ſequent. & ſic Sacra Congr. Concil. ſub die 12 Auguſti 1628, quæ reſte Aldano in compend. Canon. reſolut. lib. 3, tom. 8, n. 20, decrevit, quod diſmembrare non licet a Parochia ſita extra muros Civitatis partem Parochianorum habitantium in Civitate ſub prætextu, quod illis non detur aditus de nocte, ſed eſt conſtituenda capella per Abbatem Parochum extra Civitatem. Quo caſu Rector perſolvere debet mercedem Vicario ob loci diſtantiam, vel ob aliud impedimentum deputato, ſalva tamen manente ejus congrua; Nicol. in floſcul. verb. Cura num. 7, Monacell. l. c. n. 11, Barboſ. ſuper Trident. ſeſſ. 21, cap. 4, de reform. n. 15, Rota part. 17, deciſ 204, n. 5, & part. 19, tom. 2, deciſ. 578, n. 8. Congrua enim in quacumque Parochialis diſmembratione Rectori eſt relinquenda; Rota part. 17, deciſ. 204, n. 5, & ubi per aſſignationem mercedis Vicario, Congrua Rectori non remaneret, in ſubſidium concurrere debent incolæ, ſeu Parochiani; Lambertin. de jure patronat. lib. I, part. 1, quæſt. 5, art. 18, in fine, & lib. 3, quæſt. 7, art. 2, n. 7, verſ. Et ſi iſti Beneficati, Bellet. diſq. Cleric. par. 1, tit. de Clerico debitore §. 14, n. 7, Barb. loc. cit. n. 15, Monacelli l. c. n. 11, Rota part. 17, deciſ. 204, n. 6.

Diſmembrari non poteſt Eccleſia Parochialis ob ſolam aucti populi numeroſitatem, niſi concurrant requiſita a Conc. Tridentin. ſeſſ. 21, cap. 4, de reformat. Rota part. 1, deciſ. 484, n. 1, & part. 2, deciſ. 88, n. 2, Sac. Congreg. Concil. in Hoſtunen. 12 Julii

adducere, præcipue cum videam, cam in omnium mores inductam, plurimorumque ſæculorum curſu cuſtoditam. Illud tamen monitos vellem

Julii 1631, in Toletana 4 Maii 1697, in Gerunden. 29 Januarii 1701, & Neocaſtren. 15 Decemb. 1703, ubi cum ipſius Epiſcopus, ſcilicet Neocaſtrenſis ad conſulendum numeroſitati populi diviſiſſet Parochiam, & duas portiones Curatas conſtituiſſet æque principales, Sacra Congregatio die qua ſupra declaravit, diſmembrationem, ſeu diviſionem in duas portiones Curatas non ſuſtineri, & invalidum fuiſſe concurſum reſpondit, & talem reſolutionem confirmavit die 16 Februarii 1704. Neque diſmembrari poteſt Parochialis propter anguſtiam, & deformitatem Eccleſiæ antiquæ, vel propter inundationem; Rota part. 1, deciſ. 484, n. 4, & part. 2, deciſ. 288, n. 2. Neque etiam ſufficit, quod aliquando contigerit, aliquos Parochianos decedere ſine Sacramentis; Rota part. 1, dict. deciſ. 484 num. 5, & p. 2, deciſ. 288, n. 2. Vel per ampliationem, vel novæ Eccleſiæ, ſeu Capellæ ædificationem; Rota part. 1, dict. deciſ. 484, n. 4, & p. 2, dict. deciſ. 288, num. 2.

In diſmembratione Eccleſiæ Parochialis reſervandus eſt Canon, ſeu recognitio aliqua annua facienda Eccleſiæ Matrici, V. G. quod illi ſolvatur cenſus annuus moderate arbitrio Epiſcopi taxandus, vel celebratio Miſſæ ſolemnis cantandæ in Eccleſia noviter erecta a Rectore Matricis in die Sancti Titularis, aut in aliqua ex ſolemnioribus anni Feſtivitatibus, vel quod Curati pro tempore una cum Parochianis novæ Parochiæ ſemel in anno accedant proceſſionaliter ad Eccleſiam Matricem, & Cereum offerant; ſic declaravit Sacr. Congreg. Conc. in Anglonen. 20 Decembr. 1704, in qua approbando erectionem, hanc conditionem addidit: *Reſervata tamen aliqua recognitione annua Eccleſiæ Matrici in ſignum honoris per traditionem Candelæ unius libræ.* Eccleſia diſmembrata a Parochiali conſentiente Rectore, auctoritate Epiſcopi, & juſta de cauſſa, dicitur jura Parochialia intra limites ſibi aſſignatos habere exercibilia, & conſequenter jus ſepeliendi acquiſiviſſe; Rota part. 18, tom. I. deciſ. 7, n. 12. Et licet potuerit reſervare ſibi Eccleſia Matrix *Jus Epiſcopale*, in ſignum ſubjectionis jus hoc ſepeliendi, vel ſimilia, id debet expreſſe facere, alias omne id, quod non eſt exceptum, in diſmembratam Eccleſiam translatum dicitur. Rota part. 18, tom. I, deciſ. 7, num. 13, & ſequent. Præſervatio autem facta in diſmembratione Eccleſiæ intelligitur de aliis juribus, præterquam conſecutis ad ipſam diſmembrationem. Rota part. 18, tom. I, deciſ. 7, n. 15. Cum etiam Eccleſiæ parte diſmembrata tranſeant cum ea omnia jura, quæ ex limitibus ſeparatis ſeparantur; Rota part. 5, tom. I, deciſ. 41, n. 7; Diſmembratio tamen generaliter loquendo non præjudicat Eccleſiæ, a qua illa facta eſt, niſi in iis, quæ in litteris diſmembrationis continentur; Rota part. 17, deciſ. 213, n. 1, & deciſ. 351, n. 1. Hinc per ipſam diſmembrationem neque cenſetur præjudicatum perſonis habentibus Officia, ſeu Beneficia in Eccleſiis diſmembratis; Rota part. 19, tom. 2, deciſ. 498, n. 50. Unde regulariter diſmembratio Eccleſiæ non præjudicat Epiſcopo, & Capitulo ſuper exactione decimarum; Rota part. 18, tom. 2, deciſ. 437, n. 23, cum in Eccleſiæ diſmembratione generali etiam prægnantiſſima non contineantur decimæ in ea non expreſſæ; Rota part. 17, deciſ. 213, n. 4. Maxime loquendo de decimis prædialibus; quæ non tranſeunt ipſo jure in Parochialem Eccleſiam noviter erectam, ſed remanent apud Parochiam Matricem, niſi eas Epiſcopus novo Parocho ad præſcriptum Concilii Tridentini aſſignaverit; ſic expreſſe S. Congregatio Concil. 11 Martii 1617, & ſic late Fagnan. lib. 3 decretal. in cap. Cum contingat 29, de decimis a num. 42, Barboſa de offic. & poteſt. Parochi cap. 28, n. 19, verſ. Advertendum quoque, Reiffenſtuel lib. 3 decret. tit. 30, n. 104, Monacell. loc. cit. n. 15. Decimæ tamen Perſonales, ſeu ſacramentales tranſeunt ipſo jure in Parochialem noviter erectam, etiam ante ullam Epiſcopi aſſignationem.

Uniones perpetuæ tribus maxime modis fiunt. Primo ita, ut ex duobus beneficiis, non jam unum uniatur alteri, ſed utrumque conjungatur ſimul, unumque veluti corpus coa-

lem noſtrorum temporum Epiſcopos, ne tam faciles aures præbeant ho- diernis male feriatis ſuſſuronibus, qui veterem diſciplinam, priſca inſtitu-

---

leſcat. Exemplum ſit in duabus Parochiis, cæteroquin vicinis, quæ ſi tempore belli deſtruantur, ita poſtea invicem uniantur, ut pro duabus Parochiis, quæ antea erant, unica Parochia fiant. Ita ſi ex duabus dignitatibus, una veluti componatur dignitas, ita ut unius Eccleſiæ Canonici, & Prælati evadant. Unio hujuſmodi dicitur in ſcholis *extintiva*, ſeu *tranſlativa*, eo quod ex duabus Eccleſiis, vel dignitatibus una Eccleſia, vel dignitas fiat, altera extincta, & alterius juribus in alteram translatis. Hujus unionis hic peculiaris effectus eſt, quod ea Eccleſia, ſeu dignitas, quæ veluti ex duabus conflata extat, nanciſcitur conſuetudines, ſeu privilegia utriuſque beneficii, quæ commodiora, atque utiliora ſibi ſint.

Secundo. Ita ut altera Eccleſia tamquam inferior, & ſubjecta uniatur alteri, tamquam principali, ac ſuperiori, cujuſmodi unionis, quæ dicitur in Scholis *acceſſoria* ſeu *ſubjectiva*, exempla occurrunt multo frequentiora ad augendam dotem alicujus beneficii, quod per ſe non habeat ſufficientes reditus ad congruam beneficiarii ſuſtentationem. Hujus unionis effectus eſt, ut Eccleſia, cui altera unitur, cenſeatur mater, quæ unitur filia, & vulgo Eccleſia filialis appelletur; rurſus, ut quæ unitur & nomen, & dignitatem ante habitam prorſus amittat, neque beneficium per ſe amplius dici poſſit, ſed facta per unionem pars, & prædium beneficii alterius, cui unitur, in hujus naturam, dignitatem, privilegia, ac jura tranſeat. Fit hinc, ut perfecta hac unione duorum beneficiorum, unum dumtaxat cenſeatur eſſe beneficium; itaque ad impetrandum beneficium principale ſufficiat hoc exprimere, quin alterum unitum ſimul exprimatur. Fit rurſus, ut beneficium, quod alteri acceſſorie eſt unitum, per ſe numquam cenſeatur vacare; itaque & in collatione Eccleſiarum Parochialium acceſſorie unitarum ex. gr. Monaſteriis, locum non habeat forma concurſus a Trid. præſcripta, & facta collatione, captaque poſſeſſione beneficii principalis, cenſeatur facta collatio, capta cenſeatur poſſeſſio etiam beneficii acceſſorie uniti. Fit demum, ut ſi ex. gr. Eccleſia Parochialis acceſſorie uniatur canonicatui, in eo, qui promovendus eſt ad hujuſmodi Canonicatum, non amplius ratio habeatur earum qualitatum, quæ requirebantur in promovendo ad Eccleſiam Parochialem, ut ſcil. annum 25 expleverit, ut intra annum fuerit promotus ad Sacerdotium, & ſimilium. Huc dumtaxat advertendum, facta ſcil. acceſſoria unione unius Eccleſiæ cum altera, ſtatum unitæ Eccleſiæ non eſſe ita invertendum, ut ea debito ſibi ſervitio fraudetur; immo conſtituendus in ea Vicarius, vel temporaneus, vel perpetuus, reſervandaque illi eſt congrua portio redituum honeſtæ ſuſtentationi Vicarii ſufficientium. Nam ſi beneficium tot redditus non habeat, qui utrique h. e. tam principali quam Vicario ſufficiat, nequaquam erit hoc modo alteri uniendum.

Tertio. Ita, ut ſalvo utriuſque Eccleſiæ jure, & gradu, manentibus duobus beneficiis inter ſe diſtinctis, prout ante unionem, tam poſt unionem unus utrique rector, ſeu titularis præficitur; quomodo beneficia dicuntur uniri a Scholaſticis *æque principaliter*. Cujus unionis, æque principaliter factæ inter cæteros effectus is etiam eſt, quod pro impetrandis beneficiis hoc modo unitis ſingulorum beneficiorum expreſſio facienda ſit; quod jura non minus, quam onera utriuſque in eumdem rectorem tranſeant, quod ſi uniantur hoc modo ex. gr. duo Epiſcopatus qui ante unionem ſuberant duobus Metropolitanis, per talem unionem neuter Metropolitanus jus ſuum amittat. Hæ inquam tres ſunt unionum ſpecies: quibus ſi quis velit aliam addere, quæ dicitur per *ſuppreſſionem*, puta cum extinguitur Canonicatus, ut ex ejuſdem proventibus nova dignitas erigatur, hic videtur abuti nomine unionis, pro nomine, quod convenientius eſſet ſuppreſſionis, & extinctionis beneficii. Revera enim in tali facti conditione, nullum jus Canonicale competit poſſeſſori dignitatis nuper erectæ, utpote cum quemadmodum titulus, ita etiam jus Canonici ſit penitus extinctum.

At qua ratione, inquies, dignoſci poterit,

ſtituta, ac primæva Epiſcopalia jura ſemper crepantes, eos ad priſtinam ſuam dignitatem recuperandam clamoribus omnibus invitant. Ne, quæ-

ſc.

---

rit, num hoc, vel illo modo facta unio ſit? Nimirum ex litteris unionis, & conditionibus ibidem expreſſis, prout ſemper fieri ſolet, id omnino colligendum; cognitaque hoc modo qualitate unionis, cognoſcetur ſimul quænam in ſingulis caſibus ſervandæ regulæ ſint.

Epiſcopus poteſt ex legitimis cauſis unire Beneficia, & Eccleſias ſuæ Diœceſis, cit. cap. Sicut unire 8 de Exceſſib. Prælat. cap. Expoſuiſti 33, de Præbend. cap. Conſultationibus 4, & cap. Paſtoral. 7, de donationibus, Clementin. Si una de rebus Eccleſiæ non alienandis.

Capitulum Sede vacante poteſt unire ea Beneficia, quæ poteſt Epiſcopus; dummodo per eam unionem Jurisdictioni Epiſcopali nihil detrahatur; Capitulum enim ſuccedit in integram ordinariam Jurisdictionem Epiſcopi. Barboſa in Conc. Trid. ſeſſ. 7, cap. 6, n. 16, cum aliis.

Vicarius Generalis Epiſcopi non poteſt Beneficia unire, niſi ſpecialiter ſibi ab Epiſcopo committatur, arg. cap. ult. de Offic. Vicarii in 6.

Abbates, alioſque Prælatos Epiſcopo inferiores habentes Eccleſias ſibi ita plene ſubjectas, ut Jurisdictione quaſi Epiſcopali in eis fungantur, ſeu exiſtente ſpeciali privilegio, aut conſuetudine legitime præſcripta poſſe Beneficia unire, tenent Marian. Soccin. in cit. cap. Sicut unire art. 3, n. 41, & 42, Sbroz de Officio Vic. lib. 2, quæſt. 115, n. 12, Barboſa cit. alleg. 66, n. 14, & ſuper Trid. loc. cit. num. 18, cum Garcia, Azorio, Sanchez, Aloyſio Riccio, Lotter. ibi citatis, Federic. de Seniſ. Concil. 111, n. 8, Olforad. conſil. 257, n. 5, Rota part. 11, Recent. dec. 373, n. 19, Ventriglia loc. cit. n. 3, & 4, cum aliis ibi citatis, dicens ſic limitari communiter per Doctores denegationem facultatis uniendi Beneficia in inferiori Prælato factam *in cit. cap. Unire*, quia talis Prælatus inferior id Jurisdictionis exercet in ſua Diœceſi, quod exercet Epiſcopus in ſua, & alii apud Fagnan. *in cit. cap. Sicut unire n.* 17, dicens, quod hanc ſententiam alias probavit Sac. Congreg. Cardinal. Concil. Trident. Interpretum: Cenſuit enim, inferiores Epiſcopo non poſſe unire, niſi hanc facultatem legitime præſcripſerint, aut ex privilegio in Eccleſia ſibi pleno Jure ſubjecta Jurisdictionem quaſi Epiſcopalem habeant in omnibus, & per omnia, alioquin unionem ab Epiſcopo faciendam eſſe cùm conſenſu ipſius inferioris, & Capituli.

Ad faciendam Beneficiorum unionem præter legitimam facultatem requiruntur tres præſertim conditiones.

Prima conditio requiſita ad faciendam legitimam unionem Beneficiorum eſt cauſa juſta, & prævia cognitio de ejus veritate; arg. cap. Expoſuiſti 33, de Præbend. & Clementin. Si una 2, de rebus Eccleſ. non alienand., Juncto Concilio Trid. ſeſſ. 7, de reformat. cap. 6, ubi expreſſe dicitur, quod Uniones perpetuæ . . . quæ deinceps ad cujuſvis inſtantiam fient, niſi eas legitimis, aut alias rationabilibus cauſis coram Loci Ordinario, vocatis quorum intereſt, verificandis, factas fuiſſe conſtiterit, per ſubreptionem obtentæ præſumantur, ac propterea, niſi aliter a Sede Apoſtolica declaratum fuerit, viribus omnino careant. Et ſic tenent paſſim Doctores.

Juſta cauſa uniendi Beneficia eſt Eccleſiæ neceſſitas, vel ipſius utilitas; cap. Expoſuiſti 33, de Præbend. ibi: Si evidens neceſſitas, vel utilitas exigat, Præbendas Eccleſiæ tuæ poteris de Capellis in perpetuum annectendis eidem augmentare, & concordat cap. Dudum I, de rebus Eccleſ. non alienand. in 6.

Neceſſitas autem Eccleſiæ tunc cenſetur intervenire, quando Præbenda, cui unio facienda eſt, caret ſufficientibus redditibus ad alendum Miniſtrum; cit. cap. Expoſuiſti 33 ibi: *De redditibus Præbendarum ſuarum nequeunt ſuſtentari*, Concil. Trid. ſeſſ. 21 de reform. cap. 5, ibi: *Propter eorum paupertatem*. Item quando Eccleſia eſt deſtructa ab hoſtibus, vel deſolata; cap. Quia Monaſterium 2, de Religioſis Domibus. Item quando Eccleſiæ ſunt vicinæ, & reſtant pauci de populo, aliis mortuis, & probatur in

Digitized by Google

ſo, palpum ſibi obtrudi patiantur. Nam ſi ad id, quod veteribus uſitatum erat, reditus fieret, ædepol Epiſcoporum lar valde anguſtus fieret,

cap. Et temporis 16, q. 1. Utilitas vero tunc intervenit, quando propter fructuum tenuitatem non inveniuntur Clerici idonei ad deſerviendum, ut habetur ex citat. cap. Expoſuiſti 33 de præbendis; ſic expreſſe tradunt Barboſ. cit. alleg. 66, n. 15, & 16, Ventrigl. Prax. tom. 2, annot. 8, §. 2, n. 23, & alii.

Si autem Unio Beneficiorum fiat ſine cauſa, vel ex cauſa, tunc quamvis cæteroquin ſervata ſit forma Juris, ipſa, vel eſt nulla ipſo jure, ut volunt probabilius Garcias *de Beneficiis part.* 12, *cap.* 2, *n.* 113, Hojeda *Tractatuum* tom. 15, tract. de Benefic. incompatib. part. 2, cap. 3, n. 16, & 18, Burſat. conſil. 185, n. 13, lib. 2, Barboſ. cit. alleg. 66, n. 16, Reiffenſtuel loc. cit. n. 71, Ventriglia loc. cit. n. 24, allegans Rotam, & alios, ac teſtans ſic velle omnes: Vel ſaltem irrita eſt ope exceptionis, ſicque declaranda nulla, ut tenent Marian. Soccin. Rebuff. Azor., & alii plures, quos refert, & ſequitur Sanchez lib. 7 in Decalog. cap. 29, n. 175, quique volunt, quod Epiſcopus Succeſſor non poſſit conferre Beneficium taliter unitum ante dictam declarationem.

Secunda conditio requiſita ad legitimam Beneficiorum unionem eſt, quod citentur omnes intereſſe habentes in dicta Unione facienda, eorumque conſenſus requiratur: Clementin. Ne in agro. 1, §. Ad hæc, de ſtatu Monachor. Concil. Trid. cit. ſeſſ. 7, de reform. cap. 6, ibi: *Vocatis quorum intereſt*, Rota deciſ. 133, n. 4, part. 1, diverſ. Seraphin. deciſ. 1078, Sanchez loc. citat. n. 163, Reiffenſtuel loc. cit. num. 72, Barboſa loc. cit. n. 17, & alii paſſim.

Unde ſi Eccleſia ſit ſubjecta Abbati, aut alii inferiori Prælato, non poteſt Epiſcopus eam unire abſque illius conſilio, & aſſenſu; cit. Clementin. Ne in agro §. Ad hæc, ibi: *Cum conſilio, & aſſenſu Abbatum per Locorum ipſorum Ordinarios uniantur*, Marian. Soccin. in cit. cap. Sicut unire art. 4, q. 5, n. 62, Barboſa loc. cit. n. 72, & alii paſſim.

Item ſi Beneficium uniendum pertineat ad Collatores, vel Electores Epiſcopo inferiores, etiam illorum conſenſus requiritur: quia iſtis grave damnum in ſuis juribus infertur, cum Beneficium poſt unionem non ſit amplius vacaturum, ſicque ipſi amittant Jus conferendi, ſeu eligendi ratione talis unionis. Garcias loc. cit. part. 12, cap. 2, num. 202, Rebuffus in praxi Benefic. tit. Regula de unionibus gloſſ. 11, n. 1, & 7, Reiffenſtuel loc. cit. n. 73, & alii communiter per text. Concil. Trid. loc. cit. ibi: *Vocatis quorum intereſt*.

Item ſi beneficium uniendum ſit de Jurepatronatus alicujus, requiritur pro tali Unione facienda conſenſus Patroni: Communis per text. in cap. Suggeſtum 20, de Jurepatr. ibi: *De conſenſu Patroni*, juncto Concil. Trident. cit. ſeſſ. 7, de reform. cap. 6, ibi: *Vocatis quorum intereſt*, & ſeſſ. 24, de reform. cap. 15, ibi: *Cum Patronorum conſenſu*.

Talis conſenſus Patroni de jure communi requiritur, ſive Patronus ſit Laicus, ſive Eccleſiaſticus, ut docent communiter Doctores per citata jura: Aliqui tamen negant requiri conſenſum Patroni Eccleſiaſtici vigore Concilii Trid. ſeſſ. 24, de reformat. c. 15, nam ibi dicit: *Cum Patronorum conſenſu, ſi de Jure patronatus Laicorum ſint*. Per quæ verba Concil. a ſenſu contrario videtur concedere, unionem poſſe fieri per Epiſcopum ſine conſenſu Patroni Eccleſiaſtici, ut recte advertunt Sanchez cit. cap. 29. num. 185, Barboſa cit. alleg. 66, n. 31, Reiffenſtuel loc. cit. n. 75, & alii. Et id etiam habetur ex noviſſima Conſtit. Benedicti XIII, incip. Creditæ, §. 4, ubi ſtatuit, quod Ordinarii Locorum eidem Seminario unire, & applicare poſſint, ac debeant Beneficia ſimplicia, cujuſcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, etiam Juriſpatronatus Eccleſiaſtici.

Non requiritur tamen ad talem unionem faciendam conſenſus Rectoris Eccleſiæ, vel ea vacante, conſenſus Defenſoris ejuſdem, texto claro *in Clementin. Si una* 2, *de rebus Eccleſ. non alienand.* ibi: *Si una Eccleſia alteri Eccleſiæ, ſeu dignitati alicui, vel Præbendæ per Epiſcopum ſuo conſen-*

Digitized by Google

ret, eorum ſupellex admodum curta, eorumque opes perquam acciſæ; eoque res rediret, ut, uno Epiſcopali charactere, eaque quæ huic cohæret,

---

ſentiente Capitulo uniatur, aut Religioſo loco donetur, ex eo quod Rector ipſius ad hoc vocatus, vel, ſi vacabat, Defenſor eidem ſuper hoc datus non exiſtit, nequaquam id poterit impugnari. Et ratio eſt, quia Rectori illius Eccleſiæ, ſeu Beneficii nullum infertur præjudicium, cum adhuc libere remaneat Rector, & poſſeſſor illius ſicuti antea, ex quo dicta Unio totalem effectum ſuum non ſit habitura, niſi poſt mortem, vel amotionem illius Rectoris; arg. cap. Conſultationibus 4 de donationibus, ac notant Gloſſa in citat. Clementin. Si una, verb. Vocatus, & Barboſ. ibid. num. 4, & citat. alleg. 66, n. 20, cum Cardinali Ancharan. Riccio, Garcia, Sanchez, Lotter. ibi citatis, Reiffenſtuel loc. cit. n. 79, Rota deciſ. 133, num. 14, part. 2, diverſar. & alii communiter, teſte Ventriglia loc. cit. §. 2, nu. 16. Ubi n. 17 ſubjungit, quod ſi Rector prædictus, ſeu vacante Eccleſia ejus Defenſor, ſponte comparuerit juſtam allegando cauſam contra Unionem, ſit audiendus, arg. cap. Si quis Presbyterorum 6, juncta Gloſſa verb. Perſonis, de rebus Eccleſ. univerſ. cap. 16, n. 41, Garcia loc. cit. cap. 3, n. 9, & alios.

Neque requiritur pro tali Unione facienda conſenſus Plebis, quamvis ſi ſponte compareat, & alleget rationabilem cauſam impeditivam talis Unionis, ſit audienda, arg. citat. cap. Si quis Presbyterorum 6, juncta Gloſſa verb. Perſonis, de rebus Eccleſ. non alienand. & tenent Garcias loc. cit. cap. 2, n. 219, & 220, Hojeda loc. cit. Reiffenſtuel loc. cit. n. 76, Ventriglia loc. cit. n. 20, & alii ac Rota in Gerunden. Unionis 20 Martii 1690, coram D. Sacrato, ubi fuit reſolutum, Parochianos eſſe legitimas Perſonas in hac cauſa, cum illorum interſit bonum habere Paſtorem.

Tertia conditio requiſita ad legitimam Unionem faciendam per Epiſcopum eſt conſenſus Capituli; Communis textu expreſſo in cit. Clementin. Si una 2, de rebus Eccleſ. non alienand. ibi: *Per Epiſcopum ſuo conſentiente Capitulo uniatur*, juncta Gloſſa ibid. verb. Conſentiente; & concordat cap. Paſtoralis 7, de donation. ibi: Sed ut Epiſcopi Donatio (ſeu Unio Eccleſiæ pio loco facta) ſit legitima, conſenſus eſt ſui Capituli requirendus.

Si beneficium uniendum ſpectet ad Collationem Prælati inferioris, requiritur ultra conſenſum Capituli Cathedralis, etiam conſenſus dicti ſui Prælati, & ſui inferioris Capituli. Barboſ. lib. 3 Jur. Eccleſ. univerſ. cap. 16, n. 43, & citat. alleg. 66, nu. 18, Sanchez loc. cit. cap. 29, n. 167, Marian. Soccin. in cit. cap. Sicut unire de Exceſſibus Prælati art. 6, n. 95, concluſ. 4, Ventriglia loc. cit. nu. 14, & alii per text. in Concil. Trid. ſeſſ. 7, de reform. cap. 6, ibi: *Vocatis quorum intereſt*.

Item ſi Beneficium uniendum, ſpectet ad aliquam Collegiatam, requiritur ultra conſenſum Capituli Cathedralis, etiam conſenſus Capituli ipſius Collegiatæ; Sellius in Select. Canon. 34, nu. 8, Ventriglia loc. cit. n. 15, & alii paſſim per citat. text. in Concil. Trid. ſeſſ. 7, de reformat. cap. 6, ibi: *Vocatis quorum intereſt*.

Item ſi Beneficium uniendum ſit de Jurepatronatus, ultra conſenſum Patronorum, requiritur etiam conſenſus Capituli. Rota part. 1, recent. deciſ. 688, n. 2, Lotter. de Re Benefic. lib. 1, q. 8, n. 157, Ventriglia loc. cit. §. 2, nu. 9, & alii per text. in citat. Clementin. Si una 2, de rebus Eccleſ. non alienand. cit. cap. Paſtoralis 7, de Donationibus.

Iterum requiritur conſenſus Capituli etiam pro unione Beneficiorum ſimplicium facienda Dignitatibus, aut Præbendis ipſius Eccleſiæ Cathedralis; Ventriglia loc. cit. n. 10, & Communis aliorum per Jura adducta n. antecedent.

Si Unio Beneficii ſit facienda Seminario, ultra conſenſum Capituli, requiritur etiam conſilium quatuor Deputatorum, duorum de Capitulo, & duorum de Clero, juxta terminos Concil. Trid. ſeſſ. 23, de reform. cap. 18. Sic declaraſſe Rotam, & Sacram Congr. referunt Riccius in Praxi I part. reſolut. 390, n. 3, Ventriglia loc. cit. n. 13, & alii aſſerentes, Sacram Congr. expreſſe declaraſſe,

Epi-

Digitized by Google

hæret, poteſtate incolumi, (Vid. ſupra Part. II.) aut Epiſcopi tot Parochi, aut Parochi tot Epiſcopi eſſe viderentur. Quamobrem Epiſcopi, ſi

me

Epiſcopum in tali unione teneri ſub pœna nullitatis actus requirere conſilium prædictorum Deputatorum, quamvis illud ſequi non teneatur.

Si Capitulum, vel alii, quorum intereſt, ſine juſta cauſa conſenſum præſtare nolint, poſſunt ad id compelli per Superiorem; Barboſ. cit. lib. 3, cap. 16, n. 43, & de Canonicis cap 42, nu. 13, Reiffenſtuel loc. cit. n. 78, Ventriglia loc. cit. §. 2, nu. 12, & alii paſſim. Immo quando evidens cauſa neceſſitatis ſubeſt, poteſt talis unio fieri etiam ipſis invitis; Sanchez lib. 7 in Decalog. cap. 29, n. 165; Reiffenſt. loc. cit. n. 78, Pirhing. lib. 3 Decretal. tit. 5, n. 210, & alii.

Non requiritur tamen, quod talis conſenſus neceſſario interveniat nec ante, vel in unione, ſed ſufficit, etiamſi interveniat poſt unionem; dummodo autem lis non fuerit incœpta; Barboſa de Canonicis & Dignitatibus cap. 42, n. 8, & cit. lib. 3 Jur. Eccleſ. univerſ. cap. 16, n. 45, & cit. allegat. 66, n. 22, cum pluribus ibi allegatis, teſtans de communi, Reiffenſtuel loc. cit. nu. 78, Pirhing. loc. cit. n. 210, Ventriglia loc. cit. n. 8, dicens hanc eſſe communem apud omnes, & alii paſſim, arg. cap. Cum nos 3, de his, quæ fiunt a majori parte Capituli, & cap. Cura paſtoralis 11, de Jure patronatus.

Immo talis Unio fieri poteſt ſine requiſito tali conſenſu, ſi adſit alicubi conſuetudo legitime præſcripta ipſam faciendi ſine requiſitione dicti conſenſus; Fuſcus de Viſitatione lib. 2, cap. 26, ſub num. 5, Petrus Gregorius de Benefic. cap. 20, nu. 6, Garcias loc. cit. cap. 2, n. 152, & 153, Barboſa de Canonicis, & Dignitatib. cap. 42, n. 9, & cit. allegat. 66, n. 23, Riccius reſolut. 188, n. 4, Ventriglia loc. cit. n. 11, teſtans ita tenere Doctores communiter.

Ubi adeſt conſuetudo requirendi talem conſenſum, ſi unio fiat ſine requiſitione conſenſus Capituli, Patronorum, ac quorum intereſt, eſt invalida, cum in tali caſu facta ſit, non ſervata forma; Riccius in Praxi cit. reſolut. 388, in princip. Barboſa de Canonicis, & Dignitatibus cap. 24, ſub nu. 8, Garcias loc. cit. nu. 166, & 205, cum ſeq. Ventriglia loc. cit. n. 5, Reiffenſtuel loc. cit. n. 74, & alii paſſim per text. in cap. Paſtoralis 7, de donationibus, & Clementin. ultima de rebus Eccleſ. non alienand. & favet Concil. Trid. ſeſſ. 7, de reformat. cap. 6, ſtatuens, *quod uniones viribus omnino careant: Niſi eas ex legitimis cauſis coram Loci Ordinario, vocatis quorum intereſt, verificandis, factas fuiſſe conſtiterit.*

Epiſcopus concurrentibus ſupradictis tribus requiſitis conditionibus, poteſt unire Beneficia ſuæ Diœceſis; Communis per text. in cap. Sicut unire 8, de Exceſſibus Prælat. cap. Expoſuiſti 33, de Præbend. cap. Conſultationibus 4, & cap. Paſtoralis 7, de donationibus Clementin. Si una 2, de reb. Eccleſ. non alienand. cum ſimilibus.

Epiſcopus non ſolum poteſt unire Eccleſiam ſæcularem ſæculari, ſed etiam poteſt unire Religioni alicui Eccleſiam, ſeu Beneficium ſuæ Diœceſis; Clement. Si una Eccleſia 2, de rebus Eccleſ. non alienand. ibi: Aut Religioſo loco donetur. Gloſſa *ib.* verb. *Donetur*, Cardinal. *ib.* in princ. n. 4, & n. 11, q. 7, Ancharan. n. 4, not. 4, Imola n. 2, & 3, not. 2, & 3, & Bonifac. num. 3, Marian. Soccin. in cap. Sicut unire 8, de Exceſſibus Prælator. art. 4, q. 4, n. 61, & 62, Calderin. conſil. 5, n. 1, de rebus Eccleſ. non alienand. Sanchez loc. cit. cap. 29, nu. 148, Barboſa cit. allegat. 66, n. 4, & ipſo teſte Doctores in cit. cap. Conſultationibus 4, de Donation.

Item poteſt Epiſcopus unire Beneficium devolutum ad Papam ob non factam collationem tempore debito. Alio enim Jure devolvitur, & alio unitur; Marian. Soccin. in cit. cap. Sicut unire nu. 67, & ſeq. & ibi Butrius n. 10, Abbas n. 6, & Ancharan. nu. 5, Bero deciſ. 346, ad fin. Azor. Inſtit. Moral. part. 2, lib. 6, cap. 48, quæſt. 15, Sanchez cit. cap. 29, nu. 149, Barboſa cit. alleg. 66, nu. 5, & ſupra Concil. ſeſſ. 21, de reform. cap. 5, n. 12, & alii contra alios contrarium ſentientes.

Item

Digitized by Google

me audiunt, quam ſibi ſortem aut temporum viciſſitudo, aut communis hominum conſuetudo objecerit, illa contenti vivant, de Parochiarum inſti-

Item poteſt Epiſcopus unire Beneficia Papæ reſervata, dummodo id faciat ante ipſorum vacationem; ſic deciſum fuiſſe a Sacra Congregat. Conc. referunt Garcias loc. cit. part. 12, cap. 2, num. 102, & Barboſa in Summa Apoſtolicar. deciſ. verb. Unio numer. 6.

Non autem poteſt ea unire poſt ipſorum vacationem, & ſi uniat, unio erit invalida, & proviſi a Sede Apoſtolica mitti debent in poſſeſſionem, ſic deciſum fuiſſe a Sacr. Congreg. Conc. referunt Garcias loc. cit. n. 102, & Barboſa loc. cit. n. 7.

Neque poteſt Epiſcopus unire Beneficia perpetuo reſervata, ut ſunt primæ Dignitates poſt Pontificales, Beneficia Collectorum, Familiarium, & Officialium Curiæ; Garcias de Benefic. p. 12, cap. 2, n. 93, & 106; Hojeda cit. part. 2, de Benefic. incompatib. cap. 3, n. 8, Ventriglia loc. cit. §. 1, nu. 30, & alii.

Neque poteſt unire Beneficia quæcumque etiam ſimplicia ad tempus, ſeu ad vitam Beneficiarii, ſed ſolum in perpetuum; Barboſa cit. alleg. 66, n. 8, & ſuper Concilium ſeſſ. 21, cap. 5, n. 10, Zerola in Prax. Epiſcop. part. 1, verb. cit. cap. Unio §. 7, Azor. loc. cit. lib. 6, cap. 28, quæſt. 7, Garcias cit. cap. 2, n. 84; Sanchez cit. cap. 29, n. 152, Ventriglia loc. cit. §. I, num. 24, Reiffenſtuel loc. cit. num. 58, & alii paſſim.

Neque poteſt unire Beneficia exempta a ſua Juriſdictione, nam hoc ipſo quod ſuæ diſpoſitioni ſubjecta non ſunt, non poteſt illa unire Epiſcopus, ſed recurrendum eſt ad Summum Pontificem; Garcias cit. cap. 2, n. 62, Sanchez cit. cap. 29, n. 151, Hojeda cit. cap. 3, n. 7, Barboſa cit. alleg. 66, n. 9, Reiffenſtuel loc. cit. num. 55, & alii communiter.

Neque poteſt unire Beneficia ſuæ Diœceſis Beneficiis, Monaſteriis, & Eccleſiis alterius Diœceſis; ſic expreſſe Concil. Trident. ſeſſ. 21, de reformat. cap. 9, addita ratione: *Ut ordo Eccleſiaſticus, non confundatur, aut una, & eadem Eccleſia duarum quodam modo Diœceſum fiat, non ſine gravi eorum incommodo, qui illi ſubditi fuerint.*

Neque unire poteſt omnia Beneficia quamvis ſimplicia ſuæ Diœceſis, ſed tantum aliquot; ſic deciſum fuiſſe a Sacra Congregat. Concil. referunt Garcias, & Riccius citati a Ventriglia §. 1, n. 23.

Neque unire poteſt Beneficia Curata Monaſteriis, Abbatiis, Dignitatibus, Præbendis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ Beneficiis ſimplicibus, Hoſpitalibus, & Militiis; ſic expreſſe Concil. Trid. ſeſſ. 24, de refor. cap. 13, ibi: *Eccleſiæ Parochiales Monaſteriis quibuſcumque, aut Abbatiis, ſeu Dignitatibus, ſive Præbendis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ſive aliis Beneficiis ſimplicibus, aut Hoſpitalibus Militiiſve non uniantur.* Et Parochialis unio eſt ita prohibita a Concil., ut neque aliqua pars ejus fructuum uniri poſſit, pro ut referunt deciſum fuiſſe a Sacr. Congreg. Concil. Garcias cit. cap. 2, n. 87, Barboſa cit. alleg. 66, n. 30, Ventriglia cit. §. 1, nu. 13.

Poteſt tamen Epiſcopus unire Beneficia Curata cum aliis Beneficiis Curatis; item non Curata cum ipſis Curatis; ſic expreſſe Trid. ſeſſ. 21, de reform. cap. 5, ibi: *Poſſint Epiſcopi etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati juxta formam Juris, ſine tamen præjudicio obtinentium, facere uniones perpetuas, quarumcumque Eccleſiarum Parochialium, & Baptiſmalium, & aliorum Beneficiorum Curatorum, vel non Curatorum cum Curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus a Jure permiſſis, etiamſi dictæ Eccleſiæ, vel Beneficia eſſent generaliter, vel ſpecialiter reſervata, aut qualitercumque affecta.*

Non poteſt Epiſcopus unire Eccleſiam Parochialem Capitulo Cathedralis ob tenuitatem Canonicatuum, & ob difficultatem, ſive impoſſibilitatem etiam uniendi Beneficia ſimplicia, & ob id, quod non deceat eorum numerum juxta mentem Concilii cap. 15, ſeſſ. 24, de reform. Sic referunt deciſum *in una Alexandrina 3 Martii 1594*, Aldan. *in Compend. Canonicar. reſolut.* lib. 5, tit. 8, n.

Digitized by Google

inſtitutione lætentur, ſibique gratulentur, gaudeant ſuo iſto tam lucu- lento bono, fruantur hac ſua fortuna & gloria, cogitent in novo hoc inſti-

§, n. 3, & Ventriglia citat. §. 1, num. 15. Immo neque poteſt Epiſcopus unire Menſæ Capitulari beneficia ſimplicia, quia Concil. citat. cap. 15, ſeſſ. 24, de reform. non dat facultatem uniendi Menſæ Capitulari, ſed tenuibus Præbendis ſingulorum Capitularium; Sacr. Congreg. Conc. apud Gonzalez ad Regul. 8 Cancel. Gloſſ. 37, n. 35, & Barboſa in Summa Apoſtolic. deciſ. verb. Unio n. 1, & hoc quamvis in Cathedrali vel Collegiata nullæ ſint Præbendæ diſtinctæ, ſed dumtaxat Maſſa communis Capituli, cujus proventus omnes his tantum, qui ſtatutis horis interſunt, diſtribuuntur; eadem Sacr. Congr. Concil. 5 Februarii 1601, apud Aldan. in Compend. reſolut. Canonicarum lib. 3, tit. 31, num. 12, Barboſa loc. cit. numer. 1.

Poteſt tamen Epiſcopus cum conſenſu Capituli etiam per viam unionis perpetuæ Curam Animarum, quæ incumbit toti Capitulo, transferre in certam perſonam, ſeu Dignitatem ejuſdem Eccleſiæ; ſic deciſum fuiſſe a Sac. Congr. Concil. die 30 Martii 1594, refert Aldan. in Compendio Canonicar. reſol. lib. 4, tit. 8, n. 4, Garcias de Beneficiis part. 8, cap. 2, n. 190, Barboſa ſuper Trid. ſeſſ. 24, de reform. cap. 15, num. 16, Ventriglia loc. cit. n. 16, & alii.

Poteſt Epiſcopus Canonicatus ob tenuitatem illorum ſupprimere, & fructus ſuppreſſorum aliis Canonicatibus, ſive Præbendis, vel Diſtributionibus ejuſdem Eccleſiæ unire; dummodo tot Canonicatus remaneant, qui Divino cultui celebrando, ac Dignitati Eccleſiæ commode valeant reſpondere; communis per textum expreſſum in Concil. Trid. ſeſſ. 24, de reform. cap. 15.

Non poteſt autem unire Dignitates, nec in terminis Concil. Trid. ſeſſ. 23, cap. 18, nec ſeſſ. 24, cap. 15, de reform. Sic deciſum fuiſſe a Sacr. Congr. Concil. refert Riccius in Praxi p. 1 reſolut. 393, verſ. Limita quarto. Nec etiam Canonicatus, niſi per modum ſuppreſſionis ut ſupra; Garcias ad Regul. de Menſibus gloſſ. 5, §. 7, nu. 64, Ventriglia loc. cit. n. 21, & alii paſſim.

Neque poteſt unire Beneficia Capellaniis etiam Cathedralis, quæ habent redditus tenues; quia Concil. cit. ſeſſ. 24, cap. 15, loquitur ſolum de Præbendis: Item neque Sacriſtiæ: neque Fabricæ; ſic deciſum fuiſſe a Sacr. Congr. Concil. teſett Garcias de Benefic. p. 9, cap. 2, n. 190, & Barboſa ſupra Concil. cit. cap. 15, n. 13.

Neque poteſt unire Beneficia de Jurepatronatus, vel ſpectantia ad inferiores Collatores, & Electores, niſi de expreſſo eorum conſenſu, alias talis Unio eſſet invalida.

Neque poteſt regulariter unire Beneficia liberæ collationis Beneficiis de Jurepatronatus, ut expreſſe habetur ex Concil. Trid. ſeſſ. 25, de reform. cap. 9, verſ. *Inſuper acceſſiones*; ubi hujuſmodi uniones ſubreptitiæ declarantur, & tenent Leo Theſaur. Eccleſ. part. 12, cap. 16, nu. 14, Garcias de Benefic. part. 12, cap. 2, n. 91, Riccius in Praxi p. 1, reſolut. 393, verſ. Limita tertio. Ventriglia loc. cit. n. 28, & alii ea ratione, ne Beneficia libera in ſervitutem redigantur.

Dicitur autem notanter Regulariter, quia in aliquibus caſibus id poteſt Epiſcopus. Et primo quando Patroni renunciant Jurispatronatus, quod ab omnibus concedi debet, utpote carens difficultate. Secundo quando concordat, ut Beneficium Jurispatronatus alternative conferatur, una vice ad Patronorum præſentationem, & altera ad liberam collationem, uti deciſum fuiſſe a Sacr. Congreg. Conc. referunt Leo loc. cit. in fine, Sellius in Select. Canonic. cap. 18, n. 24, Ventriglia loc. cit. nu. 28, in fine. Tertio quando Eccleſia libera minatur ruinam, & habet tenuiſſimos redditus, tunc enim poteſt uniri patronatæ cum reſervatione Jurispatronatus, & onere impoſito Patrono illam reparandi; & dotandi in ſcutis 50, prout fuiſſe deciſum in una Triventina 23 Decemb. 1622 referunt Aldan. in Compend. Canonic. reſolut. lib. 3, c. 8, n. 17, Ventriglia loc. cit. n. 29.

Epiſcopus non poteſt unire Beneficia Dignitati, quæ in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata non habet vocem in Capitulo, nec redditus ex Menſa Capitulari, licet deſerviat in

Digitized by Google

inſtituto ; ac veteribus inaudito , territoria ſibi aucta, auctas opes, auctos honores, ſe ſe multis, magniſque laboribus, curis, oneribus liberatos,

in Choro; ſic declaraſſe Sacr. Congreg. Concil. die 19 Decemb. 1584 , ad dict. cap. 15, ſeſſ. 24, *de reform.* refert Ventrigl. loc. cit. n. 34.

Epiſcopus poteſt unire Seminario, ut commode regi valeat, aliquot Beneficia ſimplicia, cujuſcumque qualitatis, & Dignitatis foerint, etiamſi eſſent reſervata, vel affecta, ſine tamen Cultus Divini, & illa obtinentium præjudicio; ſic expreſſe Concil. Trid. ſeſſ. 23, de reform. cap. 18, verſ. Nec non Beneficia aliquot ſimplicia, Barboſa ibid. n. 33, & de Offic. & Poteſt. Epiſcop. part. 3, alleg. 77, nu. 28, & lib. 3 Jur. Eccl. univerſ. cap. 16, n. 30, Fuſcus de Viſitat. lib. 1, cap. 16, n. 9, Ventriglia loc. cit. n. 36, & alii paſſim. Et ſic ſtatuit noviſſime Benedictus XIII Conſtit. incip. Credita §. 4. Vide verb. *Seminarium* in fine.

Non poteſt tamen ipſi Seminario unire omnia ſimplicia Beneficia, alias talis unio eſſet nulla, quia Concilium dicit ſolum Beneficia aliquot; & ſic deciſum fuiſſe a Sacr. Congr. Conc. referunt Barboſa ſupra Concil. cit. cap. 18, n. 35, & cit. alleg. 77, n. 29, & in Summa Apoſtolic. deciſ. verb. *Beneficium Seminario uniendum, vel non*, n. 7, Molpheſ. in Summa Theol. Moral. tract. 6, cap. 14, a n. 60, Riccius & alii.

Nec poteſt Seminario unire ſimplicia Beneficia ad Collationem inferiorum ſpectantia, neque Canonicatus, neque Beneficia Sedi Apoſtolicæ reſervata poſt illorum vacationem. Sic deciſum fuiſſe a Sacr. Cong. Concil. referunt Barboſa ſupra Concil. loc. cit. n. 34, & in ſumma loc. cit. n. 6, Franciſcus Leo in Theſaur. Fori Eccleſ. part. 2, cap. 16, n. 23, Molpheſ. loc. cit. a num. 61.

Nec poteſt unire Seminario Canonicatus Collegiatarum, quamvis ex conſuetudine non obligent ad reſidentiam; ſic deciſum fuiſſe a Sacr. Congreg. Epiſcop. in Aquilana 27 Martii 1590, refert Barboſa ſupra Concil. loc. cit. n. 36.

Nec poteſt Seminario unire Beneficia Regularia, & quæ commendata ſunt, ſeu Monaſteriis unita, aut annexa; ſic deciſum fuiſſe a Sacr. Congreg. Concil. referunt Nicol. Garzias de Benefic. part. 12, cap. 2, n. 210, & Barboſa ſuper Trid. loc. cit. nu. 37, & 39, ubi aſſerit, reſolutum fuiſſe in Caputaquen. 28 Junii 1586, non poſſe uniri Seminario Beneficia Regularia, ſive dentur in Tit., ſive in Commendam, ſecus vero ſi ſtatum mutaverint.

Beneficia primo vacatora per Reſignationem ſimplicem, non autem per conditionalem in favorem certæ perſonæ unire poteſt Epiſcopus vigore Concil. cit. cap. 18. Sic deciſum fuiſſe a Sacr. Congr. ejusdem Concilii referunt Gonzalez ad Regul. 8 Cancell. gloſſ. 14, n. 10, Barboſa ſupra Concil. cit. cap. 18, num. 47, & in Summa loc. cit. n. 2.

Beneficiorum unio non poteſt fieri Seminario nondum erecto, & in quo Scholares actualiter non adſunt. Sac. Congreg. Conc. apud Gonzalez ad Regul. 8 Cancellar. gloſſ. 5, §. 7, n. 68, Barboſa in Summa loc. cit. nu. 5, Garciam loc. cit. part. 12, cap. 2, n. 193, & 194.

Seminario uniri non poſſunt Abbatiæ, Prioratus, & Monaſteria Conſiſtorialia, ſeu Beneficia quovis modo Apoſtolica auctoritate commendata, obtenta, ſeu obtinenda per S. R. E. Cardinales, ſeu veros & proprios Papæ Familiares, Nuncios Apoſtolicos, & Secretarios Congregationum, quibus iidem S. R. E. Cardinales interſunt. Sic noviſſime expreſſe ſtatuit Benedictus XIII Conſt. incip. *Creditæ* §. 5, quæ ad litteram refertur ſub verb. *Seminarium in fine* eſque diligenter attendenda, & omnia ſupradicta juxta ejus diſpoſitionem intelligenda.

Beneficium legitime unitum non dicitur amplius vacare nec conferri poteſt; *Ludovic.* deciſ. 77, n. 3, Ventrigl. loc. cit. no. 27, Gonzal. ad Regul. de Menſibus gloſſ. 5, §. 7, n. 7, & alii paſſi.

Uniones legitime factæ ſortiri debent effectum, non tantum cum unita Beneficia vacare contigerit per obitum, ſed etiam per Reſignationem, eaque de re poterit Epiſcopus Datariam docere; Sac. Congreg. Conc. apud Garc. de Benefic. p. 11, c. 4, n. 35.

Digitized by Google

ratos, habere ſe nunc plures Eccleſias, queis præſint, plures munerum ſuorum vicarios, queis imperent, plures ſacrorum adminiſtros, quorum

---

Barboſ. in Summ. Apoſt. deciſ. verb. Unio n. 5.

Unde Beneficium unitum non poteſt reſignari ad favorem, non facta mentione de unione, alias reſignatio non tenet, & gratia eſt ſubreptitia; Rota deciſ. 3, de rerum permut. in antiquis; Oldrad. conſil. 257, num. 20, & ſeq. Puteus deciſ. 357, num. 4 lib. 1, Pariſius de reſignat. lib. 7, quæſt. 9, num. 41, & ſeq. teſtans de communi.

Uniones perpetuæ a 40 annis citra a publicatione Concil. Trid. factæ examinari poſſunt ab Ordinariis, & quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obrentæ fuerint, irritæ declarari debent; ſic expreſſe Concil. Trid. ſeſſ. 7, de reform. cap. 6. Illæ vero uniones, quæ a dicto tempore citra conceſſæ nondum in toto, vel in parte ſortitæ ſunt effectum, & quæ deinceps ad cujuſvis inſtantiam fiunt, niſi eas ex legitimis, aut alias rationabilibus cauſis coram Loci Ordinatio, vocatis quorum intereſt, vetificandis, factas fuiſſe conſtiterit, per ſubreptionem obtentæ cenſeri debent, ac propterea niſi aliter a Sede Apoſtolica declaratum fuerit, viribus omnino carent. Ita expreſſe Concil. Trid. *loc. citat.*

Item per Regulam XII Cancellar. ab omnibus Pontificibus fieri, & publicari ſolitam poſtridie ſuæ aſſumptionis ad Pontificatum, revocantur omnes uniones, quæ ſuum non ſunt ſortitæ effectum ante publicationem dictæ Regulæ, *Communis*, textu expreſſo *in dicta 12 Regula Cancellariæ.*

Dicitur autem Unio ſortita effectum quoad dictam 12 Regulam, & cit. Decretum Conc. Trid. ſeſſ. 7, de reform. cap. 6, & ſeſſ. 25, de reform. cap. 9, verſ. *Inſuper acceſſiones*, quando ipſius vigore capta fuit poſſeſſio Beneficii uniti ante publicationem dictæ Regulæ, vel ſaltem in parte effectum ſortita fuit tempore publicationis; Rota *in Burgen.* Unionis 26 Novemb. 1588, coram Ornano, & Communis Doctorum.

Unio, cum ſit quid facti, non præſumitur in dubio, ſed probari debet ab eo, qui factum aſſerit; Rota deciſ. 557, n. 5, lib. 3 diverſ. & dec. 223, n. 5, part. 1 recentior. & Doctores communiter.

Probatur autem Unio pluribus modis. Primo per autenticum inſtrumentum, ſeu litteras ipſius Unionis; Rota part. 10 recent. deciſ. 351, num. 2, & part. 11, deciſ. 305, n. 2, & alibi. Secundo ex viſitationibus Ordinarii, in quibus Beneficium ut unitum viſitatum fuit; Rota p. 10 recent. deciſ. 9, ſub nu. 11, & 21, & deciſ. 48, num. 7. Tertio ex enunciativis antiquis, & multiplicatis; Rota recent. part. 5, tom. 2, deciſ. 246, n. 9, p. 10, deciſ. 152, n. 1, & ſeq. & alibi. Quarto per publicam vocem, & famam, & ex communi reputatione, Rot. recent. p. 10, deciſ. 9, n. 9, & ſub nu. 21. Quinto ex diuturnitate temporis, & ex longiſſima obſervantia; Rot. recent. p. 5, tom. 2, deciſ. 441, num. 4, p. 10, deciſ. 48, n. 6, p. 15, deciſ. 215, n. 12. Sexto ex actibus Juriſdictionalibus exercitis in Beneficio quod prætenditur unitum. Rot. recent. p. 18, tom. 1, deciſ 32, nu. 16. Septimo ex denominatione Beneficii tamquam membri, & pertinentiæ alterius; Rot. recent. p. 7, deciſ. 50, n. 11. Octavo ex præſentationibus factis in vim tituli Unionis; Rota recent. p. 9, tom. 2, deciſ. 330, n. 26. Nono ex creatione Vicarii perpetui cum aſſignatione congruæ, & onere ſolvendi certam portionem fructuum ipſi Beneficio, cui Unio facta fuit; Rota recent. p. 4, tom. 2, deciſ. 485, n. 15, p. 5, tom. 2, deciſ. 441, n. 3, p. 10, deciſ. 152, n. 5. Decimo ſi poſſeſſor unius Eccleſiæ percipit pacifice fructus Eccleſiæ unitæ; Rota recentior. part. 6, deciſ. 18, n. 8. Undecimo ex taxa annua illius Eccleſiæ tamquam ſubjecta alteri confirmata ab Executore Apoſtolico; Rota recent. p. 10, deciſ. 152, n. 8. Duodecimo ex Domus, & Salarii aſſignatione; Rota parte 10, deciſ. 48, n. 5.

Unionem Beneficiorum diſſolvere, & revocare poteſt omnis, qui potuit illam facere: *Communis*; *arg. c. Omnis res 1, de Regul. Juris*, ibi: *Omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur.* Et Epiſcopus diſſolvere poteſt non ſolum

Digitized by Google

rum multiplici corona atque conſpectu mirifice delectentur. Metuant, & caveant, ne antiqua & priora renoventur, ne pro parvo lucello faciſundia perdant.

QU.

---

lum unionem a ſe factam; vel a ſuo Prædeceſſore, ſed etiam illam factam a Papa ex ordinaria poteſtate; non tamen factam a Papa ex plenitudine poteſtatis; Garcias de Benefic. part. 12, cap. 2, num. 304, Azorius Inſtitut. Moral. part. 12, cap. 29, quæſt. 5, & 6, Barboſa lib. 3 Juris Eccl. univerſ. cap. 16, nu. 68, Ventriglia loc. cit. §. 2, n. 23, & alii.

Pro diſſolvenda tamen tali unione requiritur, quod ceſſet cauſa, propter quam facta fuit, vel alias interveniat cauſa neceſſitatis, & utilitatis Eccleſiæ, utpote quia unio redundat in majus ejus damnum, & inſuper requiritur cauſæ cognitio, conſenſus Capituli, & citatio eorum, quorum intereſt unionem non revocari.

Mm 2

Digitized by Google

QU. XV.

Explica mihi ſextum Diœceſanorum jus.

Parochorum creatio cujus juris?

§. I. PArochorum creandorum poteſtas ſerius in lucem prodiit. Licet enim Presbyteri, e quorum numero Parochi poſtea delecti fuerunt, Apoſtolicam ebulliant originem, tamen tunc ſolummodo verum Parochorum nomen tueri cœperunt, cum ſingulis Parœciis ſinguli alligati, adſtrictique fuerunt. Quod ſane alicubi ſub finem ſæculi III, paſſim vero nonniſi quarto, & quinto ſæculo factum eſt. (Vid. infra Lib. VII.)

§. II. Si vere illud a nobis dictum eſt, tribus prioribus ſæculis totidem fuiſſe Epiſcopatus, quot Chriſtianorum hominum conventus, (Vid. ſup. Part. III, Qu. IV, V, VI, XIV.) atque horum omnium Epiſcopatuum proviſores fuiſſe Patriarchas, (Vid. ſupra Lib. II, Qu. XXIII.) ſi antiquitas ſuo loco conſervata fuiſſet, & nunc etiam, ut olim ſingulis Chriſtianorum cœtibus, h. e. Parochiis, ſinguli Epiſcopi præficerentur, harum Parochiarum proviſio etiam nunc ad Patriarchas pertineret. Quod ſi vero effectum eſt, ut nonniſi in Urbibus Epiſcopi collocarentur, (Concil. Sard. ann. 347, can. 6, Concil. Laodicen. an. 363, can. 57.) in agris autem Presbyteri conſtituerentur, hique ab Urbium, in quarum agris Parochiæ ſitæ eſſent, Epiſcopis crearentur, id omne beneficio & benignitati Patriarcharum acceptum referendum eſt, qui de jure ſuo nonnihil remiſerunt, illudque Urbanis Epiſcopis indulſerunt.

§. III. Quamquam hoc ſuum jus haud ita Epiſcopis renuntiarunt Patriarchæ, ut nihil ſibi relictum eſſet, ſed agrum hunc & ſibi, & Epiſcopis compaſcuum eſſe voluerunt. Hinc illa Canoniſtarum effata: *Apoſtolicam Sedem habere plenam, liberam, nulliſque vinculis adſtrictam omnium beneficiorum diſpoſitionem. Cum omnibus Epiſcopis concurrere, eoſque omnes prævenire vacuum beneficium conferendo, & antevertere poſſe* (a). Scio hæc ab hujuſce temporis litteratoribus

(a) Luc. Ferrar. V. *Benef. n.* 1. Summus Pontifex habet plenariam poteſtatem conferendi omnia Beneficia Eccleſiaſtica totius mundi; *cap. Licet* 2, *de Præbend. in* 6, *cap. Si Papa* 10, §. *ſi autem*, *de privileg. in* 6, *Clementin. unica* §. *final. Ut lite pendente*; Rota *part.* 4 *rec. tom.* 1, *deciſ.* 215, *num.* 1, *part.* 4, *tom.* 2, *deciſ.* 59, *n.* 8, *part.* 4, *tom.* 3, *deciſ.* 630, *num.* 23, *part.* 5, *tom.* 1, *deciſ.* 206, *num.* 1, *part.* 8, *deciſ.* 44, *num.* 21. Papa enim eſt Ordinarius Ordinariorum habens,

bus flocci fieri, & infra Iſidorianas quiſquilias amandari. Sed cur Patriarchæ Romano id denegant, quod aliis Patriarchis ſemper licuit? Quis enim

---

bens concurrentem poteſtatem cum omnibus Eccleſiæ Prælatis; cap. *Cuncta per mundum* 17, *cauſ.* 9, *q.* 3, *cap. Licet* 20, *de Foro compet.* Itaque ab ipſo omnis Beneficiorum diviſio, & collatio originem habet; cap. *Eccleſias ſingulas unic. cauſ.* 13, *q.* 1. Et primitus omnia Beneficia ſecundum quosdam conferebat; & licet poſtea dilatata Eccleſia, in partem ſollicitudinis vocaverit Epiſcopos, iiſque poteſtatem conferendi Beneficia ſuarum Diœceſium communicaverit, ſibi tamen reſervavit, ut ſemper penes ſe major, & ſuperior poteſtas remaneret; *cap. Dudum* 14, §. *Nos igitur de Præbend. in* 6, ibi: *Etſi memoeato Epiſcopo peædictam conceſſimus poteſtatem, penes Nos autem nihilominus remanſit majoe.* Unde indulta & privilegia conferendi Beneficia numquam impediunt, quin Papa valeat cum Ordinario Collatore concurrere; Rota part. 16 recent. deciſ. 200, num. 7, & 8. Ipſe enim omnia Beneficia ad Ordinariorum collationem pertinentia conferre poteſt vel Jure præventionis, vel Jure concurſus, vel Jure devolutionis. Neque Ordinarius tamquam inferior poteſt præjudicare Papæ, quin eum prævenire, & cum eo concurrere poſſit ſuper collatione Beneficiorum; Rota *paet.* 17 *recent. deciſ.* 13, *nu.* 5. Immo Papa concurrendo cum aliis Collatoribus poteſt conferre Beneficia in omnibus menſibus, ejuſque proviſio in dubio ſemper eſt præferenda, ubi non conſtet de anteriori proviſione Ordinarii; Rota *paet.* 2 *eecent. deciſ.* 372, *num.* 2. Ita ut proviſio, ſeu collatio per Papam facta uti amplioris prærogativæ præferenda ſit in concurſu collationis factæ per inferiorem eodem tempore; cap. *Si a Sede Apoſtolica* 31, *de Præbend. in* 6, Rota *paet.* 10, *recent. deciſ.* 25, *num.* 18, *part.* 14, *deciſ.* 304, *num.* 1, & *part.* 18, *tom.* 1, *deeiſ.* 18, *num.* 10. Taliter quod ſi non ſuſtineatur Jure devolnto, valeat tamen ratione, & Jure concurſus; Rota *part.* 18, *tem.* 1, *deciſ.* 180, *num.* 7. Immo facta in menſe reſervato cum derogatione, vel ſuſpenſione indulti Ordinario conceſſi in menſibus reſervatis, valet ſaltem per modum præventionis; Rota *part.* 4, *tom.* 3, *deciſ.* 520, *num.* 14, & 20. Quinimmo ratione ſuæ ampliſſimæ poteſtatis valèt etiam collatio ab ipſo facta per modum præventionis abſque ulla derngatione; Rota *part.* 17, *deciſ.* 157, *n.* 16, & *c. Dudum* 14, *verſ. conſideeantes quoque, de Præbend. in* 6.

Ibid. in addit. Extincto ſchiſmate laicalium Inveſtiturarum quod quatuor ſæcula ante Alexandrum III Eccleſiam vexavit, compertum eſt ab Eccleſiaſticis Prælaris, Beneficia Eccleſiaſtica privative conferri poſſe triplici jure, *plenario* ſcilicet, *delegato*, & *ordinaeio*.

Plenario jure Summus Pontifex omnia prorſus Beneficia conferre poteſt; c. 2, de Præbend. in 6, & quidem ſecluſis etiam reſervationibus, quum concurrere queat cum qnolibet Ordinario collatore, eumque prævenire intra ſex menſes a Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III conceſſos Ordinariis ad conferendum; c. 2 de conceſſ. Præbend.

Ipſa *Synodus Baſileenſis* abrogando expectativas ad futura Beneficia, jus præventionis nominatim Papæ reſervavit. *Tridentinum Concilium* pariter ſeſſ. 24, c. 19, *de eeform.* expectativas omnino abrogari decrevit; at declaravit in omnibus ſuis decretis ſalvam ſemper haberi ſupremam auctoritatem Sedis Apoſtolicæ; ſeſſ. 7, de reform. in principio.

Ad dignoſcendum autem, an Papa contulerit, nec ne Beneficium non reſervatum jure præventionis, hæc traditur Regula: Si expreſſus in ſupplicatione fuit menſis, quo Beneficium vacavit & tametſi is reſervatus non fuerit, Papa contulit, dicendum eſt, Papam contuliſſe jure præventionis. Secus e contra; Gonzal. in comment., ad Regul. 8, hodie 9 Cancellar. §. 5, procem. n. 70, Card. Petr. in comment. ad Conſt. Apoſtol. Conſtit. 1 Nicolai V, n. 38, & ſeq. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5, c. 1, num. 62, Rot. in nuperrim. deciſ. 34, n. 7, & deciſ. 74, nu. 1, tom. 1, cor. Mulin. deciſ. 922, n. 3, & 7, cor. Criſp. deciſ. 24, n. 7.

Et,

enim neſcit, Patriarchis Alexandrinis integrum fuiſſe non ſolum Epiſcopos omnes Ægypti, Thebaidis, Maræotidis, Pentapolis inaugurare, ſed etiam in harum omnium Provinciarum Eccleſiis Presbyteros, h. e. Parochos conſtituere? (Epiph. Hær. 68.) Nonne Magnus Athanaſius, cum Peluſio contenderet Alexandriam, cumque quaſdam offendiſſet Parochias ſuis.

Et, quod hic notandum eſt, Papa retinet poteſtatem conferendi Beneficia jure præventionis in Locis etiam, in quibus vigent Concordata, ut præter allegatos firmant Nicolarus ad Concordat. German. n. 1, dub. 2, §. 3, Branden. ad ead. Concordat. q. 6, n. 5, & notab. 1, num. 2, Chokier. ad Regul. 8 Cancellar. §. 3, num. 163, Rot. in recent. deciſ. 2, per tot. part. 3, ibique Rubeus in adnor. n. 28.

In concurſu collationis Papæ factæ jure præventionis, & collationis Ordinarii, prior in tempore præferendus. Quod ſi eadem die dictæ collationes contigerint, tenet Gagliard. de Benefic. cap. 6, num. 3, quod neglecta tamquam ſtivola anterioritate horarum præferri primo debeat poſſeſſor, deinde ſi nullus in poſſeſſione ſit, Proviſus Apoſtolicus. Notat vero Rigaut. in Commentar. ad Regul. 17 Cancell. n. 50: quod ſi proviſo ab Ordinatio antecedenter jus ſit quæſitum in Beneficium, ei debetur prælatio ſupra Proviſum a Papa eodemmet die; Vide exemplum apud eumdem Auctorem. Notat quoque *Rigant. ubi ſupra ſeq. numero*, quod litteræ Proviſionum de Beneficiis, quas explent Ordinarii, etiam ab ipſis ſubſcriptæ, non attenduntur ob antidatæ ſuſpicionem in concurſu Proviſionum Apoſtolicarum, niſi ſint in forma publica inſtrumenti, Teſtibus, & juris ſolemnitatibus munitæ. Præſertim ſi concurrat veriſimilis aliqua cauſa, ob quam Ordinarius induci valuerit ad ſimulandam præventivam collationem. Cæterum ſi concurrant circumſtantiæ excludentes antidatæ ſuſpicionem, attenduntur, ut firmavit Rot. cor. Criſp. deciſ. 205, ſer. per tot. & quidem recedendo a deciſ. 24, 98, & 122.

Indultario jure conferunt Cardinales, &, ut placet Gagliard. de Benefic. cap. 7, num. 5, Legati, ac Nuncii. At ſuo loco agendum de hoc indultario jure. Illud vero hic non omittendum, quod S. Sedes indultum hoc concedere etiam conſuevit Regibus. Vide de hoc indulto conceſſo a S. Sede Regi utriuſque Siciliæ, Gagliard. d. tract. cap. 6, n. 6, & Auctores ab eo allegatos.

Jure demum Ordinario conferunt Epiſcopi Beneficia omnia ſuarum Diœceſium, Can. omnes Baſilicæ 10, cauſ. 18, quæſt. 7, cui conſonant Can. obitum diſt. 61, Can. decretum cum ſeq. 10, q. 1, & cap. Ex freq. 3, inſtit. Idque procedit etiam quoad ea Beneficia, quæ exiſtunt in diſtrictu Prælati inferioris non habentis territorium ſeparatum. Vide Rot. in Legionen. Beneficii 11 Januarii 1743, cor. de Thunn.

Notandum vero eſt, quod de Jure Canonicatus, & Dignitates Eccleſiæ Cathedralis Epiſcopus tamquam caput illius ſimul cum Capitulo conferre tenetur, c. Paſtoralis, & cap. Ea noſcitur, de his, quæ fiunt a Prælatis ſine conſenſ. Capit. At ex conſuetudine in Italia præſertim recepta non concurrit amplius Capitulum cum Epiſcopo in collatione dictorum Beneficiorum; Gagliard. de Benefic. c. 8, n. 1. Ubi vero viget antiqua diſciplina non eſt neceſſe, quod concurſus Epiſcopi, & Canonicorum collegialiter fiat, ſed diverſis loco & tempore jus alterutrius explicari poteſt, dummodo in unam eamdemque Perſonam conveniant. Quod ſi diſſentiant, dubitari ſolet de quota votorum. At deciſio hujus quæſtionis pendet a capitularibus ſtatutis, vel conſuetudinibus, quæ alibi votum duplex, alibi unicum, & ſimplex Epiſcopo tribuunt, ſingulis Canonicis coæquale. Deficientibus vero ſtatutis, & conſuetudinibus, *Probabilior* (inquit Gagliad. ubi ſupra num. 4.) ſententia Doctorum conſtituebat olim in ſolo Epiſcopo tantam vocem, quantam in toto Capitulo, quæ Capituli vox a majori parte quum concluderetur, poſthabita minore, huic minori, nec adhærens Epiſcopus eamdem compleret. Quod ſi conſtanter votum Capituli ab Epiſcopo diſſonaſſet, neutrum efficax ad perficiendam collationem habebatur, ideoque per lapſum ſemeſtris dabatur locus devolutioni.

Digitized by Google

ſuis viduatas Rectoribus, ipſemet, qui eas regerent, Presbyteros ſeu Parochos creavit? (Socrates Lib. II Hiſt. Eccl. cap. 24.) Nonne idem Athanaſius, cum Thebaidem de more luſtraret, a Serapione Tentyrorum Epiſcopo rogatus Pachomio Sacerdotium mandavit? (Act. 55, 3 Menſ. Maji pag. 396.) Quid, quod Meletius Lycopolitanus Epiſcopus, cum Alexandrini Patriarchæ vices arripuiſſet, in aliorum Epiſcoporum Diœceſes jubendo Presbyteros falcem immiſit? κατὰ ἕκαστον τόπον διερχόμενος, καθιστᾷ κληρικοὺς, ἐπισκόποις τε, καὶ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις. S. Epiphan. Hær. 68, n. 3.

§. IV. Quid igitur tot latratibus, tot gannitibus, tot crocitationibus Patriarcham Romanum laceſſis ſi eo jure, quo alii Patriarchæ, nemine reclamitante, uſi ſunt, ipſe etiam quandoque uſus eſt? Quin potius vetera memoria repetens non cogitas, adeo abeſſe, ut Romani Patriarchæ in Epiſcoporum jura involaverint, ut quinimmo ſuis illos juribus conlocupletarint? Meminerint Epiſcopi, ſe olim unius Urbis, unius Vici aut Pagi, unius Eccleſiæ anguſtia fuiſſe concluſos, nil ſibi extra illam Urbem, aut Pagum Eccleſiamque licuiſſe, & ſi poſtea ſui Epiſcopatus pomæria protulerunt, ſi modo plures Eccleſias ſuo pedo obnoxias habent, ſi Parochos creant, ſi Sacerdotia mandant, ſentiant, hæc omnia eſſe Patriarcharum dona, ſe hiſce omnibus Patriarcharum beneficio, conceſſu, & munere auctos eſſe, neve voces tollant ſtomachi plenas & querelarum, ſi Patriarchæ aliquando ad veteres ſuas redeunt poſſeſſiones.

QU.

QU. XVI.

In medium affer ſeptimum Diœceſanorum Jus.

Quid ſentis de Viſitationibus Paraciarum? (a)

§. I. Diligentiſſimus antiquitatis inveſtigator Joſephus Binghamus (Orig. Eccl. Lib. IX, cap. VI, §. 22, pag. 565.) ut ſuorum Epiſco-

(a) Berard. J. E. U. Tom. 7, diſſ. IV, cap. III. Operoſa eſt tanta Eccleſiarum ſollicitudo, quæ eum per unum Epiſcopum impleri undecumque non poſſit, neceſſarium ſemper fuit, ut ſeligerentur adminiſtri Epiſcoporum adjutores, quales ſunt Canonici ſeu Cathedralis, ſeu Collegiatarum Eccleſiarum, item Parochi, univerſi etiam Clerici, pro modo ſingulorum, ſive ordinem ſpectes, ſive poteſtatem qualitati beneficiorum accommodatam. Cæterum & in hac Sacræ Hierarchiæ ſub Epiſcopo conſtitutæ diſtributione ſumma ſemper poteſtas, ſicut & ſummum Sacerdotium penes Epiſcopos remanſit, quorum vigilantiæ committitur, ut inveſtigent, an per adjutores illos cuncta Eccleſiaſtica munera impleantur. Hinc vero orta obligatio, qua Epiſcopus ad viſitandas univerſas Diœceſeos Eccleſias tenearur, can. 4, cau. 10, qu. 1, Concil. Tridentin. ſeſſ. 24, de ref. cap. 3, quod officium Antiſtites vel per ſe, vel per ſuos delegatos, ut plurimum Archidiaconos explent. Singulis annis Diœceſana Synodus habebatur, ut in Synodo conſulerent neceſſitatibus, vel utilitatibus Eccleſiarum, quibus conſulendum viſitando intellexerant, Cap. 16, de offic. judic. ordinar. eamque ipſam ob rem cum in Tridentino Concilio ſeſſ. 24, de reformat. cap. 4, definiendum fuiſſet, ut vetus diſciplina de celebrandis quotannis Diœceſanis Synodis renovaretur, renovanda quoque fuit diſciplina de annua viſitatione, ſeſſ. 7, cap. 8, de reform. Sed quemadmodum ante Concilium Tridentinum cum diſciplina annuarum Synodorum negligi cœpit, ab annua quoque viſitatione ceſſatum eſt, ita & poſt Tridentinum Concilium cum non ſemper, & ubique commodum fuerit, annuam Diœceſanam Synodum celebrare, neque annuæ viſitationi ſatisfactum eſt, præſertim ubi amplæ Diœceſes eſſent; neque enim id viſum eſt repugnare menti Patrum Tridentinorum, qui in cap. 3, ſeſſ. 24, de refor. ubi æqua ſubeſſet cauſa, ad biennium viſitationis tempora prorogaverunt. Ex frequentibus delegationibus Epiſcoporum viſitationis mandandæ cauſa in Archidiaconos factis, obtinuit quibusdam in Diœceſibus, ut Archidiaconi etiam jus viſitandi ſibi jure ordinario vindicarent, cap. 6, de cenſibus, non quidem ita, ut Epiſcopi excluderentur, ſed ut par fere cum Epiſcopo jus explicarent. Cæterum inter Archidiaconos, vel alios inferiores Prælatos ſimile jus explicantes, atque inter Epiſcopum illud diſcriminis intercedit, ut in primis libera ſit Epiſcopis facultas viſitandi, ubi expedire judicetur, etiam pluries in anno, quod tamen Prælatis illis inferioribus minime conceditur, ne forte iſti ob frequentes viſitationes moleſti viſitatis Parochis videantur, cap. 6, de offic. Archidiac. Præterea, ut Archidiaconi aliis nequeant viſitationem demandare, ſive quod regula ſit, delegatum ſubdelegare non poſſe, ſive quod Archiepiſcopis legitime impeditis Epiſcopus aliis viſitationem demandare facile poſſit, immo & in Tridentino Concilio illud ſalubriter adjectum fuit, ut quoties ad Archidiaconos alioſve hujus generis Præ-

ſcopalium Diœceſes longe lateque fuſas, pluribuſque vicis, pagis, Eccleſiiſque potentes ab Presbyterianorum criminationibus obtrectationibus.

Prælatos inferiores viſitandi jus fuerit adquiſitum, non aliter iſti viſitationem peragant, quam Epiſcopi conſenſus acceſſerit, ſeſſ. 24, cap. 3, de reform. Subſunt viſitationibus & Eccleſiæ, & perſonæ Eccleſiis adſcriptæ: ſicut enim curandum eſt a viſitatore, ut illæ ſartæ, tectæque ſint, & ad res ſacras obeundas undecumque idoneæ, ita ſatagendum, ut iſtæ rite, recteque munere ſuo fungantur. Quamobrem in primis viſitabit Epiſcopus Eccleſiam Cathedralem, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, etiamſi forte iſtud ab Epiſcopali jurisdictione exemtum proponatur, Concil. Tridentin. ſeſſ. 6, cap. 4 ſeſſ. 14, cap. 4, de reform. quo caſu id facere poterit Epiſcopus vel per ſe ſolum, vel iis adjunctis prudentibus viris, quos ipſe judicaverit; quamquam enim extra cauſam viſitationis in perſonas Capituli exempti nequeat procedere Epiſcopus, niſi ſervata forma Tridentinæ ſeſſionis 25., cap. 6, de reform. non idem tamen recipiendum eſt in ipſo viſitationis actu, dicto cap. 4, ſeſſ. 6. Neque forte in contrarium dicas, Concilium Tridentinum in dicto cap. 4, voluiſſe, ut viſitaretur Capitulum Cathedralis Eccleſiæ *juxta Canonicas ſanctiones*; alias autem Canonicis ſanctionibus præſtitutum fuiſſe, ut Epiſcopus Cathedralem Eccleſiam viſitans duos, vel tres Canonicos de eadem Eccleſia ſibi ſocios adjungat, cap. 17., de offic. jud. ordin. extravag. 1, eod. tit. int. comm., etenim verba illa *juxta Canonicas ſanctiones* referenda potius ſunt ad verba ſubſequentia Tridentini capitis *toties, quoties opus fuerit* &c., quam ad præcedentia, ne contingat, ſibimetipſis adverſatos fuiſſe Tridentinos Antiſtites, qui in præcedentibus dixerant, *etiam per ſe ipſos ſolos* poſſe Epiſcopos Capitula quomodocumque exemta viſitare. Quamobrem concludere poſſumus, diſciplinam veterem dicti capituli 17, & dictæ extravagantis, in ea parte fuiſſe a Tridentinis Patribus abrogatam. Cauſa vero, ob quam Tridentinum Concilium ea verba adjecerit, *juxta Canonicas ſanctiones . . . toties, quoties opus fuerit*, illa erat, quia Epiſcopi in eo officio videri potuiſſent extra ordinem agere, & veluti Pontificii delegati; alias autem iis, qui extra ordinem, & legislationis jure viſitant, nonniſi annua viſitatio permittitur, argumento cap. 6, de offic. Archid. Ne igitur ita coercita videretur viſitandi poteſtas ratione Epiſcoporum, additum eſt, ut toties, quoties opus fuerit, Capitula ut ut exemta viſitare valerent juxta Canonicas generales ſanctiones, quæ nulla tempora viſitaturis Epiſcopis definiverunt. Quod dictum eſt de Cathedralibus Eccleſiis, earumque Capitulis, idipſum dicendum eſt de Eccleſiis Collegiatis, & de Canonicis iiſdem adſcriptis, Concil. Tridentin. ſeſſ. 22, cap. 8, de reform. Si de cæteris Eccleſiis, aut beneficiis, item de aliis Clericis ſacra officia in illis obeuntibus ſermo ſit, certum eſt, omnibus viſitatione ſua Epiſcopum, prout expedire intellexerit, poſſe conſulere, ubi nulla obſit ſingularis exemtio, cap. 13, de offic. judic. ordin. Quid tamen, ſi certa loca, aut perſonæ exemtæ proponantur? Diſtinguendæ ſunt Eccleſiæ, aut beneficia regularia, ſeu adnexa Monaſteriis, in quibus viget regularis obſervantia, ab Eccleſiis ſæcularibus. Sæculares Eccleſiæ, quæcumque illæ ſint, ſubjacent Epiſcopi viſitationi, Concil. Tridentin. ſeſſ. 7, cap. 7, de reform. quod verum eſt, etiamſi agatur de Eccleſiis commendatis, Concil. Tridentin. ſeſſ. 21, cap. 8, de reform. aut etiam de Eccleſiis, quæ in nullius Diœceſi eſſe dicuntur, quæ regulariter ejus Epiſcopi, cujus Cathedralis Eccleſia eſt proximior, viſitationi ſubjacent, Concil. Tridentin. ſeſſ. 24, c. 9, de reform. quod tamen decretum de iis Eccleſiis intelligitur, quæ tantum ab Epiſcoporum jurisdictione exemtæ ſint, non etiam ſubſint Prælato cuiquam jurisdictionem quaſi Epiſcopalem, & Diœceſim ſeparatam habenti. Si enim eum habent Prælatum, ab iſto, non a proximioris Eccleſiæ Cathedralis Epiſcopo viſitabuntur. At ſi agatur de Eccleſiis adnexis Monaſteriis, in quibus viget regularis obſervantia, has non viſitat Epiſcopus; quamquam enim in cap. 8, ſeſſ. 7, de reform. Concilium Tridentinum facultatem fecerit Epiſcopis univerſas Eccleſias exem-

buſque vindicet, atque dicteriis, hac prodit oratione. Epiſcopi ab quarto jam uſque ſæculo Diœceſim ſuam perluſtrare, ſingulaſque Eccleſias viſitare juſſi ſunt, videreque, ne ex Miniſtrorum incuria quid detrimenti caperent. At ſi ſinguli Epiſcopi ſingulas tantum habuiſſent Eccleſias, hæc itinerum peragratio, Eccleſiarumque luſtratio iis imperata minime fuiſſet. Non igitur ſingulis Epiſcopis ſingulæ tantum Eccleſiæ attributæ erant, ſed plures, eæque locorum intervallo disjunctæ. At vide, quam facile tota hæc Binghami argumentatio poſſit retorqueri. Tribus prioribus ſæculis Diœceſani Epiſcopi ab nullo uſpiam Concilio, ab nemine Pontifice Diœceſim obire, Eccleſiaſque inviſere juſſi ſunt *(b)*. Juſſi autem eſſent, ſi plura loca, pluresque Eccleſias ſuæ curæ, fideique commendatas habuiſſent. Non igitur plures, pluriumque locorum Eccleſiæ, ſed ſingulæ tantum ſingulis Epiſcopis concreditæ erant. Qui fit, ut Binghamus in totius antiquitatis ruderibus nullum Epiſcopalium Viſitationum exemplum, nullum veſtigium, nullum indicium reperire potuerit, quod ſæculum quartum præceſſerit? Nam Auguſtinus, & Baſilius, quorum labores in ſuis Diœceſibus longe, lateque patentibus peragrandis prædicantur, Sæculo quarto ſunt juniores; & Concilium Tarraconenſe a

Bin-

---

xemtas viſitandi, id tamen de ſæcularibus tantum Eccleſiis intelligendum eſſe, declaraviſſe viſi ſunt iidem Tridentini Antiſtites in cap. 9, ſeſſ. 24, de reformat. Exceptio eſt in Eccleſiis Regularium, quibus cura animarum adnexa ſit in perſonas etiam extra Clauſtra Monaſterii conſiſtentes exercenda; ſiquidem & iſtas & Regulares ipſos animarum Rectores viſitabit Epiſcopus, tantummodo tamen in iis, quæ ad curam pertineat animarum, Concil. Tridentin. ſeſſ. 7, c. 7, & 8, de reformat. ſeſſ. 25, cap. 11, de Regularibus, Eadem ratione receptum eſt, ut ſi forte in Regularium Eccleſiis erectæ ſint Confraternitates, ut vocant, laicorum, iſtæ æque viſitationibus Epiſcoporum ſubſint, ac ſi in alia quacumque Eccleſia erectæ fuiſſent. Viſitationis Epiſcopalis finis eſt reformatio morum, præſertim in Clero, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ cuſtodia; non ita quidem, ut viſitans judiciario more procedat, ſed potius more vigilantiſſimi æque, ac prudentiſſimi Paſtoris, ac Patris; unde primo deducitur, maxima opus eſſe rerum agendarum moderatione, cap. 17, de offic. judic. ordin., & pœnas adverſus reos inferendas pœnitentiæ potius ſalutaris rationem habere debere, quam pœnæ; immo & quoties pœna inferenda eſſet ob graviorum quorumdam criminum atrocitatem, vel ob pertinaciorem reorum contumaciam, illam eſſe lenitate quadam attemperandam, nec ſummum juris rigorem eſſe ſequendum, cap. 13, de offic. judic. ordin., cap. 1, verſ. *Sane* de cenſibus in 6, juncto cap. 21, de accuſation. Secundo a correctione ſubditorum tempore viſitationis facta appellationem non dari, quod attinet ad effectum executivum, quamquam effectus appellationis, ut inquiunt, devolutivus minime denegetur, dicto cap. 13, de offic. judic. ordin., Concil. Tridentin. ſeſſ. 24, de ref. cap. 10. Tertio ita faciendam, ut non omittatur quidem debita ſollicitudo, omnia tamen quam celerrime expediantur, ne forte Ordinarius viſitans cuiquam moleſtus, aut gravis videatur, can. 7, 8, cau. 10, qu. 3, Concil. Tridentr. ſeſſ. 24, de ref. cap. 3.

(b) Thomaſſ. V. & N. E. D. Part. II, Lib. III, cap. 76, §. 7. Si de viſitandis ab Epiſcopo Parochiis altum ſit apud antiquiſſima Concilia, Sanctiſſimoſque Patres ſilentium per tria priora Sæcula, id ex eo fit, quod nullæ prioribus illis Sæculis fuerint Parochiæ. Cum inter exordia rei Chriſtianæ non alia fuerit cujuſque Diœceſeos Eccleſia, quam Cathedralis, in eam unam Epiſcopus curas ſuas omnes conferebat.

Digitized by Google

Binghamo laudatum annuas Diœceſium Viſitationes nonniſi ſexto ſæculo imperavit. Effodiat Binghamus aliquod trium priorum ſæculorum monumentum, quod aliquam ſaltem harum Viſitationum ſuſpicionem moveat, ſi ſuarum Diœceſium amplitudini rem ſalvam, atque integram eſſe velit; alias nobiſcum una fateatur, primorum ſæculorum Epiſcopos unius tantum loci, uniuſque Eccleſiæ regimini adſtrictos, nullas alias, quas inviſerent, Eccleſias ſibi obnoxias habuiſſe.

§. II. Si viſitandi munus, ac jus per ſeſe, ſine ullis adjunctis, ſumimus, illud divinitus inſtitutum, atque cum animarum procuratione implicitum eſſe, facile intelligimus (*c*). Nam qui potes animarum morbis mederi, ſi morborum vim non plane cognitam habeas? Qui autem morbi vim, gravitatemque cognoſcere, ſi ægrotum non viſas, ipſum coram aſpicias, ex illius venis, ſpiritu, multiſque aliis ſentias, quo æſtu, febrique jactetur? Apoſtoli exemplo nobis ſunt, qui, quas inſtituerant Eccleſias, doctrina legibuſque muniebant, eas ſæpe ſæpius viſitabant, ac præſentia ſua recreabant. Nonne Divus Petrus, pace Eccleſiæ reddita, Judæam, Galilæam, Samariam peragravit, eoſque, qui Chriſtianæ militiæ nomen dederant, inviſit, labantes erexit, ſtantes confirmavit, currentes incitavit? Act. IX, 31, 32, 43. (*d*) Quid D. Paulus? Qui in pro-

(c) Benedict. XIV Conſt. II, Tom. I, §. 8. Ad hæc, cum in omni etiam rei domeſticæ cura nihil ſit utilius, quam ſi ipſemet Paterfamilias omnia frequenter inſpiciat, ſuaque vigilantia ſuorum induſtriam, & diligentiam alat, propterea vos monemus, & hortamur, Fratres, atque etiam vobis injungimus, ut Eccleſias, & Diœceſes veſtras (niſi gravis, ac legitima interveniat cauſa, quæ aliis id committi poſtulet) vos ipſi viſitetis, vos ipſi oves veſtras, & pecoris veſtri vultum agnoſcatis. Formidinis ſane, ac terroris plena eſt certiſſima illa ſententia, quam ſupra memoravimus, non admitti Paſtoris excuſationem, ſi lupus oves comedit, & Paſtor neſcit. Multa vero quidem ignorabit Epiſcopus, multa eum latebunt, vel ſaltem ſerius, quam oporteret, intelliget, niſi ad omnes ſuæ Diœceſeos partes ſe conferat, & niſi per ſe ipſum ubique videat, ubique audiat, ubique exploret, quibus malis medicina facienda ſit, & quænam fuerint eorum cauſæ, quave ratione occurri etiam providenter queat, ne ſublata reviviſcant. Præterea cum ea ſit humanæ imbecillitatis conditio, ut in agro Dominico, cujus cultura commiſſa Epiſcopo eſt, ſenſim vepres, & ſpinæ, ac noxiæ, inutileſque herbæ ſuccreſcant, certe niſi ad eas amputandas cultor crebro redeat, ille ipſe nitor vigiliis ejus, laboribuſque jam partus, progreſſu temporis defloreſcet. Sed neque etiam ſatis eſt luſtrari a vobis Diœceſes, & opportunis præceptionibus veſtris curationi earum eſſe proſpectum: reſtat & illud enixe perficiendum a vobis, ut quæ in viſitationibus conſtituta fuerunt, vere in effectum perducantur; nam legum etſi optimarum utilitas nulla erit, niſi quod ſancitum verbis eſt, re ipſa ab eis, ad quos pertinet, ſtudioſe præſtetur. Quapropter poſtquam ad animarum morbos expellendos, ſive avertendos, ſalutaria paraviſtis medicamenta, non ideo ſollicitudo veſtra conquieſcat oportet, ſed traditorum a vobis præceptorum executio omni virium contentione urgenda eſt; idque potiſſimum per iteratas viſitationes eſtis aſſecuturi.

(d) Cucag. Vita di S. Pietro Cap: VIII. S. Pietro veduta la pace, e la tranquillità, che godevaſi dai fedeli non ſolo in Geruſalemme, ma in tutte le Chieſe che ſi erano fino a quel tempo in qualche modo fondate nella Paleſtina, pensò eſſer queſta l' occaſione opportuna d' intraprendere una viſita generale delle medeſime, onde provvede-

 re

provinciis percurrendis, Eccleſiiſque perluſtrandis omne ſuum tempus tranſmiſit, quaſque ipſe non poterat, per Titum, Timotheum, alioſque ſuos diſcipulos obibat, (Act. XV, 36, 39, 40, 41, Act. XVIII, 18, 19, 20, 21, 22, 23, Act. XX, 1, 2, 3, 13, 14, 15, 16, Act. XXI, 1, 2, 7, 8, Ad Rom. I, 11, XV, 23, 32, Ad Galat. IV, 20, I ad Theſſal. II, 2, 17, II ad Corinth. I, 13, 14, 15, 16, II, 13, II ad Timoth. IV, 9, 10.) quam poſtea Spartam nacti Patriarchæ, ac Metropolitæ Apoſtolorum, Diſcipulorumque hæredes, ac ſucceſſores eam pro virili parte ornarunt. (Vid. ſupra Lib. II, Præfat. ad Lect. & Qu. XXX, & Lib. III, Præfat. ad Lect. & Qu. XXXIII.)

§. III. Sed ſi hoc ipſum viſitandi munus, ac jus rerum, locorum, temporum adjunctis illigatum conſideramus, permultos Animarum Curatores eo in loco poſitos eſſe comperimus, in quo non ipſi alios viſitare, ſed viſitari ab aliis ipſi debeant. Nam quemadmodum nunc Parochi uni tantum affixi loco nullum alium Chriſtianorum conventum habent, quem viſendi cauſa conveniant, ſed ipſi aliorum ſubſunt Viſitationi; ita olim & Diœceſani Epiſcopi (e) ad unius tan-

re come ſupremo Paſtore ai biſogni di cadauna in particolare, di confermarle nella fede; e ſopra tutto per aſſegnar loro de' Paſtori, i quali aſſiduamente vigilaſſero alle di loro ſpirituali indigenze. Saulo partito era da Geruſalemme, come partiti n'erano ancor gl'Apoſtoli, eccetto che S. Jacopo fratello del Signore, e dovevano eſſer tutti diſperſi qua, e là per le contrade della Giudea, Galilea, e Samaria predicando l'Evangelio, e amminiſtrando i Sacramenti della Nuova Alleanza a tutti quelli, che aveano la grazia di credere alle loro prediche, e alle loro inſtruzioni. Ma S. Pietro memore ſempre dell'incarico ricevuto dal Signore, di aver cura non di un ſol popolo, ma di tutti i popoli, che ſi ſarebbono converriti alla Fede, fu d'avviſo che neceſſaria foſſe la ſua preſenza, e intrapreſe una generale riviſta di tutti queſti novelli popoli de' credenti, perſuaſo, dice il Griſoſtomo, che aveſſero biſogno dell' aſſiſtenza del Capo. *Et propter hoc cenſuit tranſeundum, quoniam illius doctrina opus habebant credentes*. (Chryſ. in Act. hom. 21, cir. med.) „ Quindi è che a ſimiglianza d'un ſupremo Generale d'eſerciti qua e là ſcorrendo, minutamente conſiderava qual foſſe la parte unita, quale l'adorna, e quella, che abbiſognava della ſua viſita, e della ſua preſenza. Miratelo dunque correr ſollecito in ogni luogo, e in ogni luogo far la prima figura.“ (Chryſ. ibid. ſuper. Vid. Arat. Hiſt. Apoſt. lib. 1, c. 10. *Pervigil excubiis commiſſi Petrus Ovilis*. B. PP. T. 8.)

Queſta viſita, dalla quale prende il Santo Dottore occaſione di quì raccogliere come in compendio le prerogative particolari del Principe degli Apoſtoli, per le quali ſpicca grandemente la giuriſdizione del ſuo Primato, vien riguardata come il primo eſempio delle Viſite Veſcovili, e come quel modello, e quella norma, in vigore della quale conferendo la Chieſa l'onore del Veſcovado a quei novelli Paſtori che manda al governo ſpirituale de' popoli, intende loro d'imporre un obbligo preciſo di viſitare perſonalmente le Dioceſi, che al magiſterio loro confida, a fin di provvedere in vicinanza ai biſogni del Gregge in varj luoghi diſperſo. Non potendo alcuno pretendere ſenza un più preſſante motivo d'eſſere eſente da ciò che il primo de' paſtori fece ſuo proprio, e perſonale dovere. *Et hic iterum ipſe per ſe laborat, ac iter facit*. (Chryſ. ibid.)

(e) Singulis Eccleſiis ſinguli Epiſcopi præpoſiti erant; parochiæ ignorabantur: in ipſis Eccleſiis ruralibus Epiſcopi conſtituti erant Civitatenſibus haud ſubjecti, adeoque a Civitatenſibus viſitari non poterant. Diſtrictus igitur tales, & Diœceſes deficiebant, per quas hodie Viſitationes inſtituuntur; etiam in Civitatibus ampliſſimis *una* tantum erat

tantum loci Eccleſiam alligati, (Vid. ſup. Part. III, Qu. VI.) nullam aliam ſibi ſubjectam habebant, quam viſitatione ſua obirent, ſed ipſimet Patriarcharum, ac Metropolitarum Viſitationi erant obnoxii. Itaque quæ loca, quæque Eccleſiæ ab Epiſcopis nunc viſitantur, olim cum ſuos & ipſæ haberent Epiſcopos, nonniſi a Patriarchis, ac Metropolitis viſitabantur. Ex quo fit, ut Diœceſani Epiſcopi una cum Eccleſiis, locisque viſitandis, jus etiam viſitandi ac munus a Patriarchis acceperint.

§. IV. Locus hic poſtulat, ut nonnulla etiam dicamus de *Procurationibus*, (*f*) quæ Viſitatoribus pendi ſolitæ ſunt. Hiſce *Procurationibus* ſecurim

erat *Eccleſia*, cui quotidie invigilabat Epiſcopus præſens cum Presbyterio, nec *Viſitatio*, niſi *domeſtica* locum habere poterat.

(f) Bohem. J. E. P. Lib. III, tit. 39, §. 88. Occurrunt in antiquitatibus tres *procurationum* ſpecies. Uſitatæ enim olim erant *feudales*, *civiles*, *Eccleſiaſticæ*. *Feudales* vaſſallis incumbebant, qui dominum advenientem excipere honorifice, hoſpitium eidem ad aliquot dies præbere, & ita omnia adornare debebant, ut laute & pancratice vivere poſſet. Varias præterea hoc onus alias appellationes habebat, ut obſervat Petrus de Marca *dans l' hiſtoire* de Bearn. lib. IV, cap. 20, §. 3, pag. 326, ajens *les termes* ſervitium, fodra, procurationes, albergatæ, arceuta, *ſont des ſynonymes*, *qui ſignifient une eſpece de devoir des vaſſaux a l' endroit des ſeigneurs de fief*, *nommé Giſte par les Francois*, *qui conſiſte a les loger*, *& traiter dans leur maiſons avec leur ſuite limitée pendant un*, *deux*, *ou trois jours*, *ſuivant les conditions du fief & les accompagner avec leurs armes a la guerre*. *Civiles* erant onus ſubditorum, qui *hoſpitio* tenebantur excipere non modo *miſſos Principis* ut & *comites*, *duces*, & eorum *miniſtros*, verum etiam *viaticum* eis pro uniuſcujuſcumque dignitate præſtare, id quod vocabant *manſiones*, h. e. hoſpitium, & *paratas*, h. e. viaticum, ſeu alimenta facere, ut dilucide oſtendit Hieronymus Bignonius *in not. ad lib. I Marculf.* c. 3, apud Baluz. tom. II, pag. 880, ſeq. Has *procurationes* ſolebat ſibi imperator reſervare intuitu *patrimonii Petri*, ceu formula juramenti Ottonis IV, *anno* 1209, Innocentio III præſtiti docet: *cum ad recipiendam coronam imperii vel pro neceſſitatibus Eccleſiæ ab Apoſtolica Sede vocatus acceſſero*, *de mandato ſummi Pontificis recipiam procurationes ab illis*. Vid. Lunich. in ſpicil. Eccleſ. contin. I, p. 164. Nec Monaſteria ab hoc *procurationum civilium* jugo excepta erant, niſi ſpeciali privilegio id impetraſſent, quod plerumque imperatores Monaſteriis dare ſolebant, ceu infinita diplomata ubique obvia oſtendunt, in quibus prohibitum, *ne ulla judiciaria poteſtas ad manſiones vel paratas faciendas* ingrediatur hoc privilegio munitas Eccleſias, Monaſteria, vel eorum poſſeſſiones, vel ea exigere præſumet. Vid. diploma ad tit. de jur. patron. §. 23. Denique Eccleſiaſticæ, ad onus Eccleſiarum pertinebant, quia eadem methodo utebantur Epiſcopi circumeuntes Diœceſim, & paratas ab Eccleſiis exigebant, ſeu *procurationes*, quod optime illuſtrat Hincmarus in capit. de anno 877, tom. I Oper. p. 738, ajens: *Et vos Archidiaconi*, *quando ruſticanas Parochias vobis commiſſas vel mecum vel per vos circuitis*, *ſicut & ego*, *non graves ſitis Presbyteris in Paratis quærendis*: *neque ducatis ſuperflue vobiſcum homines vel veſtros proprios vel propinquos veſtros*, *per quos illas gravetis in cibo & potu & fodra ad caballos*. *Et providete*, *ne homines veſtri*, *qui vobiſcum ibunt*, *illorum illos dehonorent vel hominibus graves ſint*. *Nec Diu in manſionibus ipſorum Presbyterorum immoremini*, *& ſi neceſſitas evenerit*, *ut in aliquo loco immorari debeatis*, *ſic diſponite victualia veſtra per circum manentes presbyteros*, *ut nemini graves ſitis*, *& non otioſi & infructuoſi ſtipendia Eccleſiaſtica inſumatis*, *ſicut nec ego gravis ſum presbyteris*, *per quas Parochias circumeo*.

Quem-

curam injecerunt Tridentini Patres, cumque ob temporum difficultatem non poſſent totam quercum exſcindere, damnoſiores ramos amputarunt hac

Quemadmodum vero ſupra §. 25 obſervavi, viſitationes dictas fuiſſe *circadas*, & viſitatores *circuitores* vel *circatores*; ita etiam hæ præſtationes viſitatoribus debitæ vocatæ ſunt *circada*, *circatura*, *comeſtiones*, *manſionatica*, *ſervitium*, *circuitionis obſonia*. Apud Hedam p. 417 diplomatis Burchardini formula hæc deprehenditur; *dimiſi ipſas Eccleſias liberas a circatu, & omni Epiſcopali officio*. Similiter apud eumdem p. 133, in alia charta Wilhelmi Epiſcopi Trajectenſis: *Eccleſiam Eptemacenſem, liberam ab omni ſervitio Epiſcopali, neque circaturam, neque oblationes Epiſcopo, neque ſervitium præpoſito, neque ad ædificandas ſeu conſecrandas easdem Eccleſias ullum ſupplementum præbere volumus*. In privilegio Landerici, Epiſcopi Pariſienſis quod exhibet Bignonius ad formul. Marculfi lib. 1, cap. 1, hæc occurrit clauſula; *ſint liberi, & abſoluti ab omni debito, & redditione circadarum & ſynodorum*. De ejus fide agit plenius Cointius lib. III annal. Eccl. Franc. ad ann. 652, n. 27, ſeq. p. 340. *Comeſtionum* fit mentio in c. 13, X, de præſcript. qua voce procurationes fuiſſe denotatas recte obſervat Alteſerra ad cit. c. Circuitionis obſonia vel ſervitia etiam easdem dictas fuiſſe docet Anton. Matthæi de nobil. lib. 2, c. 28, in f. p. 497. In diplomate Ludovici regis German. vocantur manſionatica, item ſervitium Epiſcopi apud Schaten. in annual. Paderb. ad ann. 583, conf. Strauch. eclog. VIII, amæn. Jur. can. 4, Dubois in hiſtor. Eccl. Pariſ. lib. IV, c. 5, §. 7.

Natales, hujus oneris in tempora Eccleſiæ corruptæ incidunt. Melioribus Eccleſiæ temporibus (ingenua eſt confeſſio Arnoldi Corvini de bon. & perſ. Eccl. P. 2, lib. 7, tit. 13, n. 5.) *Epiſcopi Diœceſim viſitationis cauſa obeuntes, vix quicquam exigebant ab Eccleſiis Diœceſanis, cum memores exempli Apoſtoli Pauli, qui, ne Eccleſiis eſſet gravis, labore proprio conſulebat ſuis neceſſariis: tum præcepti Dei, a quo miſſas ad Samaritanos propheta vetitus, ne quicquam ab his attingeret. Labente zelo veterum patrum, Epiſcopis Diœceſim luſtrantibus ſumtum & annonam ſuppeditavi juſſi ſunt Clerici & Abbates*. Ita ſatis recte indicat Corvinus, rarius alias ad agnoſcendas corruptelas pronus. Equidem non abſolute rejicio procurationes. Etiam Paulus I Cor. IX, *ſtipendia Eccleſiaſtica* variis argumentis defendit, contenditque neminem ſuo ſtipendio militare teneri. Qui altari, qui Eccleſiis inſervit, ab illis etiam recte alimenta exigit. Enimvero ex hoc fonte puto haud fluxerunt *hodiernæ procurationes*, nec *ſtipendiorum* rationem habent pro opera viſitationis, ſed ex alia origine, ac principio proruperunt.

Conſtituo illud in imperio Epiſcoporum ac dominatu nimio, quo armati reipublicæ ſtatuſque civilis formam Diœceſibus Eccleſiiſque dederunt. Hoc extructo *nimio dominatu*, Epiſcopi omnia ad jura *ſtatus civilis* componere, & *ſubjectionis onera* ſubditis ſuis imponere cœperunt. Jam obſervavi, procurationes, h. e. *manſiones*, & *paratas*, ut olim eas vocabant, fuiſſe quondam onus *ſubditorum*, & *vaſſallorum*, ab his in ſignum *fidelitatis*; ab illis vero in ſignum *ſubjectionis* præſtitas, Principe ejuſque miniſtris vel domino feudi iter facientibus, vel in locum quendam adventantibus. Fodrum etiam hoc onus appellatum fuiſſe ſupra dixi, quod Guntherus lib. VIII Ligurin. verſ. 570, inter *jura fiſcalia recenſet*:

> *Id quoque quod fodrum vulgari nomine dicunt.*

Adventanti in Italiam Regi id ſolutum a populis, & ſubditis fuiſſe vel in *natura* vel in præſtatione pecuniaria, teſtis eſt Sigonius lib. VII de regn. Ital. Similiter de modo illud exigendi agit lib. VIII his verbis: *Ubi venturus erat (rex) nuncios præmittebat, more jam a Francis inſtituto, qui civitatibus adventurum regem nunciarent, ac ſacramenta repeterent* & Fodra *exigerent*. Proceres eadem hæc onera a propriis ſuis ruſticis exegiſſe Lucius III fatetur in c. 23, X de

hac lege lata: *Monentur omnes & ſinguli, ad quos Viſitatio ſpectat, ut paterna charitate, Chriſtianoque zelo omnes amplectantur; ideoque modeſto contenti equitatu, famulatuque ſtudeant quam celerrime, debita tamen cum diligentia, Viſitationem ipſam abſolvere. Itaque caveant, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graves, oneroſique ſint; neve ipſi, aut quiſquam ſuorum quidquam procurationis cauſa pro Viſitatione, etiam Teſtamentorum ad pios uſus, præter id, quod ex relictis piis jure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque ſit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant; non obſtante quacumque conſuetudine etiam immemorabili; exceptis tamen victualibus, quæ ſibi, ac ſuis frugaliter, moderateque pro temporis tantum neceſſitate, & non ultra, erunt miniſtranda* (g). Qui horum viaticorum

---

X, de jur. patron. Advocati quoque ab Eccleſiis, quas jure advocatiæ ſibi ſubjectas credebant *albergarias*, h. e. *hoſpitium & fodrum* extorquebant, quod reprobat Lucius III cit. l. quæ omnia indicant, has præſtationes olim in ſignum vel *fidelitatis, vel ſubjectionis* exactas fuiſſe.

Eodem jure quoque ſe, in his ab Eccleſiis ſibi ſubjectis exigendis præſtationibus, uti poſſe, prorſus exiſtimabant proceres Eccleſiaſtici, tum, quod jure quodam *feudi* beneficia Eccleſiaſtica beneficiatis contuliſſent; tum, quod magis erat, quia *jurisdictionem Eccleſiaſticam*, quæ ipſum *imperium ſacrum* denotat, in loca quævis pia ſibi ſubjecta exercerent. Hoc intuitu enim procurationes, h. e. *manſiones*, *paratas*, *fodrum*, *albergarias*, cætera, exigebant a Monaſteriis, Oratoriis, Capellis cæteriſque piis locis, quæ eorum collationi haud ſubjacebant, idque jure *ſubjectionis*, quo proceribus Eccleſiæ tenebantur. Equidem Gregorius M. relatus a Gratiano in c. 45, C. 12, q. 2, *adhuc veram hujus præſtationis agnovit rationem, & viſitatores Eccleſiarum, ait, Clericique eorum, qui cum ipſis per non ſua civitatis parochias ſatigantur, aliquod laboris ſui capiant te diſponente ſubſidium; juſtum namque eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium*. Hoc principium non reprobandum erat, ſi in eo ſubſtitiſſent Epiſcopi, aliique proceres Eccleſiaſtici. Sed illos pedetentim alia inceſſit ſententia; utpote qui tali ſtipendio non contenti, quod non adeo gravabat Eccleſias, *tributum* quoddam *exi*-[illegible] in ſignum *ſubjectionis* ab Eccleſiis lociſque ſibi ſubjectis exigebant, eorumque facultates fere exſpollabant. Inde mox nata hæc doctrina, *procurationes* exſolvi non tam ob *viſitationis operam*, quam in *ſignum, & profeſſionem ſubjectionis*. Alteſerra diſſ. jur. Canon. lib. IV, c. 5, Jo. Franc. De Pavin. p. 1, q. 9, n. 17. Inde vocantur *procurationis obſequium* in c. 17, X, h. t. & inter *jura Epiſcopalia*, h. e. quæ ex *imperio* ſacro fluunt, referuntur in c. 19, X, h. t. ac ſicuti obſequium ipſum impræſcriptibile eſt, ita quoque has *procurationes* præſcriptioni non eſſe obnoxias conſtituerunt, c. 17, & 24, X, h. t. Dicuntur quidem ratione *viſitationis* deberi, vel *viſitationi* eſſe annexa in c. 21, 23, 25, 27, X, h. t. c. 2, 8, h. t. in 6, clem. 2, h. t. ſed ipſa *viſitatio* quoque jure *imperii ſacri* exercetur, & deinde ipſa *viſitatio* etiam denotavit olim ſæpe acceſſum & *adventum* procerum Eccleſiaſticorum in Provincias, eoque intuitu etiam ſæpe exegerunt procurationes, ut Principes olim ad locum quendam regni ſui venientes.

(g) Thomaſſ. de V. & N. E. D. Part. II, Lib. III, Cap. 80, §. 81. Optatiſſimum erat Tridentinis Patribus, 1 Ut ſi minus late paterent Diœceſes, eæ quotannis luſtrarentur, altero quoque anno, ſi vaſtiores eſſent. 2 Fructus Viſitationum hic illis videbatur uberrimus [illegible] fidei puritas, & morum caſtimonia ubique repullulaſceret. *Viſitationum omnium iſtarum præcipuus ſit ſcopus, ſanam orthodoxamque doctrinam expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere* &c. 3 Comitatu modeſtiſſimo, menſa frugali utantur Præſules, nec uſquam moras trahant, niſi cogat

rum exactionem defendunt, eo nituntur fundamento, quod ii omnes qui militant, ſtipendia mereant. Sed quot tandem ſtipendia Diœceſanis Epi-

gat populi ſalus. *Modeſto contenti comitatu famulatuque, ſtudeant quam celerrime, debita tamen cum diligentia viſitationem ipſam abſolvere.* 4 Nihil prorſus muneris accipiant, non ipſi, non ipſorum Miniſtri, quantumvis ſponte offeratur quidvis, vel ingeratur, paſtu mediocri contenti ſint: *Ne ipſi, aut quiſquam ſuorum procurationis cauſa pro viſitatione, etiam teſtamentorum ad piös uſus, præter id quod ex relictis piis jure debetur, aut alio quovis nomine, pecuniam aut munus, quodcumque ſit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant, non obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemorabili; exceptis tantum victualibus, quæ ſibi ac ſuis frugaliter moderateque pro temporis tantum neceſſitate, & non ultra, erunt miniſtranda.* 5 In arbitrio erit eorum qui viſitantur, alimenta malint, an pecuniam, ſuppeditare eam, de qua convenerit, citra ullum antiquarum conventionum præjudicium: *Sit tamen in optione eorum qui viſitantur, ſi malint ſolvere id quod erat ab ipſis antea ſolvi certa pecunia taxata conſuetum, an vero prædicta victualia ſubminiſtrare. Salvo tamen jure conventionum antiquarum cum Monaſteriis, aliiſve piis locis, aut Eccleſiis non Parochialibus inito, quod illæſum permaneat.* 6 Quibus in regionibus id moris inolevit, ut gratuitæ ſint viſitationes, nec exigatur quidquam, & ne ipſa quidem alimenta: a tam laudabili inſtituto ne tranſverſum quidem unguem fas erit diſcedere. *In iis vero locis, ſeu Provinciis, ubi conſuetudo eſt, ut nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud a Viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant, ibi id obſervetur.* 7 Epiſcopos denique armavit Tridentinum Concilium poteſtate ea omni, quæ opus eſſe poſſet, ad ſeriam morum expurgationem, delegatis Apoſtolicæ Sedis vicibus, ut nec exemptione, nec appellatione ulla ſuſpendi poſſet executio eorum, quæ ad purgandos mores decreviſſent. *In omnibus iis quæ ad viſitationem ac morum correctionem ſubditorum ſuorum ſpectant, jus & poteſtatem habeant, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati ea ordinandi, moderandi, puniendi & exequendi, juxta Canonum ſanctiones, quæ illis pro ſubditorum emendatione & Diœceſis utilitate neceſſaria videbuntur.*

Novo robore munita & confirmata eſt a Concilio Tridentino Decretalis *Exigit*, *de Cenſibus*, quæ Gregorii X erat in Concilio Lugdunenſi II, & qua innovabitur Decretalis *Romana Eccleſia*, *de Cenſibus*, *in Sexto*, quæ Innocentii IV nomine radiabat. His porro decretis id cavebatur, ne procurationes exigere poſſent Epiſcopi pecunia ſolvi: ne a locis poſſent extundere, quæ non viſitarent: ne denique munera ulla admitterent.

In Concilio IV Mediolanenſi anno 1576, promulgata ſunt Decreta hæc omnia Concilii Tridentini, & quæcumque alia ad viſitationes pertinent, cum elucidamentis & additamentis iis, quæ Beati Caroli diligentiam ſingularem, & ſanctimoniam redolent. Statutum ibi eſt, ut ne viſitanti Epiſcopo comites plures eſſent, quam decem, equi ſeptem, numerato inter decem Epiſcopo ipſo, Clericoque ante ambulone ab eo mittendo, ut paratas plebes inveniat. Si plures ſecum habere velit Epiſcopus, eos ſuo ſumptu alet. Prælatis inferioribus pro ſuo cuique modo minor erit numerus Miniſtrorum, equorumque. Notarii, Secretarii, Cancellarii munera reſpuent omnia, quantumvis ſpontanea, ea quam definierit Epiſcopus mercede contenti. Quoad peccatores publicos & notorios, quos publicæ & ſolenni pœnitentiæ addixere Tridentinum, primumque & tertium Mediolanenſe Concilium, illos aut ei pœnitentiæ ſubjiciet Epiſcopus in ipſo viſitationis curſu, aut jubebit in Eccleſiam ventitare Cathedralem ineunte Quadrageſima, & tum ſolenni more Pœnitentiæ palam ſubſterni. In Concilio Mediolanenſi V, anno 1579, temperatum eſt Decretum Concilii I ejuſdem Civitatis, quo pueri ante ſeptennium vetabantur confirmari. Hic vero facta eſt Epiſcopis copia ante

Epiſcopis erunt perſolvenda? Nonne bonis affluunt Eccleſiaſticis, quæ operas ſuas omnes non modo aſſequuntur, atque exæquant, ſed longe

ante eam ætatem confirmandi, ubi expedire providebunt. In Concilio Mediolanenſi I quindecim comites, equos duodecim in comitatu habere ſinebatur Epiſcopus; Prælatus inferior octo comites, ſex equos. Ex quo perſpicis ut in dies inflammeſceret charitas ſanctiſſimi Præſulis Caroli, & auſterioris fervor diſciplinæ.

In Concilio Toletano anni 1565, præter ea, quæ Decreta fuerant in Tridentino juſſi ſunt Epiſcopi, qui intra biennium, non poſſent ipſimet circumluſtrare Parochias ſuas omnes, ſaltem quolibet anno trimeſtre temporis ſpatium ipſimet in id impendere, niſi prohiberentur non qualicumque obice, ſed prorſus inexpugnabili, ubi diſcrimen ſalutis adirent, qua de re in Concilio Provinciæ redderent rationem. *Modo per ſe ipſos quolibet anno ſaltem tribus menſibus continuis aut interruptis, quam poſſint commode Diœceſeos partem, extra Cathedralis Eccleſiæ locum viſitare teneantur. Neque excuſentur ab hac perſonali viſitatione quovis impedimento, quod alioqui benigna quavis indulgentia ſolet admitti: ſed eo tantum quod neceſſitate quadam ſic urgeat, ut niſi maximo cum detrimento vel publicæ vel propria ſalutis, ſpiritualis vel corporalis, per ſe ipſos eam viſitationem exequi non valeant, apud hanc Provincialem Synodum eo fidem facturi, ejuſque judicium ea de re, ac cenſuram non qualemcumque, præter divinam ultionem ſubituri.* Concilio Rhemenſi anno 1583 placuit ut Epiſcopi ſingulis annis Sacramentum Confirmationis conferrent præcipuis in oppidis ſuæ Diœceſeos, commonitis prius populis, ut eo conveniant. In Concilio Avenionenſi anno 1594 prohibiti ſunt Epiſcopi, plures circumducere quam octo viſitationis ſuæ comites. In Concilio Burdigalenſi ſtatutum eſt, ut Epiſcopi, quolibet ſaltem triennio Parochias ſuas omnes obambularent.

Hujus ipſius Concilii Acta perhibet Fagnanus Romam miſſa fuiſſe, & a Congregatione Concilii vocem eam *triennio* expunctam eſſe, ſubſtitutam *biennio*, ex norma Tridentini Concilii. Illud vero ab eodem obſervatur Fagnano, jure Decretalium potuiſſe Epiſcopum easdem viſitare Parochias anno quolibet, non ſemel tantum, ſed bis, ſi utilitas, aut neceſſitas Eccleſiæ ſuaderet; atque ita binas uno anno procurationes exigere. Ita enim manifeſte Caput, *Cum venerabilis, de Cenſibus*, cujus hæc ſunt verba: *Decernimus quod Epiſcopus cum ad Eccleſiam correctionis cauſa acceſſerit, moderatam ab ea procurationem recipiat bis in anno.* Quod ab Innocentio III manavit Reſcriptum. Archidiaconos Alexander III prohibuerat eodem anno viſitationes iterare, niſi novæ aliquid cauſæ emerſiſſet, quæ id extorqueret: *Niſi forte talis cauſa emerſerit, propter quam ipſum oporteat præfatas Eccleſias ſæpius viſitare.* Docet Fagnanus, ne Epiſcopo quidem ipſi licuiſſe, niſi novæ aliquid cauſæ incidiſſet, eodem anno easdem iterum adire Parochias. Multa his contraria ſuperius aſperſimus & decreta & exempla. Alias autem jus faſque eſt diſcriminis non parum interponere Epiſcopi, & Archidiaconi viſitationibus.

Sed utcumque res habeat de jure Decretalium, affirmat Fagnanus an. 1586, Congregationem Concilii declaraſſe, poſſe quidem ab Epiſcopo viſitationes iterari unius anni ſpatio, ſi juſta & gravis cauſa hortaretur, ſed binas in anno procurationes exculpi non poſſe. Nec enim vel æquius quidquam eſt, vel conducibilius, quam a Paſtore frequentiſſime gregem totum interviſi, nunquam, aut rariſſime gravari. In Concilio Lateranenſi IV conſtitutum fuerat, tum ſuperiores Prælatos, tum inferiores jure procurari debere, cum ipſimet viſitando luſtrant Eccleſias, non quando per Vicarios. Suum ei juri vigorem conſtare poſt Tridentinum a Congregatione Concilii declaratum eſt. Capite *Venerabili, de Cenſibus*, cogebantur Eccleſiæ ipſæ civitatis Epiſcopalis Præſuli viſitandi Procurationes perſolvere. Secus rem habere poſt Tridentinum, non ſemel a Congregatione Concilii pronunciatum eſt; nimirum jubente Tridentino, ut neceſſarias tantum expenſas exigat Epiſcopus. Decla-

ge etiam vincunt exſuperantque? Nonne in Eccleſiaſticorum fundorum ac prædiorum diviſione partes ſibi cunctas ſumpſere, alioſque Clericos bonis omnibus diruerunt? uti conqueritur Hieronymus in Lib. de ſeptem Ord. cap. V. *Nunc autem ex quo in Eccleſiis, ſicut in Romano Imperio, crevit avaritia, periit lex de Sacerdote, & viſio de Propheta. Singuli quippe per potentiam Epiſcopalis nominis, quam ſibi illicite abſque Eccleſia vindicarunt, quod Levitarum eſt, in ſuos uſus redigunt, nec hoc ſibi, quod adſcriptum eſt, vendicant, ſed cunctis auferunt univerſa. Mendicat infelix Clericus in plateis, & civili operi mancipatus publicam a quolibet depoſcit alimoniam. Et quidem ex eo deſpicitur cunctis Sacerdotale officium, dum miſericordia deſolatus juſte putatur ad hanc ignominiam deveniſſe . . . Solus Epiſcopus incubat bonis, ſolus miniſterio utitur, ſolus univerſa ſibi vendicat, ſolus partes invadit alienas, ſolus occidit univerſos.* Can. 23, diſtinct. 93. Neceſſum itaque fuit, ut populus ſuis Parochis ſuorum bonorum decumas addiceret, queis vitam ſuam poſſent tolerare. Sed neque hiſce pepercerunt Diœceſani Epiſcopi, quaſque corradere non potuerunt, eas *Cathedraticis*, (h) *Subſidiis charitativis*, (i)

---

ratum & ab eodem eſt, nihil opus eſſe procurari Epiſcopum, ſi quo proficiſcatur, Sacramentum Confirmationis adminiſtraturus. Eodem Decretalium Capite pronunciatum eſt, præſcribi non poſſe jus Procurationum. Ei juri derogatum eſt a Tridentino, ubi nempe ſancitur, ut ubi invaluiſſet conſuetudo non procurandi Epiſcopi, dum viſitaret, ea mordicus retineretur. Multæ deliberationis viſum eſt, an Xenodochiis ab ipſis procurandi ſint Epiſcopi, quamdiu eorum viſitationi incumbunt. Neganti ſententiæ aſſenſi ſunt multo plures Congregationis Concilii Cardinales, neutram tamen in partem pronunciatum eſt.

Aurelianenſi Edicto injunctum fuerat Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Archidiaconis, ut ipſimet viſitationis officio fungerentur. At Edictum Bleſenſe convenienter Tridentinis Decretis, Archiepiſcopis Epiſcopiſque mandavit, ut Parochias ipſi inviſerent ſuas, non per delegatos, niſi legitimo ipſi prohiberentur impedimento. Quolibet item ut anno totam peragrarent Diœceſim, aut certe biennio, ſi illa latius pateret. Brevitatis neceſſario ſtudio præterire cogor complura ſtatuta alia, quæ in Regiorum Edictorum, & in Cleri Gallicani monumentorum compilatione legere eſt: ut & Formulas longe præſtantiſſimas viſitationum Epiſcopalium, quas debemus vigilantiæ Conciliorum Mediolanenſium, & Conciliis Galliæ Provincialibus poſt Tridentinum.

(h) Primis Eccleſiæ ſæculis Cathedratici præſtatio conſuetudini potius, quam legi innitebatur. Synodus Brancharenſis prima omnium juſſit, ut Cathedraticum Epiſcopo præſtaretur; Cap. Placuit C. 10, quæſt. 3. Hæc ipſa præſtatio præſcripta deinde fuit in tota Eccleſia ab Honorio III, *in cap. Conquerente de Offic. Ordinarii.*

Ex Decreto vero Synodi Bracharenſis Capitula dumtaxat, & Eccleſiæ Parochiales Cathedraticum ſolvere tenebantur: *Hæc autem reſtricta Cathedratici ſolutio* (inquit Rot. *cor. Janario decif.* 228, *num.* 6, & 7.) *non alia ratione proceſſit, niſi quia eo tunc ab Epiſcopis conſtrui permittebantur Eccleſiæ dumtaxat Parochiales, in quibus Sacramenta Chriſtifidelibus miniſtrarentur. Cum autem poſt datam Eccleſiæ pacem plures in dies temporiſque progreſſu ab Hominum pietate ædificatæ, atque dotatæ fuerint Eccleſiæ, & reſpective fundata Beneficia, hinc per viam Legis univerſalis ſtatutum fuit ab Honorio III, in cap. Conquerente de Offic. Ordinar. ut Cathedraticum eſſet omnino ſolvendum tam a Capitulis, & Parochialibus Eccleſiis quam ab omnibus aliis quibuſcumque Ca-*

pel-

(*i*) *Procurationibuſque* onerarunt. Si igitur Epiſcopi non contenti iis frugibus, quas tamquam laborum ſuorum fructum ex Eccleſiarum prædiis, ac latifundiis percipiunt, alias etiam, quoties aliquo ſuo funguntur munere, mercedes exſecant, duplici ita afficiuntur ſtipendio. Quocirca hic Viſitatoribus Procurationum pendendarum mos inter Eccleſiaſticæ diſciplinæ morbos eſt numerandus, quem cum penitus evellere non potuerint Concilia, & Pontifices, aliquam ſaltem medicinam ei afferre ſtuduerunt.

§. V. Quod ſi Scriptores, qui hanc Viſitationum provinciam exornarunt, cognoſcere cupis, eccillos tibi. Socinus *de Viſitat.* Joann. Franciſc. Pavin. *de Viſitat.* Lucas Antonius Reſta Epiſcopus Adrienſis *in directorio Viſitatorum, ac Viſitandorum cum praxi, & formula generalis Viſitationis*, Alphonſus Villagut *in ſpeculo Viſitatorum, ac Commiſſariorum*, Paulus Salodius *in praxi compendioſa de Viſitationibus*, Balthaſſar Altomiranus *de Viſitat.* Felicianus Commenſis Epiſcopus *in manuali Viſitatorum*, Nicolaus Januarius *de Viſitatione, ac Synodo Dioe-*

pellis & Beneficiis Eccleſiaſticis. Præſtatio autem Cathedratici ſtatuta a jure eſt in duobus ſolidis, nulla habita ratione majoris, vel minoris opulentiæ Eccleſiæ. An autem conſuetudo vim habere poſſit quoad quantitatem Cathedratici ſive augendam, ſive minuendam, vide Rot. *cor. Tanar dict. deciſ.* 238, *num.* 43. Tempus vero non eſt præſtitutum præſtationi Cathedratici. Licet enim ut plurimum præſtari ſoleat in Synodo; tamen conſuetudine vel conventione partium poteſt alio tempore præſtari. Et quod ſummopere notandum eſt, debet præſtari in illis etiam annis, in quibus non celebratur Synodus.

Vide Benedictum XIV de Syn. Diœceſ. Lib. V, Cap. VI, VII.

(i) Subſidium charitativum eſt exactio, ſeu penſio extraordinaria, quam Prælati Eccleſiaſtici, & præſertim Epiſcopi ex manifeſta & rationabili cauſa a ſuis ſubditis in ſubſidium exigunt: *ex c. Cum Apoſtolus 6, de Cenſibus*, §. *Probibemus*, ibi: *Suſtinemus autem pro multis neceſſitatibus, quæ aliquoties ſuperveniunt, ut ſi manifeſta, ac rationabilis cauſa extiterit, cum Charitate moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare.*

Rationabiles cauſæ pro exigendo ſubſidio charitativo ſunt ſequentes. I Expenſæ neceſſariæ pro promotione, confirmatione, & conſecratione ipſius Epiſcopi. II Expenſæ neceſſariæ pro ſolvendis debitis ab ipſo, vel ſuo Anteceſſore contractis pro bono communi, aut neceſſitate Eccleſiæ. III Expenſæ neceſſariæ ad viſitanda Limina Apoſtolorum. IV Expenſæ neceſſariæ pro itinere ad Concilium Generale, vel Provinciale, ad Papam, Imperatorem, vel Regem ob bonum commune Diœceſis, vel Eccleſiæ univerſalis. V Expenſæ neceſſariæ pro adventu Imperatoris, Regis, aut Magni Principis, præſertim ſi Epiſcopus ab eo habeat regalia. VI Expenſæ neceſſariæ pro tuendis, ſeu recuperandis Juribus, actionibus, ac bonis Eccleſiæ Cathedralis, ſeu pro bono communi totius Diœceſis; ſic Reiffenſtuel loc. cit. num. 30, Ventriglia loc. cit. a num. 9, Barboſa loc. cit. a num. 29, cum multis apud ipſos, & alii paſſim. Qui tamen communiter notant, prædictas cauſas eſſe ſolummodo ſufficientes in caſu, quo Epiſcopi redditus ad ſatisfaciendum eis non ſufficiant, quia ſi Epiſcopi redditus in caſibus privatis ſufficiunt abſque ſubſidio charitativo, illud exigere nequaquam poteſt, cum deficiat neceſſitatis ratio, utpote conditio neceſſario requiſita; *cit. cap. Cum Apoſtolus 6*, §. *Probibemus*, *de Cenſibus*. Et quod Epiſcopus, qui habet congruam pinguem, quæ excedat Taxam a Concilio præſcriptam, illud non poſſit exigere, expreſſe reſpondit Sac. Congr. Concil. in Gerunden. 17 Febr. 1663, & Sac. Cong. Epi-

Diœceſana, & Provinciali, Adrianus Behotius *de antiquo jure Procurationum*, Bartholomæus Gavantus in praxi *Viſitationis* Epiſcopalis, Franciſcus Jacobus *de modo viſitandi ſubditos*, Zieglerus *de Jure Viſitat. Eccleſ.* Eraſmus Sarcerius, Joannes a Munſter, Ahaſverus Fritſchius *de jure Viſitandi Eccleſias*, Fechtius *de Viſitatione domeſtica*, Spitzius *de Procuratione Canonica*. At in horum ſcriptis perlegendis cave ſaxis, ne nubem pro Junone captes.

QU:

ſc. in Polycaſtren. 19 April. 1697, referente clar. mem. Card. Petrucci, apud Monacell. tom. 1, tit. 1, form. 1, num. 37.

Si plura de ſubſidio charitativo deſideras, lege Gonny in tractat. de Charitat. Subſidio.

Digitized by Google

QU. XVII.

Quid mihi narras de octavo Diœceſanorum Jure, & Officio?

Quo jure Epiſcopi Diœceſanas Synodos indicunt, habentque? (a)

§. I. Dicturus de Synodis Epiſcopalibus ſeu Diœceſanis, non loquor de iis conſeſſibus, qui ex unius loci, Eccleſiæque Presbyteris conflati una cum ſuo Epiſcopo de rebus ſuæ Eccleſiæ deliberant, quos omnium Synodorum antiquiſſimos eſſe, nemo eſt, qui neget: loquor de iis conventibus, qui ex Rectoribus Paræciarum tum Urbicarum, tum ruſticarum compoſiti ſunt, quos Synodorum omnium noviſſimos eſſe ſeri Paræciarum natales ſatis oſtendunt. Longe enim diverſæ ſunt, ac diſſimiles (quod minime plerique arbitrantur) priores illæ Presbyterorum Congreſſiones a poſterioribus hiſce Parochorum Concionibus. Illæ uni tantum Chriſtianorum cœtui, uniuſque loci Eccleſiæ conſule-

(a) Berard. J. E. U. Diſſ. prima Cap. IV, Tom. I. Synodorum Diœceſanarum a ſingulis Epiſcopis celebrandarum licet auctoritas ſit minor, ſeu ratione Diœceſeos, quæ Provincia anguſtior eſt, ſive ratione ſuffragiorum, quæ ab uno tantum Epiſcopo, & minoribus ſub eo conſtitutis Clericis pendent, ſive ratione ſubjectionis, quod a Synodis poſſint Provincialibus emendari, non mediocris tamen poteſtas, & ratio habetur. Hinc Tridentini iidem Patres ita ſubſequuntur in laudato cap. 2. *Synodi quoque Diœceſanæ quotannis celebrentur; ad quas exemti etiam omnes, qui alias ceſſante exemtione intereſſe deberent, nec Capitulis generalibus ſubduntur, accedere teneantur; ratione tamen Parochialium, aut aliarum ſæcularium Eccleſiarum etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi ſint, Synodo intereſſe.* In primis igitur *quotannis* eas celebrari definitum eſt, ad exemplum ſane veteris diſciplinæ, quæ in Provincialibus Conciliis obtinebat, præſertim poſtquam obtinuit, Provincialium Conciliorum decreta in Diœceſanis promulgari, dicto cap. 25, de accuſation. Et quamquam in Conciliis Provincialibus prorogatum fuerit tempus uſque ad triennium, non inde tamen prorogari æqualiter debuit in Diœceſanis, ob majora, quæ in celebrandis Provincialibus Synodis incommoda emergere ſolent. Præterea dicitur imperſonaliter *celebrentur*, ex quo deducitur, non ſolum Epiſcopum Synodos Diœceſanas celebrare poſſe, ſed etiam Vicarium Epiſcopi generalem, ac potiore jure Vicarium Capitularem, Sede Epiſcopali vacante, quidquid obtineat in Synodis Provincialibus, juxta ea, quæ modo de eiſdem adnotabantur. Immo nec repugnat exinde Tridentinis Decretis, nonnullos ex Abbatibus, qui nullius Diœceſis appellantur, & quaſi Epiſcopali juriſdictione pollent, hujuſmodi Synodos convocare. Adjicitur in Tridentino Decreto, intervenire ad Synodos debere *etiam exemtos* quoſdam, unde colligi-

Digitized by Google

lebant, proſpiciebantque, hæ plurium locorum, Eccleſiarumque ſaluti, rebus, rationibuſque provident, medentur, opitulantur. Enimvero cum ea loca, quæ nunc Parœciæ ſunt, olim eſſent Epiſcopatus, (Vid. ſupra Part. III, Qu. V, & Qu. XIV.) cumque Epiſcopales noſtrorum temporum Diœceſes Patriarchalium antiquatum Diœceſium formam quamdam habeant, ac ſimilitudinem, (Vid. ſup. Part. III, Qu. IV.) fit hinc, ut hæ, quæ

---

ligitur, dubio procul teneri ad eas accedere non exemtos, Capitula dixero Cathedralis, & Collegiatarum Eccleſiarum, cap. ult. *de his, quæ fiunt a Prælatis*, Parochos univerſos, vel eorum Vicarios, & Clericos cæteros, illos ſaltem, qui Eccleſiaſtica beneficia poſſident, prout uniuſcujuſque Diœceſeos fert conſuetudo; in quibus tamen Synodis fatendum eſt, potiſſimas eſſe Epiſcopi partes, utpote penes quem præcipue Eccleſiaſtica eminet juriſdictio. Ne vero inanis videatur Perſonarum Epiſcopo inferiorum acceſſio, dicendum erit, facultatem eſſe iſtis ea proponendi, quæ definitione indigeant, conſilium, vel conſenſum jusdicenti Epiſcopo præbendi, ut dum conſilium antecedit, illud ſequi Epiſcopus debeat, quoties major, & ſanior pars in certam ſententiam deſcendat, & dum conſenſus ſubſequitur, definita omnia communi ſuffragio intelligantur. Quoad exemtos attinet, diſtinguendos voluerunt Tridentini Antiſtites eos, qui Capitulis generalibus minime ſubduntur, ab iis, qui Capitulis generalibus ſunt obnoxii. Prioris generis exemti, Synodi definitionibus adquieſcere, obſequi, obtemperare, ne alias veluti acephali in Epiſcoporum Diœceſibus commorantes quaſi arbitrio ſuo, ac voluntati liberæ relicti videantur. Poſterioris generis exemti ex Tridentina eadem ſanctione convenire tenentur, ſi Parochiales, vel alias ſæculares Eccleſias adminiſtrent, & in iis, quæ ad illarum Eccleſiarum adminiſtrationem pertinent, Synodo patere, argumento cap. II, ſeſſ. Tridentinæ 25, de Regularibus. Extra has cauſas minime tenebuntur, ſi Epiſcopus jure ordinario eos ad Synodum vocet; quamquam obſtringantur, quotieſcumque Epiſcopus in eos exercendam arbitretur juriſdictionem ſibi a Sede Apoſtolica delegatam, juxta Tridentinum Concilium in ſeſſ. 6, de ref. cap. 4, ſeſſ. 7, de ref. cap. 14, ſeſſ. 21, de refor. cap. 8, & ſeſſ. 25, cap. 12, & 13, de Regularibus; dummodo tamen hac in ſpecie Epiſcopus abſtineat ab iis attingendis, in quibus exemtio ipſa conſiſtit: etenim præſertim poſt has Pontificias delegationes obtinuit, ut poteſtas convocandæ Synodi veluti mixta credatur, partim ſcilicet relata ad legem Diœceſanam, partim ad legem juriſdictionis; unde Monachi, & Regulares univerſi aliqua in parte Synodis eisdem ſubjiciuntur, illorum exemtione non obſtante. Videatur Fagnanus ad c. 7, de offic. Jud. ordinar. Ad evitandas controverſias omnes, quæ in hac exemtionum, & exemtorum materie emergere ſolent, nonnulli Epiſcopi opportunum putant, ut ideo confirmationem Decretorum Synodalium a Sede Apoſtolica poſtulent, quemadmodum obſervavit Cardinalis de Luca diſc. 30 ad Concilium Tridentinum, num. 9. Ex iis, quæ hucuſque obſervavimus, liquet, Conciliorum Diœceſanorum finem illum potiſſimum eſſe, ut mores forte corrupti, præſertim in Clero, reformentur, cohibeantur exceſſus; ſi quæ jurgia inter Clericos ſuborta fuerint, componantur; magiſque ac magis etiam confirmanda exhibeantur, ac promulgentur majorum Synodorum ſtatuta, juxta dictum Capitulum 25, de accuſationibus.

Synodi celebrandæ dies in Eccleſia Cathedrali denunciari convenit in die Epiphaniæ, dum frequenti populo intra Miſſarum ſolemnia Feſtivitates ejus anni ſolemniores promulgantur; & per duos, aut ſaltem unum menſem ante dictam diem, ſchedula manu Notarii, ſeu Cancellarii ſubſcripta Eccleſiæ Cathedralis valvis affigi ſub hujuſmodi, aut ſimili tenore; *Synodus Diœceſana N. per Reverendiſ. Dominum N. Epiſcopum indicta hoc anno &c. menſe &c. die &c. Deo adjuvante in Cathedrali Eccleſia inchoabitur*. Rurſus tribus proximis diebus Dominicis ante dictam diem conveniens erit, ut

quæ modo ab Epiſcopis habentur Diœceſanæ Synodi, magis affines ſint illis, quæ ab Patriarchis, vel ab eorum Vicariis Metropolitis habebantur, Provincialibus Synodis, quam priſcis Presbyterorum Conciliis.

§. II. Quamobrem magnopere falluntur illi, qui Diœceſanas noſtrorum temporum Synodos a primorum temporum Presbyteriis ortum ſuum ducere exiſtimant. (Thomaſſ. Lib. III, cap. 75, n. 1, de V. & N. E. D. Du-

---

ut tam in Eccleſia Cathedrali per Concionatorem, quam in ſingulis Parochialibus per Parochos iterum, atque iterum denuntietur, populique fideles ad devotionem, orationes, jejunia, Sacramentum Pœnitentiæ, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſumtionem, aliaque pia opera hortentur; ut actio hujuſmodi, Deo opitulante, dignum ſortiatur exordium, felicemque, & fructuoſum progreſſum, & exitum habeat; ſic expreſſe Cæremoniale Epiſcop. *lib.* 1, *cap.* 31, & S. Carolus Borromæus in Concilio Provinciali IV, part. 3, (pag. 177 Act. Eccleſ. Mediolanen.) & in Concil. Provinciali V, part. 3, (ibid. p. 277.) ſtatuit diem celebrandæ Synodi die Epiphaniæ, vel Kalendarum Januarii in Cathedrali e ſuggeſtu indici, & promulgari, atque Calendario annuario adſcribi, præcipitque Parochis, ut per menſem ante ſtatutam diem quinta quaque feria Miſſam celebrent de Spiritu Sancto, aut pro diverſitate temporum orationem ſaltem de Spiritu Sancto in Miſſa recitent, & populum hortentur, ut die Dominico Synodi diem antecedente, vere pœnitentes, & confeſſi Sacram Communionem ſumant, precantes, prout ſupra ex Cæremoniali Epiſcoporum; ſic tradit etiam Bened. XIV de Syn. Diœc. lib. 5.

Synodus Diœceſana triduo abſolvitur, niſi aliqua urgenti ratione ſit protrahenda; ſic Pontificale Romanum *tit. de Ordine ad Synodum*; S. Carolus Borromæus loc. cit. & Bened. XIV loc. cit. Prima die Epiſcopus mane cappa indutus, comitante Clero cum ſuperpelliciis Eccleſiam adit, & Proceſſionem inſtituit, Miſſam de Spiritu Sancto per ſeipſum ſolemniter celebrat, & Clero Sacram Communionem porrigit, quam acceptis Stolis rubeis, etiam ſument Sacerdotes, qui forte ea die non celebraverint; idem ibid. n. 2, & 3, ex Pontificali Romano loc. cit. & S. Carolo in Concilio Provinciali Mediolanenſi IV, p. 2, tit. *Quæ pertinent ad Sanctiſſimum Miſſæ Sacrificium*, pag. 152.

Secunda die unus ex Canonicis Miſſam ſolemniter canit pro defunctis, cui Epiſcopus aſſiſtit, eaque peracta, Stolam, & Pluviale nigri coloris aſſumit, & conſuetas orationes recitat pro defunctis, poſt quas veſtes nigras in rubeas mutat, & accepto Paſtorali baculo ad Sedem Synodalem aſcendit. Tertia demum die, unus pariter ex Canonicis Miſſam celebrat de SS. Trinitate, addita collecta in gratiarum actionem, cui aſſiſtit Epiſcopus Stola, & Pluviali albi coloris; & abſoluta Miſſa, rubea accipit indumenta, ad conſuetam Sedem ſe confert, ultimæ ſeſſioni præſidet, & Synodo finem imponit; ſic expreſſe idem ibid. n. 4.

Poſt ultimam ſeſſionem alia fieri ſolet ſupplicatio, ſeu Proceſſio, minor tamen, intra, vel circa Eccleſiam; qua abſoluta Epiſcopus conſueto ritu Clero, & Populo benedicit, & quadraginta dierum Indulgentiam impertitur. Immo ſolent Epiſcopi ſaltem cum primam Synodum celebrant, Indulgentiam Plenariam a Summo Pontifice ſub conſueta formula illis impetrare, qui una ex tribus Synodi diebus Eccleſiam Cathedralem viſitaverint; idem ibid. n. 5, recte, ac ſancte ſubdens num. 6, quod juxta vetus inſtitutum Epiſcopus in Synodo brevi, gravique ſermone Clerum alloquatur, & de iis admoneat, quæ in illo corrigenda deprehenderit, quod ſaltem in poſtrema ſeſſione omnino fieri ſtatuerunt Patres Concilii Mediolanenſis V, cit. part. 3, pag. 279, ibi: *Epiſcopus antequam Synodum dimittat, ſermonem habeat paternis monitionibus plenum, ac dimiſſioni accommodatum.* Quibus omnibus, aliiſque ſecundum laudabilem cujuſque Diœceſis conſuetudinem rite peractis, Epiſcopus a Clero aſſociatus, eodem ritu, quo prius ab Eccleſia ſe domum recipit, ex Pontificali Romano loc. citat. ibi: *Tunc*

Digitized by Google

Dupinius in Biblioth. Eccl. Auct. Sæcul. XVI, pag. 4, Lambertin. de Syn. Diœceſ. Lib. I, cap. 1, [illegible]) Si res eo in loco nunc eſſent, in quo erant tribus prioribus Sæculis, antequam ullæ conſtituerentur Parœciæ; Epiſcopi ad Synodum convocare non poſſent niſi Presbyteros unius loci, uniuſque Eccleſiæ, cum quot loca, quotque Eccleſiæ, tot etiam eſſent Epiſcopi, atque Presbyteria. Si poſtea imperium ſuum dilatarunt, &

ad

Tunc omnes pariter ſurgentes Pontificem Cappa indutum, cum ſuperpelliciis ad domum reducunt: Idem ibid. nu. 2. recte concludens, poſſe quoad hæc ſervari ſuam cujuſque Eccleſiæ legitimam conſuetudinem.

Sedendi Ordinem in Synodis tradit idem ibid. lib. 3, cap. 10, ut ſequitur. Cardinales in Synodis Generalibus, & Nationalibus præferuntur Epiſcopis. In Synodo Diœceſana primus ſedet Epiſcopus; poſtea Vicarius Generalis, niſi legitima conſuetudo alteri faveat; aut Dignitates, & Canonicis ſacris veſtibus induti Synodo aſſiſtant; ſecus ſi Vicario conſuetudo faveat, aut ipſe etiam habitu Prælatitio ſit indutus. Sequuntur Dignitates, & Canonici Cathedralis, inde horum Coadjutores, ſi tamen Canonici capitulariter interveniant; aliter præferuntur Abbates, & Protonotarii non participantes induti Mantelletta, & Rocchetto. Poſt Canonicos ſedent Beneficiarii, & Manſionarii ejusdem Eccleſiæ. Poſt hos Canonici Collegiatarum Civitatis, ſervatis dignitate, & antiquitate in præcedentia, quin obſtet nobilius indumentum ex privilegio conceſſum; deinde Canonici Collegiatarum Diœceſeos, ſervatis pariter dignitate, & antiquitate; aliquando præcedunt Abbates, videlicet cum habent uſum Mitræ, & baculi; etiam Titulares, & Commendatarii, ſive Sæculares, ſive Regulares, præcedunt in Synodo Canonicis capitulariter non intervenientibus; & inter ipſos Abbates præcedit, qui Dignitatem prior eſt aſſecutus; poſt Canonicos ſedent Vicarii Foranei, inde Plebani, ſive Archipresbyteri rurales; poſt hos Parochi, niſi uſum habeant ſedendi cum Plebanis, præcedit vero qui primus Paræciam obtinuit, ſuccedunt Beneficiarii ſimplices, poſt hos Clerici, ſervata Ordinis Dignitate, quæ ſi æqualis ſit, ſervatur Ordinationis antiquitas, quæ ſi par ſit, habenda eſt ratio ætatis: Omnibus tamen præfertur ordinatus a Summo Pontifice. Poſtea ſedent Regulares, ultimi Laici, ſi adſint. Quoad hunc autem ſedendi ordinem, eſt potiſſimum ſervanda legitima conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres; *l. Si de interpretatione 37, ff. de legibus, c. Cum dilectus* 8, *de conſuetudine*. Ad præcavendas tamen, & amputandas lites, & cujuſque jura illæſa ſervanda, expedit, quod in Synodi initio Epiſcopus Decretum promulget, quo declaretur, ex ordine inibi ſedendi, nihil detractum iri juri habendi præſtantiorem locum, quod quiſpiam ſibi competere credat, ut habetur in Conc. Provincial. Mediolanenſ. V., part. 3, ubi inter decreta initio Diœceſanæ Synodi legenda, hoc a S. Carolo conditum quarto loco traditur (*Act. Eccleſ. Mediolanen. part. 3, pag.* 278.) ibi: *Si cui in ea Synodo contigerit ſuo loco non ſedere, aut incedere, aut aliud quidquam agere, ad id propterea nemini jus acquiri, acquiſitumve eſſe, neque quidquam de cujuſquam jure poſſeſſioneve detrahi; ſed omnia in eo ſtatu permanere, quo antea fuiſſe compertum erit*. Quod & factum jam fuerat in Concilio Tridentino in fine *ſeſſ.* 2, ibi: *Inſuper ipſa Sacra Synodus ſtatuit, & decrevit, quod ſi forte contigerit, aliquos debito in loco non ſedere, nulli propterea præjudicium generetur, nullique novum jus acquiratur*. Et idem denuo in fine *ſeſſ.* 25, ſtatuit de loco aſſignato *Oratoribus tam Eccleſiaſticis, quam Sæcularibus in ſedendo, incedendo, aut quibuſcumque aliis actibus*, per quem nulli jus de novo acquiſitum, nulli ablatum declaravit.

In Diœceſana Synodo notificanda ſunt recentia Decreta Summorum Pontificum, & Sacrarum urbis Congregationum, & aliquo modo addenda in appendice ad Synodum; idem *ibid. lib.* 5, *cap.* 2, *num.* 2. Conſtituenda ſunt quæ ad vitia coercenda, virtu-

tem

ad plura loca, pluresque Eccleſias propagarunt, ſi plurium locorum, pluriumque Eccleſiarum Rectores ad ſuam Synodum vocandi jus nunc habent, id habent beneficio, ac munere Patriarcharum, h. e. eorum, qui antea in ea loca, Eccleſiaſque, atque in earum Rectores ſeu Præſides imperium tenebant. Licet igitur tibi demus, Presbyterorum Collegia vetuſtiſſima eſſe jam uſque ab Apoſtolicis ducta temporibus, Parochorum tamen Concilia poſterioribus orta eſſe temporibus, fateri cogimur.

§. III. Primi, qui Epiſcopalium Synodorum meminere, ſunt Patres Concilii Aurelianenſis I, ann. 511, can. 1, primaque Synodus Diœceſana, cujus acta ad nos uſque pervenerunt, eſt Altiſiodorenſis celebrata anno 579. (Thomaſſin. loc. cit. Lambertin. loc. cit.) Sunt qui conjectura ducuntur ad ſuſpicandum, plures extitiſſe Altiſiodorenſi antiquiores. Suſpicentur id quidem, per me licet, quinimmo & pro certo affirment. At nulla tamen conjectura, nulla argumentatione, nullaque ratiocinatione ſe effecturos unquam ſperent, eas, quæ a nobis dicuntur, Diœceſanas Synodos Parœciis eſſe vetuſtiores, quæ nonniſi Sæculo V aliquo in numero eſſe cœperunt. (Vid. infra Lib. VII.)

§. IV. Exiſtit autem quæſtio perdifficilis, & perobſcura inter magni nominis Doctores, num Epiſcopus in Synodo Diœceſana Presbyterorum ſeu Parochorum conſilium tantum exquirere, an etiam conſenſum expectare debeat. Magnum utrinque certamen; nec, niſi quæſtio in partes dividatur, dirimi unquam poterit, atque diſſolvi. Aut enim agitur de iis rebus, quæ ad Diœceſanam poteſtatem pertinent, ad eam videlicet poteſtatem, quæ Presbyterorum propria fuit, antequam ad ſchiſmata præcavenda ſingulares ſeu Diœceſani crearentur Epiſcopi, (Vid. ſup. Part. III, Qu. I.) atque in hiſce nihil ſtatuere, nihil edicere, nihil decernere debent Epiſcopi, niſi ex Presbyterorum ſententia. (*b*) (Vid. ſupr. Part. III, Quæſt. IX, §. 2, 4.) Quid ni? Hanc enim poteſtatem, quam Diœceſa-

tem promovendam, mores reformandos, Diſciplinam Eccleſiaſticam reſtituendam, vel fovendam utilia, & neceſſaria exiſtimantur, & alia juxta Diœceſium circumſtantias, & indigentias: Idem *ibid. lib. 6, cap.* 1, *n.* 1, *& ſeq.* ubi plurima erudite adducit ad rem. In Synodis abſtinendum eſt a quocumque verbo, quo videatur reprobari opinio inter Catholicos controverſa.

(b) Conſuetudo invaluit, ut lectis Synodalibus Conſtitutionibus, omnium, qui Synodo adſunt, exquiratur conſenſus, per verbum *Placet*, a ſingulis exhibendus. Huic vero conſuetudini adſtipulatur Pontificale Romanum, quod agens de ordine ad Synodum, ait: *Poſt hæc leguntur Conſtitutiones, ſi quæ ſint per Synodum approbandæ*: ex quo colligi videtur, conſenſum ſaltem majoris partis eorum, qui Synodo interſunt, neceſſarium eſſe, ut Conſtitutiones per Epiſcopum editæ robur obtineant, & efficaciam, parendique obligationem in univerſam inducant Diœceſim, juxta ea, quæ de ſenſu, & vi verbi *Placet*, leguntur *in comment. nov. ad Concilium Eliberitanum tom.* 1 Collectionis Conciliorum Hiſpaniæ Cardinalis de Aguirre pag. 327. Equidem Joannes Petrus Gibert *in ſuo Corpore Juris Canonici* tom. 1, part. 1, tit. 18, ſatis prolixam concinnavit Diſſertationem de auctoritate Presbyterorum in Synodo Diœceſana, ubi pluribus ſuadere conatur, eosdem ad Synodum vocatos habere votum deciſivum.

Jus Epiſcopale.

ceſanam vocâmus, principio Presbyteri exercebant, (uti nunc exercent Canonici Sede Epiſcopali vacante) ab iiſque Epiſcopi ſingulares ſeu Diœceſani eam ſunt mutuati; nec ſchiſmatum periculum, cujus cauſa ii inſtituti ſunt, prohibet, quin Presbyterorum ſuffragiis rem hanc permittant. Quod ſi vero agitur de iis rebus, quæ ad Epiſcopalem dignitatem ſpectant, tunc Epiſcopi ſententia Presbyterorum ſuffragiis minime indiget. Hinc ſi qua novitas in Diœceſi ſerpit, gliſcitque, quæ aut Fidei, aut moribus, aut univerſæ Eccleſiæ diſciplinæ bellum indicere videatur, Epiſcopi erit (c) huic novitati obviam ire, eam acri cribro incer-

(c) Benedictus XIV de Syn. Diœceſ. Lib. IX, cap. IV, §. 3. Inter præcipuas Paſtoralis muneris curas eſt, ſolerter invigilare, ne ullus contra orthodoxam doctrinam error in ſuam Diœceſim irrepat: quod luculenter expreſſit Apoſtolus I ad Timotheum cap. 3, & ad Titum cap. 1. Hinc nemo dubitat, quin ad Epiſcopum potiſſimum pertineat, in hæreticos inquirere, atque in illos, quos in ſuis erroribus pertinaces compererit, Canonicis pœnis ſevere animadvertere. Hanc Epiſcoporum obligationem agnovit, & inculcavit Auctor Epiſtolæ ad Epiſcopos in Galliis, atque in Hiſpaniis conſiſtentes, quam Lucio Papæ adſcripſit Iſidorus, ita Epiſcopos alloquens: *Ideo, Fratres, hortor dilectionem veſtram, obteſtor, & moneo, ut qua debetis, & poteſtis ſollicitudine, vigiletis ad inveſtigandos hæreticos, & inimicos Sanctæ Eccleſiæ, & a ſanis mentibus, ne peſtis hæc latius divulgetur, ſeveritate, qua poteſtis, pro viribus extirpetis: tom.* 1 Collectionis Harduini col. 140. Quamquam porro hoc Lucii teſtimonium credatur adulterinum, adulterinum certe non eſt Decretum Concilii Rhemenſis anni 625, vel 630, quod can. 4, tom. 3 Collectionis Harduini col. 572, ab Eccleſiarum Paſtoribus hæreticos diligenter perquiri, & ad Fidem Catholicam pro viribus revocari mandavit.

Legimus ab initio Eccleſiæ Epiſcopos in naſcentes errores hæreſeſque ſollicite inquiſiviſſe, ſuaque auctoritate, ut primum eas detexerant, confixiſſe & damnaſſe. Immo nullam pene hæreſim per Concilia Generalia primorum ſæculorum damnatam videmus, quæ non prius per Epiſcopos, vel particularibus Decretis, vel per congregatos in Epiſcopalibus Synodis damnata fuiſſet.

Divinæ Scripturæ Canones docent, Epiſcopum eſſe debere *Doctorem recte tractantem Verbum veritatis; attendere debere doctrinæ; amplecti qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere, depoſitum cuſtodire, devitantem profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, hæreticum hominem corrigere, & poſt unam alteramve correctionem devitare.* Epiſt. Pauli *ad Timoth.* I, ad Titum *cap.* 1, & 3.

In actis Concilii Chalcedonenſis Act. 3, Leonis Papæ Legati ad Concilium referunt, Eutichem *regulariter a proprio damnatum Epiſcopo Flaviano.* Harduini *Collect. Concil. Tom.* 2, *col.* 346. Quis neſcit, errores Gotheſcalci Monachi in Coucilio Moguntino anni 848, hæreſim Berengarii in Synodo Turonenſi an. 1055, novitates Abaelardi in Senonenſi Concilio an. 1140, denique errores Lutheri primitus a variis Epiſcopis & particularibus Conciliis fuiſſe damnatos?

Multis Canonibus in Decreto Gratiani referuntur & probantur damnationes hæreticarum doctrinarum, factæ in particularibus Synodis: ſignanter in ſexdecim Canonibus Concilii Gangrenſis relatis *Diſt.* 30. In quinque Canonibus Concilii Milevitani, inſertis *Diſt.* 4, *de Conſecrat. a Can.* 152, *uſque ad fin.* In Canone 5 Concilii Toletani 12, relato *de Conſecr. Diſt.* 2, *Can.* 9. In Canone 17, mox allegati Concilii Milevitani *Cauſa* 32, *Quæſt.* 7, *cap.* 5, &c. Quibus addi poteſt *cap.* 3, X, *de Presbytero non baptizato.* Contigit autem hæreſibus non paucis, ſic ab unius Provinciæ aut Regni tantum Epiſcopis damnatis, ut penitus extinguerentur, cæteris, ſcilicet Epiſcopis & Eccleſiis conſenſu ſolum tacito, non Synodalium

Digitized by Google

cernere, ſuamque ferre ſententiam, quæ, ſi aliorum etiam Epiſcoporum aſſenſione comprobetur, ac trabali Romanæ Eccleſiæ clavo figatur, non ſecus ac Eccleſiæ Oraculum habenda erit. (Vid. ſupra Part. II, Qu. V.)

QU.

dictum Decretorum auctoritate ſuffraganti- bus. Sic enim Euſtathianos, quos Synodus Gangrenſis damnavit, non legimus ab aliarum Provinciarum Conciliis aperte deinde damnatos. Idem Aerianis, Collyridianis, aliiſque accidit. Vid. Epiphan. *Hæreſ.* 75, & 79. Hos autem præter locorum, ubi exorti ſunt, Epiſcopos, non conſtat ab aliarum regionum Synodis rejectos eſſe, sed univerſali Eccleſiæ conſenſione, quæ ſenſim ſine ſenſu inoleverit, exauctoratos, quemadmodum ſingulorum poſtmodum Patrum ſcriptis declaratum eſt.

QU. XVIII.

Quam aſſiduitatem, ſive Reſidentiam Epiſcopis præcipis?

§. I. POſtquam per omnia & ſingula Diœceſanorum munia, & officia noſtra percucurrit oratio, non eſt, cur moneamus, Diœceſanos Epiſcopos ab ſuis Eccleſiis abeſſe minime debere. Nam qui ſtationem ſuam deſerit, aſſignatum ſibi munus defugere videtur. Nulla autem eſt illorum excuſatio, quia vicaria aliorum opera in obeundis ſuis muneribus utuntur, cum ipſimet iis fungi debeant. (*a*) Quorſum enim tot animi, corporis, atque ingenii dotes, quas in Diœceſanis Epiſcopis Eccleſiæ Canones requirunt? Nonne hoc ipſo declarant ii Canones, Epiſcopale munus eſſe ejuſmodi, quod non quorumcumque, ſed ipſam Epiſcoporum operam expetit? *Indignum eſt*, ait Innocentius in cap. ult. de Cler. non reſid., *conductitiis Presbyteris Eccleſiam tradi*. Haud diſſimilis eſt Epiſcopus ab Eccleſia ſua abſens militis bello profugi. Quemadmodum igitur militiæ cingulo exuitur, qui ſuum exercitum deſerit, ita etiam ſuæ Eccleſiæ deſertores ab Eccleſiaſticis legibus exauctorantur. (Canon. placuit C. 21, Q. 3, can. pervenit C. 7, Qu. I, cap. qualiter de Cler. non reſid. Concil. Trid. ſeſſ. VI, cap. 1, de Reform.)

§. II.

(a) Bened. XIV Conſt. *Ubi primum* §. 4. Jam vero ſcitis, Fratres, Divino præcepto mandatum eſſe omnibus animarum Paſtoribus, oves ſuas agnoſcere, eaſque verbi Divini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere; hiſque, ac cæteris Paſtoralis Officii muniis ſatisfacere, ut par eſt, minime poſſe eos, qui gregi ſuo non invigilent, neque aſſiſtant, vineamque Domini, in qua poſiti ſunt cuſtodes, non cuſtodiant aſſidue. Itaque in ſtatione veſtra maneatis oportet, & perſonalem in Eccleſia veſtra, vel Diœceſi, ſervetis reſidentiam, ad quam ex vi muneris veſtri obligati eſtis, quemadmodum pluribus Generalium Conciliorum Decretis, & Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus luculenter declaratum, præſcriptumque eſt. Cavete autem, ne exiſtimetis fas eſſe Epiſcopis per tres Menſes ſingulis annis pro libito, aut quacumque ex cauſa abeſſe. Ut enim hoc vere liceat Epiſcopis, conſtat, habendam eſſe rationem, ut abſentiam hujuſmodi æqua requirat cauſa, ſimulque conſultum ſit, ne gregi detrimentum obveniat. Mementote autem Judicem futurum eſſe eum, cujus oculis omnia nuda, & aperta ſunt, adeoque videre, ut cauſa talis vere ſit, quæ probari jure poſſit ſupremo huic Paſtorum Principi, a quo ovium vobis creditarum ſanguis eſt quantocius requirendus: in quo quidem judicio, fruſtra Paſtor contenderet ea ſe excuſatione tueri, quod lupus oves, abſente ſe, ac inſcio, abductas devoraverit: nam ſi res penitus inſpiciatur, ſatis apparet, nullum prope malum, aut ſcandalum in Diœceſi ſic deſtituta contingere, quod non ſit ei adſcribendum, cujus erat, ſubditos a recta ſemita deflectentes revocare monitis, allicere exemplis, voce confirmare, auctoritate, & charitate continere. Porro quis etiam non intelligat, mul-

§. II. At cum Diœceſani Epiſcopi duas ſuſtineant perſonas, alteram Diœceſanam, quæ illos certis Eccleſiis, certiſque ac definitis locis alligat, aſtringit, affigit, alteram Epiſcopalem, vi cujus communem Univerſæ Eccleſiæ una cum Summo Pontifice curam gerunt, (Vid. ſup. Part. II, Quæſt. V, §. 4.) fit hinc, ut ſi tamquam Diœceſani apud ſuas Eccleſias aſſidue morari debent, tamquam Epiſcopi nonnunquam coguntur e tentoriis, ſtativiſque ſuis caſtris egredi, & in mediam aciem, dimicationemque venire, eoque prodire, quo Univerſæ Eccleſiæ neceſſitas, vel utilitas eos vocat. Eundum igitur illis eſt ad Generalia Eccleſiæ Concilia, Romanum iter ineundum, ut Summo Pontifici in Univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ regimine adjutricem ſuam operam præbeant, legationes obeundæ, ut laboranti Fidei, diſciplinæque ruenti, ac retro ſublabenti ſuppetias ferant, eæque omnes peregrinationes ſuſcipiendæ, a quibus Catholica Religio (qua etiam particularis ſuæ Eccleſiæ ſalus continetur) præſidium, ſplendorem, aut commodum aliquod expectat. Sapientiſſime Tridentini Patres, qui, licet cura intentiſſima laboraverint, ut omnes Epiſcopi, quibus Patriarchales, aut Metropolitanæ, aut Cathedrales Eccleſiæ ſunt commendatæ, apud ſuas Eccleſias aſſidue maneant, ac *reſideant*, tamen hanc *Reſidentiam* non tanti fecerunt, ut eam illi abſentiæ non prætulerint, quam *Chriſtiana charitas*, *debita obedientia*, *urgens neceſſitas*, *evidens Eccleſiæ*, *vel Reipublicæ utilitas* expetiverit, atque expoſtularit. Seſſ. XIII, de Reform. cap. 1. (*b*).

QU.

---

multo ſatius eſſe negotia alibi per alios, ubi oportuerit, peragi, quam per ſe ipſum ab Epiſcopo extra Diœceſim ſuam morante; negotium vero omnium maximum cuſtodiendi, & gubernandi gregis ab eo per ſe non per adminiſtros curari? Sint enimvero quantum idonei, probatique Miniſtri, non tamen eorum vocem ſic ſolent audire oves, ut vocem veri ſui Paſtoris: non vicatiam illorum operam ſupplere ſatis vigilantiam, atque operam ipſius Epiſcopi, cui peculiaris Sancti Spiritus gratia ad id opitulatur, experientia abunde compertum eſt.

(b) Benedict. XIV Conſt. *Ad univerſa*. Tom. II, pag. 59, §. 3. Quoniam vero & certæ quædam cauſæ adeſſe poſſunt, & hujuſmodi occaſiones incidere, propter quas, prævio Romani Pontificis aſſenſu, & approbatione liceat Epiſcopo e propria Eccleſia, & Diœceſi per aliquod definitum tempus abeſſe; ea vero abſentia, quæ ad modicum tempus protrahitur, neminem deſertæ Reſidentiæ reum conſtituit; ideo & in Conciliis, & in Apoſtolicis Conſtitutionibus ad præcavendos abuſus tam circa hujuſmodi cauſarum & occaſionum relevantiam, quam circa tolerabilia temporum ſpatia, providæ ſtatutæ Leges & Regulæ reperiuntur. Et quidem juſtæ ac legitimæ abſentiæ Cauſæ a præfata Tridentina Synodo citatæ cap. 1, ſeſſ. 23, non aliæ agnitæ fuerunt, quam Chriſtiana charitas, urgens neceſſitas, debita obedientia, & evidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ utilitas. Verum his etiam cauſis deficientibus, quum eadem Sacroſancta Synodus perpendiſſet, ex veterum Canonum ſententia, minime abeſſe videri eos, qui aliquantiſper abſunt, & ſtatim ſunt reverſuri; omnibus Eccleſiarum Antiſtitibus indixit, ut ſibi licitum non putarent ſingulis annis, ultra duos aut tres ad ſummum menſes, ſive continuos, ſive interruptos, extra pro-

prias

Digitized by Google

prias Diœceſes commorari; eoſque ſimul admonuit, ne per illius temporis ſpatium, Dominici Adventus, Quadrageſimæ, Nativitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes item, & Corporis Chriſti diebus, ab Eccleſiis ſuis Cathedralibus abeſſent, niſi forte Epiſcopalia munia in aliis Diœceſum ſuarum locis eos detinerent; eamque præterea rationem ab iis haberi voluit, ut abſque ullo Gregis detrimento conceſſa uterentur libertate, & ut id *æqua ex cauſa fiat*; quibus verbis animi levitas, oblectationum cupiditas, aliæque futiles cauſæ penitus excluduntur.

Quinto loco, quoniam experiendo cognovimus, quod ad obtinenda Indulta commorandi extra Diœceſim, infraſcriptæ plerumque cauſæ ab Epiſcopis afferri ſolent; nimirum aut neceſſitas aſſiſtendi perſonaliter alicui liti, ſeu controverſiæ, in qua Eccleſiæ, aut Cleri ſui, vel etiam propriæ Familiæ res agatur, quæque in Romana Curia introducta ſit, vel alia in urbe, in qua reſideant majora Tribunalia, quorum ea de re judicium eſſe debeat; aut corporalis ægritudo, qua correptus fuerit Epiſcopus, dum extra Diœceſim, Conciliaribus menſibus utens, morabatur, ita ut ad eamdem Diœceſim reverti nequeat; aut adverſa valetudo in ipſa Diœceſi contracta, ad quam depellendam Medici putent neceſſarium fore, Epiſcopum aerem, & ſolum aliquantiſper mutare, aut denique malignitas aeris in Diœceſi vigens, quam aliquibus anni menſibus devitari oporteat; & quoniam nec ulla ex præmiſſis cauſis, abſque expreſſa Romani Pontificis approbatione, quemquam ab onere reſidendi eximere poteſt; & niſi certis expreſſis circumſtantiis iiſque verificatis, difficile eſt ad hujuſmodi approbationem rite recteque procedere; neceſſarium Nobis viſum eſt infraſcriptas Regulas ſtatuere, quas in ſingulis reſpective caſibus ab iis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, obſervari mandamus, atque præcipimus.

Si quis igitur in poſterum licentiam petierit abſcedendi a Diœceſi ſibi concredita, ut judiciali controverſiæ, quæ alibi vertitur, per ſe ipſum interſit; exprimare debebit in precibus tum Locum, ſive Urbem, in qua hujuſmodi lis agitatur, tum etiam an ea pertineat ad ipſam Oratoris Eccleſiam, ſeu Clerum, vel potius ad ipſius Familiam. Et quidem ſi ad Familiam pertineat, abſque eo quod Secretarius Congregationis Pontificem, aut Cardinalem Præfectum adeat, reſcribendum ab ipſo erit, ut Orator ad effectum, de quo in precibus, utatur menſibus a Conciliis indultis. Quod ſi eis jam uſus fuerit, ulterior ipſi licentia non concedetur. Si vero de ejus Eccleſiæ, vel Cleri rebus agatur, exponi debebunt, tum ſtatus litis, ejuſdemque gravitas, tum cauſæ, propter quas neceſſaria creditur in loco judicii Oratoris præſentia; tum etiam declarandum, an menſibus Conciliaribus uſus fuerit. Et quidem ſi nondum illis uſus ſit, reſcribendum erit, ut eos in hujuſmodi cauſam impendat. Si vero id amplius Epiſcopo integrum non ſit, (qua in re nec fraus intercesſerit, & alioquin ipſius inſtantia juſta videatur) tantum illi temporis, & non amplius, ad commorandum extra Diœceſim tribuatur, quantum judicatum fuerit neceſſarium eſſe, ad Cauſæ Defenſores, Advocatos & Judices de omnibus, quæ ad rem pertinent, ſufficienter inſtruendos. Si enim licentia abeſſendi a Diœceſi uſque ad finalem exitum cauſæ extendi deberet, nemo non videt, quam diuturna plerumque foret in hiſce caſibus Epiſcoporum abſentia, & quam facile evenire poſſet, ut pleræque Diœceſes complurium annorum ſpatio Paſtorum præſentia carerent.

Qui vero licentiam abeſſendi petierint, ratione infirmitatis extra Diœceſim contractæ, dum vacatione a Concilio indulta uterentur, afferentes ea de cauſa regreſſum ad propriam Diœceſim ſibi prohiberi; exponere debebunt contractæ infirmitatis qualitatem, & ſuper ea teſtimonium Medici juramento firmatum exhibere. Atque ubi petita licentia ipſis indulgeatur, ea ſemper ad certum, ac definitum tempus concedi debebit, adjecta quoque clauſula *ſi tamdiu infirmitas duraverit*.

Ab iis autem, qui hujuſmodi licentiam poſtulaverint, eo quod aeris mutatione opus ſibi eſſe dicant ad convaleſcendum ex morbis, quos in ſuis Eccleſiis reſidendo contraxerunt, exprimendum erit in precibus, quo morbi genere, & quam graviter laborent,

Digitized by Google

rent, ac proferendum teſtimonium Medici, qui jurejurando teſtetur, utile ac neceſſarium Oratori eſſe, ut in aliam Regionem, atque aerem per aliquod tempus ſe transferat. Nec illud ſilentio prætereundum, an ſcillcet Orator, antequam morbo corriperetur, trimeſtri licentia a Concilio permiſſa uſus fuerit: Si enim id nondum fecerit, & tempus a Concilio indultum ſufficiens ipſi non reputetur, poterit eidem concedi, ut per quatuor menſes, in quibus tamen Conciliares Menſes comprehendantur, a Reſidentia abſens permaneat: At ſi prædictos Conciliares Menſes, remoto omni dolo & fraude, jam extra Diœceſim tranſegerit; tantum temporis ipſi indulgeatur, quantum ad confirmandam ipſius valetudinem vere neceſſarium eſſe prudenter judicabitur.

Qui tandem licentiam commorandi extra Diœceſim poſtulabit propter malignitatem aeris, quem in ſua Diœceſi aliquo anni tempore inſalubrem eſſe affirmet; is videat etiam, atque etiam quid agat. Et quidem pro veritate exponat, quibus anni menſibus pernicioſus ſit Regionis aer: Item an eadem Cœli temperies totam comprehendat Diœceſim, ita ut nullus intra ejus tractum locus exiſtat, in quo ſuſpectum illud tempus abſque ſalutis detrimento tranſigere valeat; poſtremo an Conciliaribus Menſibus uſus fuerit. Etenim ſi nondum eos ſibi ſumpſerit, non ægre obtinebit Indultum abeſſendi per quatuor menſes (quatenus periculum ab aere tamdiu durare cenſeatur), in quibus tamen tres illi a Concilio permiſſi numerandi erunt: Si autem hujuſmodi Concilii indulgentia jam uſus fuerit, fruſtra novum Indultum prædicta de cauſa ab Apoſtolica Sede poſtulabit, ſibique imputare debebit, quod quum ſciret certo anni tempore in ſua Diœceſi aerem inſalubrem fore, conceſſos vacationis Menſes in tempus illud non reſervaverit. In omnibus autem abſentiæ Indultis, quæ ratione aeris inſalubris in poſterum concedentur, hanc clauſulam adjici volumus: *Dummodo intra Diœceſim aliquis locus non adſit, in quo aer ſalubris ſit, & in quo Epiſcopus commorari poſſit*.

Sane prædictus Urbanus Prædeceſſor non prætermiſit eorum Antiſtitum cauſam conſiderare, qui Provincialibus Conciliis, vel Congregationibus, ſeu Aſſembleis generalibus, in quibus Eccleſiaſtici intervenire ſolent, perſonaliter intereſſe, ſive in aliis muneribus, aut Reipublicæ officiis, quæ ipſorum Epiſcopatibus, Eccleſiiſque adjuncta ſunt, ad certum tempus extra Diœceſim occupari ſolent, ac debent; & his quidem in præcitata Conſtitutione licentiam abeſſendi conceſſit pro eo definito tempore, quo ejuſmodi Concilia, Congregationes, & Aſſembleæ peragentur, exercitiumque muneris, ſeu officii publici eorum Eccleſiis adjuncti, actu duraverit; dummodo iis finitis, recto tramite ad Eccleſias ſibi commiſſas ſeſe conferrent; cujus conceſſionis æquitatem Nos quoque agnoſcentes, eamdem approbamus, & confirmamus. Sed quum idem Urbanus nihil ſtatuerit de Epiſcopis qui a Reſidentiæ ſuæ loco diſcedunt pro Proceſſuum in cauſis Beatificationum, aut Canonizationum compilatione, Apoſtolica auctoritate ipſis delegata; neceſſe eſt aliquid a Nobis pro his etiam caſibus opportune conſtitui.

Expediuntur a Congregatione Sacrorum Rituum Litteræ, quas vocant Remiſſoriales, & Compulſoriales, quibus committitur, ut ſupradicti Proceſſus auctoritate Apoſtolica conficiantur; eæque diriguntur tribus Epiſcopis, aut Superioribus Prælatis, cum clauſula, ut duo ad minus procedant. Cumque in hujuſmodi Epiſcoporum numero ſemper includatur Ordinarius loci, in quo Proceſſus conſtruitur; fere contingit, e tribus, ad quos Litteræ ſunt directæ, unum dumtaxat a Reſidentia avocari. Ubi itaque aliquis Epiſcopus Titularis Eccleſiæ in partibus Infidelium conſtitutæ haberi poſſit, volumus eum in præfatis Litteris pro uno ex tribus Epiſcopis comprehendi. Quod ſi tres omnino Antiſtites in propriis Eccleſiis reſidentes ad hujuſmodi effectum delegari oporteat, ſtatuimus atque præcipimus, ut Litteræ a prædicta Congregatione dirigantur Epiſcopis, qui viciniores ſunt Diœceſi, in qua Apoſtolicus Proceſſus conficiendus erit. Quoniam vero de re agitur, quæ duabus, tribuſve hebdomadibus perfici nequit, ſed quæ plurium ſæpe menſium, aut etiam annorum operam requirit; volumus, ut Epiſcopi, qui ejuſmodi delegationem acceptaverint, neceſ-

ceſſariam licentiam abſcedendi a Diœceſi, cauſam abſentiæ exprimendo, petere & impetrare non omittant, ſub pœnis adverſus eos conſtitutis, qui abſque cauſa extra Diœceſim commorantur. In hujuſmodi autem licentiis concedendis, ſtatuimus, ut Conciliares Menſes ſemper comprehendantur, & præter eos, triginta dumtaxat dies, ſi opus fuerit, adjiciantur; nam & ad plura peragenda quadrimeſtre ſpatium ſufficiens eſt; &, ſi adhuc facienda ſuperſint, quatuor alii menſes ſequenti anno in idem opus inſumi poterunt.

Hæc ſunt, quæ ſalubriter in Domino ſtatuenda judicavimus, quæque pro regula, & norma in poſterum haberi volumus, ut a Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, graviſſimum, quod ipſis incumbit, Reſidentiæ officium exacte impleatur. Itaque Dilecto Filio moderno præfatæ Congregationis ſuper eadem Reſidentia Secretario, ejuſque Succeſſoribus in perpetuum, injungimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub pœnis contra inobedientes mandatis Apoſtolicis in re gravi, præcipimus, atque jubemus, ut ſupplices Libellos pro parte quorumcumque Antiſtitum ſibi oblatos, in quibus ea, quæ ſupra adnotavimus, expreſſa non fuerint, quibuſque neceſſaria authentica documenta, ſuperius pariter indicata, non ſint adjuncta, nullo modo recipiant, multoque minus ad Pontificem referant: In Decretis autem, quæ poſt Pontificium aſſenſum ab ipſis Secretariis in conſueta audientia reportantur, a Cardinali ejuſdem Congregationis Præfecto ſubſcribenda erunt, ſupraſcriptas clauſulas reſpective apponere non prætermittant; illud etiam expreſſe cavendo, ut quæ conceduntur Indulta, a die Datæ ipſorum Decretorum decurrere intelligantur.

Denique Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Metropolitanos, & Epiſcopos omnes monemus, ut non ſolum ipſi ſtatutas de Reſidentia leges adamuſſim obſervent, ſed etiam memores ſint Decreti a Sacra Tridentina Synodo editi *ſeſſ. 6, cap. 1, de Reformatione*, quo jubentur ſinguli pro virili parte in aliorum agendi rationem reſpective vigilare, & non reſidentes Romano Pontifici infra certum tempus denunciare. Noſtris quoque, & Apoſtolicæ Sedis Nuntiis hoc idem demandamus, & injungimus; ubi intra ipſorum Nuntiaturæ Diſtrictum aliquis Epiſcopus, ſeu Superior Prælatus exiſtat, qui Canonicas Leges hac in parte violare dignoſcatur.

Et quia Nobis relatum eſt, nullibi frequentius prædictas Leges ab Epiſcopis violari, quam in proximo Neapolitano Regno, (neque vero id mirum in tanto eorumdem numero), volumus, atque ſtatuimus, ut in Indultis abſentiæ, quæ pro Epiſcopis prædicti Regni in poſterum expediri contingat, ad cæteras clauſulas ſuperius præſcriptas, hæc etiam addatur, ut obtenta licentia exhiberi debeat Apoſtolico Nuntio Neapoli commoranti, alioquin nullius roboris, & momenti habeatur. Nos ſiquidem prædicto Nuntio earumdem præſentium tenore committimus, ut hujuſmodi Licentias in acta ſui Tribunalis referri faciat, itemque de cauſis propter quas conceſſæ fuerint, inquirat, ac tempus in iis præfinitum obſervet, ad hoc ſcilicet, ut & per eum reſciri poſſit, ſi quid obreptum, aut ſubreptum fuerit in precibus; & ipſum latere nequeat, ſi quis præſcriptos ſibi limites tranſgrediatur, ſive abſque neceſſario Apoſtolicæ Sedis Indulto, extra tempora a Concilio permiſſa, longe ab Eccleſia, & Diœceſi ſua commoretur. Pro iis autem, qui, ut Nobis pariter relatum fuit, Diœceſes ſuas deſerunt, & non quidem in Urbem Regni principem, ubi Apoſtolicus Nuntius moram trahit, ſed in alias ſe conferunt ejuſdem Regni Civitates, quin ipſe Nuntius quidquam de ipſis audiat; injungimus eidem Nuntio, ut per Officiales ſuos, atque Miniſtros, quos in omnibus Diœceſibus retinet, curet ſe certiorem fieri de Epiſcopis, quicumque a propriis Diœceſibus recedunt: Ut & ii, qui obtentis licentiis abutuntur, & multo magis ii, qui proprio marte ſe gerere præſumunt, (dum vel abſque prævia licentia, præter tempus a Concilio indultum a ſuis Diœceſibus abſunt, vel ſi ob aliquem inopinatum eventum ab ipſis diſcedere compulſi fuerint, hujuſmodi licentiam, ſtatim ac ad deſtinatum locum pervenerint, petere & impetrare non curant;) ſeveriorum ſacrorum Canonum, & Apoſtolicarum ſanctionum cenſuræ ſubjiciantur.

Ca-

Digitized by Google

Cæterum intendimus ſub præſentium Litterarum Noſtrarum ordinatione, & diſpoſitione etiam ipſos Venerabiles Fratres Noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, qui Patriarchalibus, Primatialibus, Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus Eccleſiis prædictis ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica nunc præſunt, & in futurum præerunt, comprehendi, ac comprehenſos eſſe, & fore.

Digitized by Google

QU. XIX.

Diœceſani Epiſcopi a quibus eligendi erant? (a)

§. I. Cum de eo Epiſcopo egimus, cui præter Epiſcopalem nulla alia inerat perſona, (Vide ſup. Part. II, Qu. I.) non eguimus, niſi Conſecratione. (Part. II, Qu. XI.) At cum modo agamus de iis Epiſcopis, qui Diœceſana quoque perſona induti ſunt, Electione etiam, & Confirmatione opus habemus. Videndum igitur, quinam ſint ii, quibus Diœceſanorum electio permiſſa eſt.

§. II.

(a) Selvag. Inſt. Lib. I, Tit. XIX, pag. 278. Apoſtolica, eique proxima inſecuta ætate quatuor potiſſimum fuiſſe videntur Clericos qua ſuperiores, qua inferiores deligendi rationes: nimirum 1 *ſortitione*, 2 *ſelectione primitiarum ex converſis gentilibus*, 3 *ſpeciali mandato*, & *inſpiratione Spiritus Sancti*, 4 demum via ordinatia *examinationis*, & *electionis*.

Prior in Matthiæ ad Apoſtolatum deſignatione ex communiori interpretum ſententia obſervata eſt: Act. I. Eadem in Hiſpania VI dumtaxat ſæculo viguit, quod ex *Canone* III Concilii Barcinonenſis colligere licet, ubi poſt plura ad Clericorum electionem ſpectantia hæc ſubnectuntur: *Duobus, aut tribus, quos antea conſenſus Cleri, & plebis elegerit, Metropolitani judicio, ejuſque Coepiſcopis præſentibus, quem ſors, præeunte Epiſcoporum jejunio, Chriſto Domino terminante, monſtraverit, benedictio conſecrationis adcumulet*.

Alterius, nimirum per ſelectionem primitiarum ex converſis gentilibus præclariſſimum nobis præbet monumentum S. Clemens R. in priori ad Corinthios *Ep. num.* 42, in qua ſcribit: *Apoſtolos per regiones, & urbes verbum prædicantes primitias eorum, ſpiritu probantes, Epiſcopos, & Diaconos eorum, qui credituri erant, conſtituiſſe*.

Tertius ſacros miniſtros eligendi modus erat per ſpeciale Spiritus S. mandatum. Hac ratione haud paucos primis illis Eccleſiæ temporibus ordinatos novimus: uti Paulus, & Barnabas Act. XIII, Eccleſiarum Aſianarum Clerici, quos S. Joannes ex Pathmo inſula redux ordinavit, id atteſtante Clement. Alex. *apud Euſebium Lib.* III, *cap.* 23, Fabianus Romanus Pontifex ex eodem Euſebio *Lib.* VI, *cap.* 29, Alexander Hieroſolym. Epiſcopus: Euſebius *ibid. cap.* 11; Alexander itidem ſic dictus Carbonarius: Nyſſenus *in vita S. Gregorii Thaumaturgi*.

Quartus denique, & communior, magiſque ordinarius ad ſacrum miniſterium, præcipue vero ad animarum regimen promovendi modus erat *Electio* ſtricto ſenſu ſic proprie dicta, quam recte definies: *Eſt perſonæ idoneæ ad Eccleſiæ vacantis, aut perſonarum regimen canonice facta vocatio*. Hæc definitio æque Epiſcopos, ac reliquos etiam Prælatos inferiores complectitur. Adhæc vocula illa *canonice* adjecta eſt, tum ut a tribus prioribus extraordinariis ſacros miniſtros deligendi rationibus diſtingueretur, tum vel maxime ad indicandum, ſemper in Eccleſia ſecundum peculiares quoſdam ſtatutos canones fuiſſe peractam, licet non eadem ſemper hac de re fuerit Eccleſiæ diſciplina; quam per diverſas, variaſque juris canonici epochas, qua fieri poterit, diſtincte, ac exacte expendemus.

Hoc temporis ſpatio, quod jus Canonicum

§. II. In ſcenam rurſus prodeat Divus Hieronymus; neque enim pigeat illum toties audire de eadem re. Nemo enim melius, ac plenius Dic-

cum *Primigenium*, ſive *Arcanum*, & *Adultum*, ſive Publicum complectitur, ad electionem ex æquo aliquid conferebant Metropolita, Synodus Provinciæ, Clerus, & Plebs; eo tamen ordine, ut Plebs proponeret, peteret, teſtaretur: Clerus vota, petitiones, teſtimonia Plebis expenderet, expenſis aut accederet, aut refragaretur, ac Plebem ad alium deſignandum diverteret, dirigeretque. Synodus provinciæ electionem a Plebe, Cleroque peractam examinaret, judicioque ſuo confirmaret. Metropolita denique adſtantibus ſaltem duobus, aut tribus Provinciæ Epiſcopis electum conſecraret.

Variæ electionis formæ jure Decretalium propoſitæ ſunt; ut ex ipſis quam mallent, ſequerentur: nimirum *Inſpiratio*, *Compromiſſum & Scrutinium*: *Cap.* 42, *de Electione*. Inſpiratio, quum omnes, qui in electione jus habent ſuffragii, veluti numine ducti, ad unum eligendum conveniunt: *Cap.* 55, *eodem*. Id ſi in R. Pontifice eligendo accidat, electio dicitur facta *per Adorationem*.

Per compromiſſum electio fit, quum univerſum Capitulum omne jus ſuum in unum, aut in plures ſive ex ſuo corpore, ſive extraneos transfert, ut illius, vel eorum ſit eligendi arbitrium. Atqui compromiſſariis mandati forma omnino obſervanda eſt, adeo ut ſi contra egerint, electio nulla ſit: *Cap.* 32, *eodem*. Hac electionis forma ſummum Pontificatum adſecutus eſt Gregorius X.

Denique per ſcrutinium celebratur electio, ubi Capitulum ex eligentium numero tres deligit fide dignos, qui ſecreto & ſigillatim ſuffragia ſingulorum diligenter exquirant, eaque in ſcriptis redacta mox in communi evulgent; ut is demum collatione habita electus habeatur, in quem omnes, vel major, & ſanior Capituli pars conſenſerit.

Dicitur *major, & ſanior pars*, quæ eligentium non modo numero, verum & ſapientia, ac meritis præſtat: at major pars, niſi ſcienter indignum elegerit, ſemper ſaniorem vincit, ubi duplo eam ſuperaverit: *Cap.* 42, *eodem*. Verum ex Bonifacii VIII Conſtitutione in *Cap.* 43, §. ſi quæ *eodem in* VI, non ſanior pars minor, ſed major dumtaxat vocum numerus attendendus ob æquale ſingulorum eligentium jus: idque abrogata antiqui juris ſententia.

Per ſcrutinium quoque dicitur fieri electio, quum eligentium quiſque ſuffragium ſuum ſecreto in ſchedula ſcriptum in urnam immittit, ut ſuffragiis numeratis is, in quem plura conveniunt, electus intelligatur.

Priore ſcrutinii forma eliguntur Epiſcopi, & Prælati inferiores, qui Eccleſiarum ſuarum perpetuo titulares exſiſtunt. Altera vero ex jure Concilii Tridentini *Seſſ.* XXV, *Ref. cap.* 6, prorſus eligi oportet temporales Monachorum, aliorumque Regularium Superiores, qui antea nullam ex jure communi certam ſcrutinii formam habebant. Tum eadem prorſus electionis forma eligendi quoque ſunt eorumdem Superiores Generales licet perpetui; uti ſunt illi Prædicatorum, & Auguſtinenſium: Ciſtercienſi tantummodo, & Cluniacenſi exceptis, qui ſi ſcrutinio eligi velint, haud poſteriori, ut reliqui Regularium Prælati, at priori prorſus ſcrutinii forma eligantur neceſſum eſt, quum ambo ſint titulares perpetui Abbatiarum Ciſtercienſis, & Cluniacenſis.

In electione jure Decretalium plura requiruntur, & quidem tum ex parte ipſius electionis, tum ex parte eligentium, tum demum ex parte eligendorum. Igitur ex parte ipſius electionis 1 requiritur, ut Eccleſia vacet; id quod morte Epiſcopi præcipue contingit: quo caſu exſequiæ prius celebrentur oportet: *Cap.* 35, *de Election*.

Omnes citandi ſunt, qui jus habent ſuffragii, dummodo ſint in provincia: *Cap.* 35, *de Electione*. Quod ſi vel unius citatio neglecta fuerit, irrita per judicis ſententiam declaranda erit electio, niſi is, qui vocatus non fuerat, ſuo ſaltem ſilentio illam adprobet: *Cap.* 25, *de Electione* in VI.

Legitime abſens poteſt, impedimento jurejurando probato, ſuffragium ſuum, & inſtrumentum procurationis uni ex Canonicis mandare, vel etiam extraneo, Capitulo conſentiente. Tantummodo in electione Summi

Diœceſanorum Epiſcoporum inſtitutionem perſtrinxit. Brevi rem omnem expedit, ac perpaucis verbis ſingillatim unamquamque rem attingit.

---

mi Pontificis nec Cardinales citari oportet, nec eorumdem abſentium mandatum procurationis admittitur.

Qui nomine alterius eligit, & ſuo, non poteſt ancipiti conſcientia dividere ſuffragia in diverſos, ſed utrumque debet in eandem perſonam conferre; niſi ad certam determinatam perſonam eligendam fuerit ſpeciatim conſtitutus: *Cap.* 46, §. porro *de Electione in* VI.

Tandem electionis locum Eccleſiam vacantem eſſe convenit; eamque intra tres menſes a die vacationis omnino fieri oportet: *Cap.* 41, *de Electione*. Ubi tamen de minoribus dignitatibus, perpetuis tamen, agatur, ſpatium ſex menſium conceditur: quibus elapſis temporibus jus eligendi cum iiſdem ſpatiis ad proximum ſuperiorem devolvitur; ab eoque ad alios, ſi qui ſunt, donec ad Summum Pontificem perveniatur: *Cap.* 41, *de Electione*, *cap.* 5, *de Conceſſ. Præbendæ*, *cap.* 6, *eodem in* VI.

Quod vero ad eligentium attinet qualitates: 1 jure communi nonniſi Cathedralis Eccleſiæ Canonicorum jus eſt Epiſcopum eligere. At alii etiam ex conſuetudine, pacto, vel privilegio illud cum ipſis commune habere poſſunt, modo laici non ſint: *Cap.* 8, de Conſuetudine, *cap.* 32, *de Electione*, *cap.* 51, *eodem*.

Immo 2 nonnunquam & illi, qui in Capitularium collegium ſunt cooptati eligendi jure deſtituuntur, & quidem vel impedimento naturæ ob conſilii inopiam, uti impuberes, furioſi, mentecapti: *Cap.* 52, *de Electione in* VI, vel impedimento legis, uti ſuſpenſi, interdicti, excommunicati per ſententiam majoris: *Cap.* 16, §. *fin. de Electione*, *& cap.* 1, *de Cleric. Excom.* Item hæretici, ſchiſmatici, apoſtatæ, ſi publice denunciati, ſeu non tolerati ſint, vel oppoſita ſaltem exceptione repulſi: *Extravag. ad Evitanda*: ac demum qui ſacros ordines nondum ſuſceperunt: *Clementina* 2, *de ætate*, *& qualitate*.

Eligendi facultatem ad tempus amittunt, tum qui laicos ad jus ſuffragii in electione ferendum admittunt, quæ electio ab Innocentio III in *Cap.* 43, *de Electione* dicitur facta per ſæcularis poteſtatis abuſum; tum qui electionem, ſi juſtum impedimentum non obſtiterit, ultra tempus a jure præſcriptum protraxerint: *Cap.* 41, *ibid.* ii denique qui vel normam a jure præſcriptam in electione ſervare contempſerint, vel ſcienter indignum eligere voluerint.

Illud hic omnino animadvertendum, in electione per ſcrutinium, qui jure ſuffragii gaudet, non poſſe illud in ſemetipſum convertere: *Cap.* 26 *de Jure patronatus*. At quorſum hoc? profecto tum ob alias rationes, tum vel maxime ne ambiendarum dignitatum Eccleſiaſticarum daretur occaſio: at contra in electione per compromiſſum, data compromiſſariis facultate eligendi unum ex ipſis, compromiſſarii recte poterunt eligere unum ex ſe, & electus electioni de ſe factæ recte conſenſerit; neque ambitionis nomine accuſari poterit, quippe quod ex forma compromiſſi licuit compromiſſariis unum ex ſe eligere, atque adeo compromiſſarius quiſque totius Capituli ſententia dignus eſt, qui promoveri poſſit: *Cap.* 35, *de electione*.

Poſtremo eligendorum qualitates paucis explicabimus. Ac 1 ex Concilii Later. III, *cap.* 2, Epiſcopus eligi nequit, niſi qui trigeſimum ætatis annum jam exegerit, legitimo ſit matrimonio natus, atque adeo vita, & ſcientia commendabilis comprobetur.

Tum 2 Ex Tridentino *Seſſ.* XXII, *Ref. cap.* 2, in Epiſcopo eligendo requiritur idonea ſcientia. Qua de re qui Epiſcopus eligi velit, neceſſum eſt, ut antea in aliqua ſtudiorum univerſitate Magiſter, ſive Doctor, aut Licentiatus in ſacra Theologia, aut jure Canonico merito ſit promotus, vel publico alicujus Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur.

3. Nedum ab Epiſcopatu, verum & a Presbyteratu arcentur Neophyti: *I, ad Timoth.* 3, ſcilicet ne ſuperbiant. Quamobrem ex eodem Tridentini Decreto Epiſcopus eligi nequit, qui ſaltem Hypodiaconus ante ſex menſes non fuerit ordinatus.

4. Prohibentur etiam ab electione Irregu-

lares

git. Pervulgata igitur illius verba denuo recinamus, ex iiſque diſcamus, a quibus Diœceſani Epiſcopi eligendi fuerint. *Antequam Diaboli inſtinctu*

---

lares omnes, de quibus plenius ſuo loco. Quinimmo qui a Rom. Pontifice in defectu natalium impetrata venia ad ordines ſactos admittitur, non cenſetur ideo legitimus, qui dignitatem, perſonatum, curam animarum, ac potiori jure Epiſcopatum conſequatur, niſi ſpeciale novum hæc ipſi indulgeat Rom. Pontificis reſcriptum: *Cap. ult. de Filiis Presbyt. cap 7, de Electione*.

5. Excluduntur criminoſi, vel gravi quadam infamia notati, uti hæretici, eorumque filii, ſchiſmatici, excommunicati etiam excommunicatione minori, ſuſpenſi, interdicti, eunuchi, bigami &c.

6. Tandem electione prohibentur aliarum Eccleſiarum Epiſcopi, Monachi ſine ſuperiorum ſuorum licentia, atque exteri populi, cui præficerentur, idioma haud callentes.

Antequam ulterius progrediamur illud hic omnino animadvertendum, ſcilicet ubi perſona eligatur, cui Canonicum aliquod obſtet impedimentum, diſpenſationem a Rom. Pontifice petendam eſſe. Unde hujuſmodi electio in jure noſtro *Poſtulatio* dicitur: quæ quidem nonniſi in eo ab *Electione* differt, quod electio jus tribuat electo, ſecus vero Poſtulatio, quouſque fuerit ex gratia a R. Pontifice probata: *Cap. 3, de Poſtulatione*.

Ubi vero ſtatuimus Poſtulationem ejus eſſe, qui ab aliquo Canonico impedimento eligi vetatur; hoc de iis dumtaxat impedimentis intelligas, in quibus venia dari conſueverit. Poſtulatio enim diſpenſationis ſpecies eſt, cauſſamque requirit. Cap. 1, de Poſtulatione. Quinimmo ubi ſimul electus, & poſtulatus concurrant, ille huic eſt præferendus: tantummodo quum duplo major fuerit poſtulantium numerus, poterit poſtulatus electo præponi: *Cap. 3, de Poſtulatione*.

Electione peracta requirendus eſt electi conſenſus, qui ſane omnino poſt electionem petendus: namque ubi ante electionem exquiratur, electio propter ambitus ſuſpicionem non ſubſiſtit: *Cap. 46, de Electione*. Unius menſis ſpatium electo conceditur, ut deliberet, num impoſitum onus ſubire velit.

Tum præſtito conſenſu, niſi quæſito jure excidere velit, omnino intra tres menſes confirmationem petat, quam novo Decretalium jure ſolus impertitur Metropolita examine præmiſſo, ac omnibus, quorum intereſt, auditis. Ubi vero electionis examen, & confirmationem Sedi Apoſtolicæ vel immediata ſubjectio reſervet, vel interpoſita adpellatio devolvat, tunc electus ex Nicolai III Conſtitutione, *Cap. 16, de Elect. in VI*, iter ad Sedem Apoſtolicam intra menſem adripiat, ſumpto tempore ad itineris longinquitatem neceſſario: *ibid.*

Per Confirmationem ſpirituale inter Electum, & Eccleſiam contrahitur conjugium: *Cap. 2, §. ſicut enim de Translatione*. Unde electus impetrata confirmatione omnia, quæ Epiſcopalis jurisdictionis ſunt, exercere poteſt. Solis Epiſcopis, & Abbatibus extra Italiam, qui vel ἀμέσως Rom. Pontifici parent, vel ab ipſo confirmationem petere debent, ob locorum diſtantiam indultum eſt, ut concordibus ſuffragiis electi interim Eccleſias adminiſtrent: *Cap. 44, de Electione*.

Conſecrationem quod ſpectat, profecto licet Confirmationem non ſtatim ſequatur, attamen intra tres menſes proxime a confirmatione elapſos differenda non eſt: *Can. 1, Diſt. 100*, & quidem ab eodem celebranda Antiſtite, a quo confirmatio obtenta eſt, adſtantibus Provinciæ Epiſcopis, vel ſaltem eorum duobus: *Can. I, Diſt. 91, & Diſt. 65, per totam*: ita ut ſi in Provincia nullus præter Metropolitam Epiſcopus fuerit, vicinæ Provinciæ præſules advocandi ſint: *Can. Ult. eadem Diſt. 65*. Ubi vero Metropolitanus juſto detineatur impedimento, quominus ipſe conſecrationem perficiat, non prohibetur vices ſuas alteri committere: *Cap. 10, de Officio judicis ordinarii*.

Igitur ſpirituale fœdus conjugii inter Epiſcopum, & Eccleſiam conſecratione veluti conſummatur: unde conſecratus non modo quæ jurisdictionis, verum & quæ ordinis ſunt Epiſcopalis jure exercet. Tum qui nonniſi

Digitized by Google

ſtu ſtudia in Religione fierent, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ; communi Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gu-

niſi *Epiſcopus electus* poſt confirmationem nuncupabatur, poſt conſecrationem ſimpliciter *Epiſcopus* dicitur: Fagnanus in *cap. 7, de Reſcriptis num. 6, & 7.* Præterea hunc *venerabilem fratrem* adpellat Pontifex, illum vero *Dilectum filium*.

Porro non diu ſteterunt penes Capitula Cathedralium Epiſcoporum electiones; paullatim enim Pontificiæ induci Reſervationes cœperunt. Et quidem primus Clemens IV. generatim Eccleſias Cathedrales, Dignitates, Perſonatus, aliaque beneficia apud Romanam Curiam vacantia Sedi Apoſtolicæ reſervavit: *Cap. 2, de Prebendis in* VI: mox alii Pontifices novas induxere reſervationes; ac tandem Paulus II ann. 1467, per Conſtitutionem *ad Rom. Pontificis providentiam*, Extrav. Com. *Lib.* III, *cap.* 14, aliique deinceps Pontifices per Regulam II Cancellariæ omnes prorſus Eccleſias ſive Patriarchales, ſive Metropolitanas, ſive ſimpliciter Epiſcopales, etiam apud Rom. Curiam non vacantes, Sedi Apoſtolicæ reſervarunt.

Per haſce reſervationes antiqua electionum diſciplina, quæ jam immutari cœperat, ad nihilum pœne redacta eſt. At nemo inficiabitur, cur hujuſmodi reſervationes inducerentur, in cauſſa fuiſſe tum electiones ultra tempus protractas, tum frequentes Reges inter, ac Pontifices, præſertim Avenionenſi ſchiſmate vigente, diſcordias, tum demum vel maxime gravia eligentes inter, & electos diſſidia plerumque ad Sedem Apoſtolicam delata.

Verum quum hujuſmodi reſervationibus non modo Canonicorum Collegia, verum & Reges, ac Principes undique, ac fortiter reclamarent; hinc primum in Concilio Baſileenſi prorſus abrogatæ ſunt, illa tantum excepta, qua beneficia in Curia vacantia Roman. Pontifici reſervabantur. At non ubique Baſileenſe Decretum æque obtinuit; quinimmo ipſamet Gallia, ubi non modo ſummo plauſu exceptum, verum & in Comitiis Bituricenſibus ann. 1438. auctoritate Regis probatum eſt, atque adeo in Pragmaticam Sanctionem conjectum, non diu Canonicas electiones retinuit, Pontificibus adverſus Pragmaticam ſanctionem ſtrenue agentibus. Qua de re ſucceſſu temporis Concordatis inter ipſos Rom. Pontifices, & ſæculares Poteſtates initis, res varie tranſacta eſt.

In Germania pactis conventis inter Fridericum III. alioſque Principes, & Nicolaum V, electiones Capitulis Cathedralium reſtitutæ ſunt. In Gallia ex Concordato inter Franciſcum I & Leonem X, Rex nominat Epiſcopos. Ac demum Catholici Hiſpaniarum Reges tum Indulto Adriani IV, tum vel maxime antiquiſſimo regii patronatus jure omnes Hiſpanienſium Eccleſiarum Epiſcopos eligunt.

Pro regno Neapolitano ex Concordato inter Clementem VII. & Carolum V anno 1529 inito Rex nominat, eligitque Epiſcopos ad viginti quinque Eccleſias Cathedrales Regni Neap. tanquam regii patronatus; octo ſcilicet Archiepiſcopales, & ſeptemdecim Epiſcopales. Archiepiſcopales ſunt: Acheruntina cum Materana, Brundùſina, Hydruntina, Rhegina, Tarentina, Tranenſis, Salernitana, & Lancianenſis. Epiſcopales vero ſunt, Acerrarum, Aquilæ, Ariani, Cajetæ, Caſerræ, Caſſani, Caſtri Stabienſis, Crotonæ, Galliopolis, Juvenatii, Monopolis, Motulæ, Uriæ, Potentiæ, Puteolorum, Tropeæ, & Ugenti.

Illud poſtremo in Regno Neap. ſervatur, ut Epiſcopatus, ac reliqua beneficia omnia nonniſi regnicolis, vel jura civitatis habentibus omnino conferenda ſint ex Caroli VI Imp. Reſcripto; *Tom.* II. Privileg. Neap. & quidem poſt acrem cum Rom. Curia concertationem. Id quod ratum habuit lex Concordatorum anni 1741, *cap.* VIII, *art.* I.

Hic obſervare abs re non eſſe videtur, moris olim fuiſſe in Regno Neapolit., ut bonorum Eccleſiarum vacantium adminiſtrationem Bajuli, ſive inferiores Judices in Civitatibus, oppidiſque conſtituti ſuſciperent. Quod vero hi non ita *fideliter, & ſtudioſe hoc ſervitium peragebant, ſed male tractabant, & cuſtodiebant res ipſarum Eccleſiarum:* hinc Rogerius Rex Northmannus Conſt. *Pervenit.* Tit. *de adminiſtr.*

rer.

Digitized by Google

gubernabantur. Poſtquam autem unuſquiſque eos, quos baptizaverat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto orbe terrarum decretum eſt, ut unus de Presbyte-

---

ren. Eccleſ. in hunc modum ſancivit. *Quia omnes Eccleſias Regni noſtri, & ſpecialiter ipſas, quæ Paſtoribus carent, in manu, & protectione noſtra habemus, Nolentes, ut res Eccleſiarum illarum in aliquo minuantur, vel defraudentur; ſtatuimus, & ſancimus, ut deinceps ſi quis Archiepiſcopus, vel Epiſcopus Regni noſtri deceſſerit, res ipſius Eccleſiæ in cuſtodia, & cura trium de melioribus, & fidelioribus, nec non & ſapientioribus perſonis ipſius Eccleſiæ ad cuſtodiendas, & conſervandas eas ad opus Eccleſiæ, uſquedum de paſtore in eadem Eccleſia provideatur, committantur. Eo tamen modo, ut de reditibus & proventibus ipſius Eccleſiæ ad uſum ſervientium ibidem morantium neceſſaria rationabiliter, & ſufficienter miniſtrentur: & ex eis ipſi Eccleſiæ multum bene, & rationabiliter ſerviatur, reſiduum ab ipſis cuſtodibus ad opus ipſius Eccleſiæ ſalve, & integre cuſtodiatur; donec ibi paſtor fuerit conſtitutus. Conſtituto autem in Eccleſia paſtore, quidquid de rebus, & introitibus ipſius Eccleſiæ remanſerit, ipſi paſtori eorum aſſignent, & ei rationem inde reddant.* Secutis temporibus in Epiſcopatibus dumtaxat regiæ nominationis hoc jure uſi ſunt Reges Neapolitani.

Per Pontificias reſervationes ſicuti Capitula Cathedralium jure eligendi, ita Metropolitæ jure confirmandi, & conſecrandi exciderunt. Unde Jure noviſſimo omnium prorſus Epiſcoporum, etiam illorum, qui a Regibus nominantur, & eliguntur, confirmatio, & conſecratio R. Pontifici eſt reſervata. Illud dumtaxat diſcriminis agnoſcitur inter electos a Papa, & nominatos a Regibus, quod hi confirmatione omnino indigeant, contra vero illi; quum ipſa per R. Pontifices ad Epiſcopatum promotio confirmationis robur habeat.

Quamvis autem vetus Eccleſiaſtica de electione diſciplina pene abolita ſit, adhuc tamen de perſona eligenda adcurata inquiſitio facienda eſt. Ergo R. Pontifex electionem confirmaturus tria potiſſimum de electi perſona inquirit: ſcilicet ætatem legitimam, morum honeſtatem, & ſufficientem doctrinam. Ex quibus omnibus Acta conflari debent, & quidem ex Conſtitutionibus Gregorii XIV, & Urbani VIII.

Hujuſmodi porro Acta Romæ conficiuntur, ſi quæſtio ſit de Epiſcopis Italiæ atque Inſularum adjacentium: componuntur vero in Provinciis, ſi agatur de Epiſcopis, qui ſedem Epiſcopalem habent extra maria, & montes. Quoniam vero ob gentium, & morum varietatem ubique eadem norma obſervari nequit: hinc ſcite Tridentini Patres ſanxere, ut in unaquaque Provincia Metropolita cum Epiſcopis Provincialibus methodum, quæ obtinere debeat, hac de re præſcribat. Porro in Epiſcopatibus Italiæ, atque inſularum adjacentium ex Conſtitutione Clementis VIII pars, & quidem præcipua Actorum eſt improviſum examen coram Pontifice, Cardinalibus, Prælatis, Theologis, & Canoniſtis ad id ſelectis a promovendo ſubeundum, a quo, ſi Cardinales excipias, nemo ſane poteſt eximi.

Actis Romæ concinnatis, vel ex Provinciis Romam perlatis, in iiſque electi prærogativis expoſitis, ſtatim ea committuntur examini Card. Relatoris, & aliorum trium Cardinalium, qui iis ſubſcribunt, ſimul proteſtantes ſe omni omnino adhibita cura, & diligentia ea in electo inveniſſe, quæ a jure, & a Synodo Tridentina requiruntur. Hæc a Cardinali Relatore Pontifici exponuntur in Conciſtorio; in quo tamen Pontifex electionem confirmare nequaquam ſolet, ſed rem in alio conciſtorio definiendam relinquit. In priori *Præconizatio*, in altero *Propoſitio* fieri dicitur.

Cæterum jure Neap. novis electis, vel etiam conſecratis Epiſcopis nullum permittitur Epiſcopalis poteſtatis munus exercere, niſi prius Litteris Pontificiis regium Placitum acceſſerit, & corporalem adepti ſint poſſeſſionem.

Moshemius H. E. Sæc. XI, part. II, cap. II, n. V. Neceſſe eſt, ut de hoc ritu Epiſcopos & Abbates per annulum & baculum inaugurandi nonnulla diſputem: male enim a mul-

byteris ELECTUS *ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, & Schiſmatum ſemina tollerentur.* (Et alibi) *Quod autem poſtea*

unus

a multis hanc rem intelligi, ab aliis parum ſcienter explicari video. In quibus ipſum Henr. Noriſium mihi ponere liceat: qui tametſi *Hiſtoriæ inveſtiturarum cap.* III, p. 56, ubi de cauſſis agit, quibus Gregorius inductus fuit, ut *inveſtituras* prohiberet, multa non inepte diſſerit & melius, quam alii, non tamen negotii hujus naturam ex toto perſpicit & quædam ſcitu neceſſaria prætermittit. *Inveſtitura* Epiſcoporum & Abbatum in ſe ſpectata ſine dubio eo tempore cœpit, quo Imperatores, Reges, Principes Europæ illis prædia, ſylvas, agros, caſtella poſſidenda & utenda dederunt. Jure enim horum temporum, quod nondum deſiit, ſic comparatum erat, ut qui Imperatorum & Principum beneficio terras & alia tenerent, pro legitimis poſſeſſoribus non ante haberentur, quam aulam adiiſſent, fidem ſupremo Domino Sacramento promiſiſſent, atque ſignum tranſlati & conceſſi dominii ex manu ejus accepiſſent. At modus per annulum & baculum, quæ ſacri muneris inſignia ſunt, Epiſcopos & Abbates inaugurandi ſeu *inveſtiendi* recentior eſt & eo demum tempore introductus, quo Imperatores & Reges electionibus, quas leges Eccleſiaſticæ præcipiunt, ſublatis, poteſtatem ſibi ſumebant Sacerdotia & Abbatias pro lubitu ſuo non conferendi tantum, ſed etiam vendendi. Porrigebant primum Imperatores & Reges ſacri ordinis viris easdem notas collatæ poſſeſſionis & uſus, quas militibus, equitibus, comitibus & aliis tradere ſolebant, thronum clientum more accedentibus, tabellas, virgulas & alia. Humbertus, Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, qui ante motam a Gregorio de *inveſtituris* litem ſcripſit, *Libro* III *adveeſus Simoniacos* c. XI, in Martene *Theſauro Anecdotor. Tom.* V, p. 787, *Poteſtas ſæcularis*, inquit, *peimo ambitionis Eccleſiaſticarum dignitatum vel poſſeſſionum cupidis favebat peece, dein minis, deinceps verbis conceſſivis: in quibus omnibus cernens ſibi conteadictorem neminem, nec qui moveret pennam, vel apeeiret os & ganniret, ad majora progreditur, & jam ſub nomine* INVESTITURÆ DARE PRIMO TABELLAS, *vel* QUALESCUMQUE PORRIGERE VIRGULAS, *dein* BACULOS . . . *Quod maximum nefas ſic jam inolevit, ut id ſolum Canonicum ceedatur, nec quæ ſit Eccleſiaſtica regula ſciatur aut attendatur.* Atque hæc conſuetudo *Clericos* & *Laicos* eadem forma inaugurandi ſeu *inveſtiendi*, ſine dubio haud mutata fuiſſet, niſi *Clerici*, quibus jus & poteſtas erat, Epiſcopum & Abbatem eligendi, ſpem Imperatorum & Principum arte feſelliſſent. Mortuo ſive Epiſcopo, ſive Abbate, illi, qui ſuum eſſe contendebant ſucceſſorem creare, ſine mora ex ordine ſuo aliquem in defuncti locum ſufficiebant, eumdemque conſecrari curabant. Conſecratione facta, neceſſe erat, ut ſive Imperator, ſive Princeps, qui dignitatem illam ipſe aut amicorum ſuorum cuidam dare, aut vendere etiam, conſtituerat, a propoſito deſiſteret, atque electum & conſecratum probaret. Non capit hic locus exempla & teſtimonia prudentiæ hujus tam Canonicorum, quam Monachorum, per quam Imperatorum & Regum expectationem Provincias ſacras aut conferendi aut vendendi fruſtrari ſolebant. At multa ex decimi ſæculi monumentis colligi poſſunt. Hinc ſupremi imperantes, ne poteſtatem hac ratione amitterent præfecturas ſacras, quibus ipſi vellent, committendi, inſignia ſacri muneris, baculum & annulum, ſtatim poſt obitum Epiſcopi ad ſe mitti jubebant. Nam per baculum & annulum poteſtas tradi jure Eccleſiæ ſolet: nec idcirco, ablato baculo & annulo, is, quem forte Clerici ſuffragiis ſuis Epiſcopum deſignaverant, ſolemni ritu conſecrari poterat. Omnis vero electio, quæ conſecratione nondum firmata erat, ſine crimine irrita reddi poterat: nec Epiſcopo, niſi conſecrato, munere ſuo fungi licet. Simulatque igitur procerum ſacræ civitatis aliquis decedebat, aut urbis, in qua vivebat, magiſtratus, aut Provinciæ præfectus, baculum ejus & annulum auferebat & ad aulam mittebat. Ebbo *in vita Ottonis Bambergenſis*, qui in Henrici IV aula vixit, *Lib.* I, §. 8, 9, *in Actis Sanctor. menſis*

Julii

…unus electus eſt, qui cæteris præponeretur, in Schiſmatis remedium factum eſt, ne unuſquiſque ad ſe trahens Chriſti Eccleſiam rumperet. Nam & Alexan-

---

Julii Tom. I, p. 426. *Nec multo poſt annulus cum virga paſtorali Bremenſis Epiſcopi ad aulam regiam translatus eſt. Eo ſiquidem tempore Eccleſia liberam electionem non habebat . . . . ſed cum quilibet antiſtes viam univerſæ carnis ingreſſus fuiſſet, mox Capitanei civitatis illius annulum & virgam paſtoralem ad palatium tranſmittebant, ſicque regia auctoritate, communicato cum aulicis conſilio, orbatæ plebi idoneum conſtituebat præſulem . . . Poſt paucos vero dies rurſum annulus & virga paſtoralis Babenbergenſis Epiſcopi Domino Imperatori tranſmiſſa eſt. Quo audito, multi nobiles . . . ad aulam regiam confluebant, qui alteram harum prece vel pretio ſe comparare tentabant.* Imperator ſive Rex annulum hunc & baculum deinde tradebat cui placebat: quo facto, is qui hac ratione inauguratus & Epiſcopus deſignatus erat, ad Metropolitanum, ad quem conſecratio pertinebat, accedebat, eique annulum & baculum ab Imperatore acceptum reddebat, ut ex ejus manu hæc poteſtatis ſuæ inſignia denuo acciperet. Bis igitur annulum & baculum novi Epiſcopi & Abbates accipiebant: primum ex manu Regis ſeu Imperatoris, deinde a Metropolitano, a quo conſecrabantur. Humbertus *Lib.* III *contra Simoniac.* c. VI, *Tom.* V *Theſauri Anecdot. Marteniani* p. 779. *Sic encæniatus* (ab Imperatore inveſtitus) *violentus invadit Clerum, plebem & ordinem dominaturus, quam ab eis cognoſcatur, quæratur aut petatur. Sic Metropolitanum aggreditur, non ab eo judicandus, ſed ipſum judicaturus . . . . Quid enim ſibi jam pertinet aut prodeſt baculum & annulum, quos portat,* Reddere ? *Numquid quia a laica perſona dati ſunt? Cur redditur, quod habetur, niſi ut aut denuo res Eccleſiaſtica ſub hac ſpecie juſſionis vel donationis vendatur, aut in priori venditione corroboranda a Metropolitano ſuiſque ſuffraganeis ſubſcribatur, aut certe ut præſumtio laicæ ordinationis pallietur colore & velamento quodam diſciplinæ clericalis?*

Jus Epiſcopale.

Quiſnam Regum aut Imperatorum princeps conſuetudinem hanc ſacræ civitates proceres per baculum & annulum deſignandi invexerit, perobſcurum eſt. Adamo Bremenſi Auctore, *Hiſt. Eccleſ. Lib.* I, *cap.* XXXII, *p.* 10, XXXIX, *p.* 12, in Lindembrogii *Scriptor. Septemtrion.* ſæculo jam nono, Ludovicus Pius novis Epiſcopis, baculo ſeu pedo tradito, jus fruendi bonis Eccleſiarum, quibus præerant, conceſſit. Sed ſuſpicor, Adamum ex more ætatis ſuæ, ſæculi nempe undecimi, de ſuperiorum temporum rebus loquutum eſſe. Nono enim ſæculo Imperatorum, & Regum plerique adhuc, Cleri ac populi ſuffragiis, antiſtites creari patiebantur: neque idcirco inaugurati one ejuſmodi opus erat. Adde, quæ Dan. Papebrochius in *Actis Sanctor.* Tom. I Febr. pag. 557, contra *Adamum* monuit. Humbertus *Libro* III, *contra Simon.* cap. VII, p. 780, & c. XI, p. 787, Ottonis M. ætate morem hunc cœpiſſe, perhibet: & puto fere verum ab eo dici. Nihil certe viri eruditi, qui dedita opera de origine inveſtiturarum egerunt, Ludov. Thomaſſinus *in Diſciplina Eccleſiæ circa benef.* Tom. II, L. II, pag. 434, & Natal. Alexander *Selectis Hiſtor. Eccl. capit. Sæc.* XI, XII, Diſſ. IV, p. 725, attulerunt, quod ab hac nos dimovere ſententia poſſit. Narrat idem Humbertus l. c. c. VII, p. 780, Henricum Imperatorem, Conradi filium, (is Henricus eſt III, cognomine *Niger*) abrogare *inveſtituram* hanc voluiſſe, ſed multis rebus impeditum haud potuiſſe: Henricum vero I Galliæ Regem, omnia turbaſſe atque ultra omnem modum Simoniæ ſtuduiſſe: in quem idcirco vehementiſſime invehitur.

In hac autem Epiſcoporum, & Abbatum per annuli & baculi traditionem inaugurati one, duo in primis Romanos antiſtites offendebant. Primum, quod per eam antiquum jus Epiſcopos & Abbates eligendi funditus everteretur, & poteſtas ſanctioris reipublicæ proceres conſtituendi Imperatoribus, & Regibus ſolis vendicaretur. Quæ quidem ratio honeſtiſſima, & religionis hujus ætatis

xandriæ a Marco Evangeliſta uſque ad Heracleam & Dionyſium Epiſcopos , PRESBYTERI SEMPER UNUM EX SE ELECTUM IN EXCELSIORE GRADU

præceptis plane congruens videbatur. Deinde hoc illi moleſtiſſime ferebant, quod ſacræ poteſtatis inſignia, baculus nimitum, & annulus, Laicorum, id eſt profanorum manibus, traderentur: quod quidem a ſacrilegio proxime remotum putabant. Longa eſt hac de re Humberti querimonia, qui, quod jam animadverti, ante certamen Gregorii, & Henrici ſcripſit, *Lib.* III *contra Sim.* c. VI, p. 779, 795. Apponam quædam ejus verba: *Quid ad laicas pertinet perſonas ſacramenta Eccleſiaſtica & Pontificalem ſeu Paſtoralem gratiam diſtribuere, camyros ſcilicet, baculos & annulos, quibus præcipue perficitur, militat, & innititur tota Epiſcopalis conſecratio? Equidem in camyris* (id eſt, in curvis, & leviter a ſummo inflexis) *baculis . . . deſignatur quæ eis committitur cura paſtoralis . . . . Porro annulus ſignaculum ſecretorum cœleſtium indicas, præmonens prædicatores, ut ſecretam Dei ſapientiam cum Apoſtolo deſignent . . . . Quicumque ergo his duobus aliquem initiant, procul dubio omnem paſtoralem auctoritatem hoc præſumendo ſibi vendicant.* Neque ſtulta hæc eſt ratio, ſi non ex noſtris, ſed ſæculi opinionibus æſtimetur: quo quidem baculus, & annulus notæ rerum ſacrarum erant, & is, qui has notas tradebat, ipſam cum illis ſacram poteſtatem tradere putabatur.

Hæc ante oculos ſibi ponens, videbit primum, quæ cauſa Gregorium VII moverit, ut inaugurationibus Epiſcoporum per annulum & baculum tantopere infeſtum ſeſe præberet. Primo Concilio Romano intactas relinquebat *inveſtituras*, & *Simoniam* tantum abrogari, vetuſque jus eligendi collegiis Sacerdotum & Monachorum reſtitui volebat. Nec plura ſuperiores Pontifices flagitaverant, qui *Simoniam* oppugnaverant. At cum deinde cognoſceret, *inveſtituram* poteſtati Regum & Imperatorum Sacerdotio majora conferendi & quæ huic comes erat, *Simoniæ*, ita eſſe innexam, ut ab his divelli vix poſſet, eam etiam, quo malum radicitus tolleretur, quod deletum cupiebat, aggrediebatur. Ex his etiam vera ratio belli inter Pontificem & Imperatorem clarius cognoſcitur. Non *inveſtituram* in univerſum & in ſe ſpectatam oppugnabat Gregorius, ſed illud *inveſtituræ* genus, quod tum temporis uſitatum erat. Non impediebat ille, quominus Epiſcopi & Abbates fidem Regibus & Imperatoribus jurejurando promitterent, eorumque ſeſe *vaſſallos* ſeu clientes profiterentur: neque *inveſtituram*, quæ vel ore, vel ſcripto, fiebat, prohibebat, quia potius hanc *inveſtiendi* rationem Galliæ, & Angliæ Regibus permittebat: ſorte etiam, quod poſtea Calliſtus II ſceptrum adhiberi conceſſiſſet. At *inveſtituram* per muneris ſacri inſignia, multo minus *inveſtituram* ante conſecrationem, minime omnium *inveſtituram* liberas electiones Epiſcoporum & Abbatum tollentem, ferre nolebat.

Hæc Moshemius, qui licet Proteſtantium ſectam profiteatur, minus tamen inique ſentit, quam plures Catholici.

Ludovicus Maimburgius dans l'hiſtoire de la decadence de l'empire lib. II, ad annum 1080, p. 273, edit. Pariſ. Mais d'autre part, ceux, qui ont defendu la cauſe des Rois & des Empereurs, ainſi que firent, environ ce temps là Waltram Eveſque de Naumbourg pour l'Empereur Henry IV, & le célebre Ives de Chartres pour le Roi de France Philippe I, répondent à toutes ces raiſons d'une maniére qu'ils croyent etre fort raiſonnable. A la premiére, ils diſent, qu'ils faut corriger les abus, ſans entreprendre d'abolir la choſe de laquelle on abuſe, ſi elle n'eſt pas mauvaiſe d'elle meſme; qu'en ſuite ſi les Rois & les Empereurs prennent de l'argent pour conferer les benefices, ou qu'ils les donnent à des gens, qui en ſoient tout-à-fait indignes, il faut tacher de faire en ſorte, qu'ils s'en corrigent, & ne pas entreprendre, de leur oter le droit, & le pouvoir, dont ils ſont en poſſeſſion, ſans que les autres Papes y ayent jamais trouvé rien à redire: outre que, diſent ils, la ſimonie ſe peut auſſi-bien s'attachet à la voye de l'election, qu'a celle de l'inveſtiture ou de la collation des bene-

DU COLLOCATUM NOMINABANT, quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de ſe, quem induſtrium noverint, & Archidiaconum vo-

nefices, & meſme plus facilement, parce que des particuliers, qui ont part à l'election, peuvent etre tentez de recevoir de l'argent, pour donner leur voix, plûtot que les Princes, qui n'en ont pas tant beſoin qu'eux, & qui pour l'ordinaire ont l'ame plus grande & plus genereuſe. A la ſeconde raiſon, ils répondent, que ces canons & ces decrets ſont des reglemens Ecclesiaſtiques, qui n'etant pas de droit divin, ſon ſujets au changement, ſelon la diverſité de temps & de circonſtances, comme on le peut prouver par mille exemples, & qu'il faut ſuivre en cela l'uſage, qui eſt aprouvé & receû, particulierement ſi l'eſt depuis long temps; qu'on ne doit pas entreprendre d'abolir one coutume établie de la ſorte, & qui n'a rien, qui ſoit contre la foi. Or il eſt tres certain, ajoutent ils, que meme fort long temps avant le Pape Adrien I, qu'on prétend avoir confirmé à Charle Magne le droit des inveſtitures, les Rois Dagobert, Sigebert, Thierri, Theodobert & Childeric, ont fait Eveſque ſaint Amand, ſaint Omer, ſaint Eloy, ſaint Lambert, & pluſieurs autres, qui n'on fait nulle difficulté de recevoir l'inveſtiture de ces princes, comme on l'a toujours receûe depuis ſans ſcrupule! outre qu'Ives de Chartres dit, que ce decret du huitieme concile ſe doit entendre de l'election, que les Empereurs d'orient ſelon la coutume de ce temps là devojent laiſſer libre au Clergé, mais non pas de la conceſſion, c'eſt à dire, du pouvoir, qu'ils avojent d'inveſtir du patriarcat, ou celuy, qu'on auroit êlû, ou quelque autre s'ils ne vouloient point de celuy-la. Enfin ils croyent pouvoir détruire tres facilement la troiſieme raiſon, en diſtinguant deux choſes dans un Eveſché, le temporel, & le ſpirituel: le temporel ſont les grandes richeſſes, les ſiefs, le terres, & les autres biens, que les Egliſes ont receus des Princes & des autres avec leur permiſſion & leur agrément; le Spirituel eſt le pouvoir ſacré, & cette autorité toute divine, que Jeſus-Chriſt même a voulu attacher à l'Epiſcopat. Les Eveſques ne reçoivent le ſpirituel en vertu de leur ordination, que de celuy, qui les conſacre; & les Princes ne leur donnent l'inveſtiture, qu'à l'égard du temporel: de ſorte, qu'à parler exactement, on doit dire, qu'ils leur donnent l'Eveſché, qui a tant de revenu, mais non pas l'Epiſcopat, qui eſt un ordre tout ſaint, & tout ſpirituél, que les Eveſques ne reçoivent, que par leur conſecration, & l'impoſition des mains, ſans laquelle ils n'ont nul pouvoir de gouverner leur dioceſe. Et comme l'Election, qui venoit autrefois des laiques auſſi bien que du clergé, & qui donnoit nullement ce pouvoir & cette autorité ſpirituelle, ſe faiſoit avant la conſecration; auſſi l'inveſtiture la devoit préceder, aprés quoy l'Eveſque inveſti ou elû par le prince ſe faiſoit conſacrer. Quant à ce que l'inveſtiture ſe donnoit par la Croſſe & par l'Anneau, qu'importe, dit le Ives de Chartres, que les Rois la donnent en ceremonie par ce ſigne exterieur, ou par quelque autre, puiſque par là ils ne prétendent rien de donner ſpirituel, mais ſeulement le temporel de l'Eveſché? Ainſi la Croſſe & l'Anneau, dit un autre, ſont comme il plait aux hommes, un ſigne tantot du ſpirituel & tantot du temporel, à differens égards, du temporel, quand le Prince le donne à celuy, qu'il choiſit pour etre Eveſque; & du ſpirituel, lorſque le Metropolitain, qui conſacre l'élû luy met la Croſſe entre les mains & l'Anneau dans le doigt. Ils ajoutoient à tout cela, qu'en otant aux Empereurs & aux Rois le droit d'inveſtiture, on leur faiſoit une injuſtice manifeſte. Car puis qu'ils avojent donné aux Eveſques de ſi grands biens, & tant de riches fiefs, qu'ils poſſedoient, & qui ne pouvoient plus retourner au Prince, parce qu'etant attachez aux Eveſchez, qui ne meurent point, ils devoient etre aprés la mort des Eveſques à leurs ſucceſſeurs: il falloit du moins, que ces Princes euſſent la liberté de la donner à ceux, qu'ils choiſiroient, & deſquels ils puſſent s'aſſeûrer, pourveû que d'ailleurs ils fuſſent capables & dignes d'etre Eveſques. Que s'ils ne vouloient pas dependre des

vocent. Ex hiſce Hieronymi verbis intelligimus, in Diœceſanorum Epiſcoporum inſtitutione cautum fuiſſe, ut ii ab Presbyteris, quibus præficiendi erant, eligerentur; idque tum in Eccleſiis omnibus, tum etiam in Alexandrina cuſtoditum fuiſſe. Optima id ſane ratione factum quis neget? Nam cum ab initio Diœceſana poteſtas fuerit penes Presbyteros, ſi poſtea eorum unus deligendus fuit, cui hæc ipſa Diœceſana poteſtas mandaretur, æquum ſane erat, ut ab iis ipſis eligeretur, quorum muneri, partibus, ac poteſtati Vicarius ſuccederet.

§. VI. Turbulenta, ac ſeditioſa putanda eſt illorum ratio, & Oratio, qui non ſolum Cleri, ſed & populi ſuffragia flagitanda, flagitataque olim eſſe contendunt. (David Blondellus Apol. pag. 379, & in tractat. de jur. plebis in regim. Eccleſ., Maſonius Conſecrat. Of. Biſhops Lib. IV, cap. IV, pag. 159, 160, Andrews Reſp. ad Apolog. Beh. cap. 13, pag. 313, Marcus Antonius de Dominis de Rep. Eccl. Lib. III, cap. XIII, n. 42, Richerius Hiſt. Concil. Lib. I, cap. XII, n. XVIII, Juſtell. Not. in can. VI Concil. Chalced. Tom. I, pag. 92.) Populum in electionibus Epiſcoporum teſtem extitiſſe invenio (*b*), ſuffragatorem fuiſſe nuſquam reperio.

Empereurs, & des Rois, en prenant d'eux l'inveſtitore, ils etoient donc obligez de leor rendre leur biens, qu'ils en avoient receû, & pour le quels ils en devoient dependre, conformement á ce qu' Ives de Chartres a cette meme occaſion, rapporte de Saint Auguſtin, qui dit: Otez aux Empereurs leurs droits, qui pourra dire avec juſtice, voila ma poſſeſſion, voila ma maiſon? N'allez pas dire qu' ay *je* á faire du Roy, ou ſuffrez, qu'on vous diſe en meme temps qo'avez-vous á faire de rien poſſeder? C'eſt par le droits du Roy, qui peut donner ce qu'il luy plait, que vous poſſidez ces grands biens: vous avez dit, je n' ay que faire du Roy, ne dites donc plus, voila mes biens, voila mes terres, parce que vous voulez detroire ce droit, par lequel vous pouviez poſſeder ces belles terres, & ceox grandes Seigneuries. Voila ce qo'on diſoit en ce temps la de part, & d' autre ſur ce grand differend des inveſtitures.

Scriptores veteres, qui pro Gregorio militant, præcipuos collegit Jac. Greterus, Jeſuita celeberrimus, *in Apologia pro Gregorio* VII, quæ & ſeparatim & *Tomo* VI *Operum* ejus edita eſt; qui Henricum IV defenderunt, Melch. Goldaſtus in *Replicatione contra Gretſerum & Apologia pro Henrico* IV, *Hanov.* 1611, 4. Ex recentioribus præter *Centuriatores Magdeburgenſes*, Baronium, rerumque Germanicarom & Italicarum, vitæ item celeberrimæ Mathildis ſcriptores, conſuli poſſunt Schilterus de libertate Eccleſiæ Germanicæ Lib. IV, pag. 481, Chriſt. Thomaſius *Hiſtoria contentionis inter imperium & ſacerdotium*, Henr. Meibomius *Libro de jure inveſtituræ Epiſcopalis Tom.* III. *Scriptor. rer. Germanicar.* Juſt. Chr. Dithmarus *Hiſtoria belli inter imperium & ſacerdotium. Francof.* 1714, 8, & alii. Doctrina hos omnes ſuperat Henr. Noriſius, vir magnus, in *Hiſtoria delle inveſtiture delle dignità Eccleſiaſtiche*, quæ poſt ejus mortem *Mantuæ* 1741, *fol.* edita eſt, opus pereruditum, verum imperfectum & mutilum, &, quod in Pontificum amico ſeo *Cardinali* mirandum non eſt, in Pontificum adverſarios & Imperatores periniquum. Conferri etiam cum fructu poterunt Jac. Maſcovii *Commentarii de rebus imperii Germ. ſub Henrico* IV, & V, *Lipſ.* 1749, 4.

(b) H bert. Archierat. p. 456. Plena illa & abſoluta per populum electio, numquam Eccleſiæ præſertim Græcæ placuit, bene quidem conſenſus plebis & approbatio, vel etiam poſtulatio, ſed *electio neutiquam*. Sixt. Senenſ. Bibliothec. lib. V, adnot. CXVIII.

rio. Aſtipulatores habeo longe graviſſimos Divum Cyprianum in Epiſt. LXVIII: *Diligenter de traditione divina, & Apoſtolica obſervandum, & tenendum eſt, quod apud nos quoque, & fere per PROVINCIAS UNIVERSAS TENETUR, ut Epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſime novit, & uniuſcujuſque actum de ejus converſatione proſpexit*. Theodoretum Lib. IV, cap. 22, ubi ait, *rejectum fuiſſe a Petro Alexandrino Lucium, quod non ſuffragio legitimorum Clericorum, non POSTULATIONE plebis electus fuerit, SICUTI ECCLESIASTICÆ LEGES REQUIRUNT*. S. Leonem Magnum Epiſt. LXXXIV ad Anaſt. cap. 5. *Cum de ſummi Sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem Cleri, plebiſque conſenſus concorditer poſtulavit .... expectarentur vota civium, TESTIMONIA POPULORUM, quæretur honoratorum arbitrium, ELECTIO CLERICORUM: quæ in Sacerdotum ſolent ordinationibus ab his, qui NOVERUNT PATRUM REGULAS CUSTODIRI.*

§. IV. Nec argumenta, quibus nituntur Adverſarii, tanti ſtant, ut a noſtra ſententia noſmet dimoveant. Non illud, quod ex Cardinalis Cuſani Libro II de Concord. c. 32, deprompſit Edmundus Richerius, *Sicut in Matrimonio carnali, ſic in Eccleſia unum corpus ſpirituale conſtitui debere ex Epiſcopo, & plebe, ac proinde conſenſum plebis neceſſarium videri, quoniam non eſt dubium, inter Epiſcopum & Eccleſiam Matrimonium eſſe*. Dixi equidem, & dico, unam tantum ſub Sole eſſe Chriſti Eccleſiam; hanc Epiſcoporum omnium ſponſam eſſe; Epiſcopatum unum eſſe, cujus partes a ſingulis in ſolidum tenentur: hunc Epiſcopatum eſſe unum unius Eccleſiæ ſponſum; Matrimonii hujuſce vinculum, atque conſenſum non in electione, ſed in Conſecratione ſitum eſſe. (Vid. ſupra Part. II, Qu. II, §. 4.) Haud majus nobis negotium exhibet illud, quod Moshemius Inſt. H. E. Sæc. I, part. I, §. 4, aliique objiciunt, Mathiam populi ſuffragiis in duodecim Apoſtolorum numerum fuiſſe relatum. (c) Nam Chryſoſtomus in Act. Apoſt. hom. 3 teſtatur, Petrum potuiſſe quidem per ſe ipſum Mathiam in locum Judæ ſubrogare, ſed modeſtia uſum de ſuo jure deceſſiſſe. Septem autem Diaconos ab Apoſtolis creatos fuiſſe *Fideli populo eorum probitatem confirmante, ne quis indignus obreperet*, fidem no-

---

CXVIII. Si recte utriuſque Doctoris (Origenis & Cypriani) verba expendantur, neuter eorum jus eligendi Epiſcopum populo attribuit, ſed hoc tantum fuiſſe indicant a rectoribus Eccleſiæ plebi conceſſum, ut ipſi, *populo præſente* ſub oculis omnium deligerentur, ut digni atque idonei publico judicio comprobarentur, ne ulla poſt ordinationem retractandi occaſio remaneret, unde & Lampridius, ſcriptor a noſtra religione alienus, in vita Alexandri Aug. refert, conſueviſſe prius nomina eorum, qui Eccleſiæ præficiendi erant, proponi palam, *ut ſi quid contra eum populus haberet, id in medium proferret*, cætera.

Bellarm. de Clericis lib. I, c. VIII. Jus eligendi ſacrum Pontificem cæteroſque Eccleſiæ Paſtores & Miniſtros, *non convenit populo jure divino*. Sed ſi quid aliquando in hac re populus potuit, id totum habuit ex conniventia vel conceſſione Pontificum.

(c) Grotius de Imp. Sum. poteſt. circa ſacra cap. X, §. 4, aſſerit, ex tota Hiſtoria novi teſtamenti non conſtare, Presbyteros a Plebe fuiſſe electos.

Digitized by Google

nobis facit D. Cyprianus epiſt. 68, pag. 256, edit. Ven. 1728. Nullius autem momenti putantur quorumdam Patrum effata, qui verborum licentia quandoque exultarunt, ſecundaſque populi admurmurationes, plauſuſque appellarunt *aſſenſum*, *ſuffragium*, *electionem*. (Bingham. O. E. Lib. IV, cap. II, §. 2, & ſeq.) Quod ſi etiam aliquando & a populo ſuffragia lata ſunt, nil inde adverſus noſtram ſententiam erui poteſt. Non enim factis, ſed juris regulis Eccleſiæ poteſtas eſt dimetienda. Nec aliud initium hac in re, ac fundamentum habet populus, quam regulam illam Apoſtolicam, quæ jubet Epiſcopum *irreprehenſibilem eſſe debere, ac bonum habere teſtimonium*. I ad Timoth. III, 2, 7. Populus igitur intra cancellos ſibi ab Apoſtolo circumdatos ſe ſe contineat, & in Epiſcoporum creatione teſtimonium dicat ſuum, at ſuffragii ferendi curam Clero relinquat, totius vero rei Confirmationem Patriarchis, atque Metropolitis. (Vid. ſupra Lib. III, Qu. XXXIII.)

QU.

Digitized by Google

Q U. XX.

Cujates Cathedralibus Eccleſiis præficiendi?

Alumni, an peregrini?

§. I. HOC quoque a Divo Hieronymo percunctemur, quidque hac etiam de re primis Eccleſiæ temporibus cautum, ſervatum, cuſtoditumque fuerit, noſmet pergat edocere. Is igitur in ſua adeo decantata ad Evagrium Epiſtola nos monet: *Poſtquam decretum fuit, ut unus de Presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, Presbyteros* SEMPER UNUM EX SE ELEGISSE, *quem in excelſiore gradu collocarent, ac Epiſcopum nominarent*. Verba illa *unum ex ſe* nullum dubitandi locum relinquunt, quin ex eorum Presbyterorum numero Epiſcopus eſſet ſumendus. Ac ne cui ullus hujuſce rei ſcrupulus remanere poſſet, exemplo rem clariorem efficit, additque: *Quomodo Diaconi eligunt de ſe, quem induſtrium noverint, & Archidiaconum vocant*. Quid clarius, ut intelligamus, Diœceſanum Epiſcopum ejus ipſius Eccleſiæ alumnum eſſe debuiſſe, cui præficiendus erat?

§. II. Si quis eſt, qui in unius Hieronymi teſtimonio minime acquieſcat, is Sanctum Cyprianum conſulat. *Epiſcopus*, inquit ille Epiſt. 68, *deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam* PLENISSIME *novit, & uniuſcujuſque actum de ejus converſatione perſpexit*. At qui unquam populus, cui dandus Epiſcopus erat, ad unguem noſſe potuiſſet Candidatorum mores, vitam, ſingulaſque eorum virtutes, & facta, ſi peregrini, atque advenæ fuiſſent, ſi non in ea Eccleſia *alti* educatique fuiſſent, ac ſtipendia confeciſſent?

§. III. Alios ne teſtes ſuperaddi vis? Adeſt tibi Julius I Summus Pontifex, qui Gregorium Magni Athanaſii loco indignum judicavit eo nomine, *quod eſſet externus homo, non illic baptizatus, nec a Presbyteris, nec a plebe cognitus . . . Non decere ſic præter jus, faſque, & contra Eccleſiaſticos canones ordinari quemquam, ſed in ipſa Eccleſia, ex ipſo Sacerdotali ordine conſtitui oportere*. (Jul. Epiſt. ad Athan. Apol. 2, Tom. I, pag. 749, edit. Pariſ.) Adſunt Cœleſtinus I, Hilarus, S. Leo Magnus; qui hoc ipſum ſuis juſſionibus confirmant. *Alter in alterius provincia nihil præſumat, nec* EMERITIS IN SUIS ECCLESIIS CLERICIS PEREGRINI, ET EXTRANEI, *& qui ante ignorati ſint, ad excluſionem eorum, qui bene de ſuorum civium merentur, teſtimonio præponantur .... Tum alter de altera eligatur Eccleſia, ſi de Civitatis ipſius Clericis, cui eſt Epiſcopus ordinandus, nullus dignus, quod evenire non creditur, poterit reperiri*. Cœleſtin. Epiſt. II ad Epiſc. Narbon. *Talis protinus* DE CLERO PROPRIO

Bar-

Digitized by Google

INDEX QUÆSTIONUM.

LIBER IV.

PARS I.

De Diœceſanorum Epiſcoporum origine.

QU. I.

Quid eſt Epiſcopatus? Pag. 1

QU. II.

Cedo tempus, quo Sacerdotium bipartitum fuit, ac Presbyteratus ab Epiſcopatu ſejunctus. 7

QU. III.

Quomodo probas primitivarum Eccleſiarum Presbyteros, qui & Epiſcopi vocabantur, non fuiſſe veri nominis Epiſcopos? 10

QU. IV.

Quibus aliis argumentis nobis oſtendis Eccleſias particulares principio ſuis, propriiſque caruiſſe Epiſcopis, eoſque, quibus Eccleſiæ illæ erant commendatæ, quique a Divo Luca, & a Divo Paulo modo Presbyteri, modo Epiſcopi dicuntur, non fuiſſe veri nominis Epiſcopos? 15

QU. V.

Aveo audire aliquem ex Eccleſiæ Patribus, qui eos Presbyteros, qui & Epiſcopi vocabantur, non Epiſcopali, ſed Presbyterali tantum Sacerdotio præditos fuiſſe confirmet. 23

QU. VI.

Epiſcopi nomen quamdiu conſtitit Presbyteris? 28

QU. VII.

Aſſigna tempus, quo Presbyterorum Collegiis Præpoſitos dari cœptum eſt, h. e. quo Diœceſani Epiſcopi orti ſunt. 30

QU. VIII.

Numquid aliud affers, quo ſingulares ſeu Diœceſanos Epiſcopos nonniſi Sæculo primo ad ſenium vergente inſtitutos fuiſſe comprobetur? 37

QU. IX.

Quomodo refellis Aerianorum Iſotimiam? 44

QU. X.

Quomodo probas Epiſcopis Presbyteros eſſe minores? 52

PARS I.

De Juribus mere Epiſcopalibus.

QU. I.

Primum Epiſcopale jus quodnam eſt? Quid habes de charactere Ordinis Epiſcopalis? 71

QU. II.

Alterum Epiſcopale jus quodnam eſt? Sacerdotii dandi poteſtas eſt ne mera veraque Epiſcopalis? 85

QU. III.

Tertium Epiſcopale jus quodnam eſt? Quid habes de Diaconorum ordinandorum poteſtate? 89

QU. IV.

Quartum Epiſcopale jus quodnam eſt? Quantam perſonam cum excellentia, ac præſtantia reliquorum omnium imponis Epiſcopis?

ſeu

Qui honos, quantaque Epiſcopis debetur reverentia? 98

QU. V.

Quintum Epiſcopale jus quodnam eſt? Quanam eſt Jurisdictio pura puta Epiſcopalis? 104

QU. VI.

Sextum Epiſcopale jus quodnam eſt? Equod ſingulare Epiſcoporum inſigne? 108

QU. VII.

Quibus moribus præditi, quibuſque virtutibus ornati eſſe debent ii, qui ad Epiſcopatus ordinem ſunt provehendi? 114

QU. VIII.

Quot annos nati eſſe debent, qui Epiſcopalibus infulis redimiri volunt? 129

QU. IX.

Quibus gradibus ad Epiſcopatum aſcenditur? 132

QU. X.

Quinam dies præſtituti Epiſcoporum Conſecrationibus? 142

QU. XI.

Cedo ritum, quo utitur Eccleſia in conſecrandis Epiſcopis. 146

QU. XII.

Apud Epiſcopales Anglos, ulli ne ſunt veri nominis Epiſcopi? 159

PARS

PARS III.

De Juribus mere Diœceſanis.

QU. I.

Cedo originem ejus Juriſdictionis, qua pollent Epiſcopi non uti Epiſcopi, ſed uti Diœceſani. 167

QU. II.

Aſſentior Hieronymo, unum ex Presbyteris delectum fuiſſe, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret.
At unde habes, delectum hunc Presbyterum Summo etiam Sacerdotio cumulatum fuiſſe? 171

QU. III.

Quiſnam auctor fuit illius Juriſdictionis, qua pollent Epiſcopi, non uti Epiſcopi, ſed uti Diœceſani?
ſeu
Qua auctoritate decretum fuit, ut unus ex Presbyteris Epiſcopatu initiaretur, qui Presbyteralis Imperii clavum teneret? 176

QU. IV.

Scire aveo, quam late paterent primis Eccleſiæ Sæculis Diœceſes Epiſcopales. 178

QU. V.

Suburbia ad Urbis ne Epiſcopatum pertinebant, an ne erant Diœceſes ſeparatæ, ac liberæ? 184

QU. VI.

Singulæ Diœceſes ſingulas ne an plures habebant Eccleſias? 192

QU. VII.

In ſingulis Diœceſibus Chriſtianorum numerus major ne erat, quam ut in unum omnes locum convenire poſſent? 195

QU. VIII.

Epiſcopales primorum temporum Eccleſiæ erant ne ſui juris? 201

QU. IX.

Quæ, quantaque ea poteſtas, quam gerunt Epiſcopi uti Diœceſani? 209

QU. X.

Cedo primum Diœceſanorum officium, & jus.
Verbi divini prædicatio cujus munus? 212

QU. XI.

Quodnam eſt alterum Diœceſanorum officium, ac jus?
Inter munia Diœceſana recenſetur ne etiam Sacramentorum adminiſtratio? 233

QU. XII.

Affer tertium Diœceſanorum officium, ac jus.
Diœceſis cura, ac regimen cujus juris? Num Diœceſani? 247

QU. XIII.

Da quartum Diœceſanorum officium, ac jus.

Po-

Digitized by Google

Poteſtas Cenſoria in Epiſcopalium ne, an in Diœceſanorum Jurium numero ponenda? 255

QU. XIV.

Quid habes de quinto Diœceſanorum jure, & officio?
Paræciarum erectiones, diviſiones, uniones cujus juris?
Epiſcopalis ne, an Diœceſani? 261

QU. XV.

Explica mihi ſextum Diœceſanorum jus.
Parochorum creatio cujus juris? 276

QU. XVI.

In medium affer ſeptimum Diœceſanorum jus.
Quid ſentis de viſitationibus Paræciarum? 280

QU. XVII.

Quid mihi narras de octavo Diœceſanorum jure, & officio?
Quo jure Epiſcopi Diœceſanas Synodos indicunt, habentque? 293

QU. XVIII.

Quam aſſiduitatem, ſive reſidentiam Epiſcopis præcipis? 300

QU. XIX.

Diœceſani Epiſcopi a quibus eligendi erant? 306

QU. XX.

Cujates Cathedralibus Eccleſiis præficiendi?
Alumni, an peregrini? 319

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google